



27-8-12

27. 8. 12


~~6~~

Microfilm



2 400 40

Salta



R. 13.261

(17-11.818)

GERARDI IOANNIS VOSSI
COMMENTARIORVM
RHETORICORVM,

SIVE


ORATORIARVM
INSTITVTIONVM,


PARS ALTERA.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. C. / A. N. N.

LUGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ IOANNIS MAIRE.
c1o 1o c xxx.





Nobilissimis, & Amplissimis Dominis,

CURATORIBVS

A C A D E M I Æ

L V G D V N O - B A T A V Æ,

FRANCISCO AB AERSEN, Equiti, Domino
Sommelsdicensi, & Platenfi, Status Con-
siliario;

NICOLAO CROMHOVTIO, Domino in Vrihoven,
Curia Hollandica & Zelandica Præsidi;

ÆGIDIO DE GLARGES, Domino in Ele-
smes, Reipublicæ Harlemensis Syndico.

Et Amplissimis, ac Prudentissimis Viris,

GERARDO LEONARTIO,

HVGONI COEDICIO,

DANIELI AB ALPHEN, Illustr. Ord. Quæ-
stor in urbe Leidensi, & agro Rhinlandico;

GERARDO LANSCHOT, M. D. Consiliario
in Collegio rebus maritimis præfecto;

Reip. Lugdunensis Consulibus, Curatorum collegis.

I T E M

IOANNI WEVELINGHOVIO, I. C. Reipublicæ
eiusdem Syndico, & Curatoribus à Secretis,

GERARDVS IOANNES VOSSIVS

dedicat consecratque.

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI VIRI,



*Q*uoniam à mundi incunabulis hanc naturæ le-
 gem fixerit opifex ejus sapientissimus, ut
 qui homo fuerit, idem animal sit; quod ve-
 rò animal est, carere affectu non possit: ho-
 minem ipsum exuere nos postulat, qui cum
 Zenone, & porticu, exscindi affectus ju-
 bet. Sed cum cæteris quidem animantibus communes sunt
 affectus nobis: ratione autem, & sermone secernimur; quo-
 rum illa imperium obtinet, cum bene vivimus, hic, cum be-
 ne dicimus: illa dominatur affectui proprio, hic etiam alie-
 no. Utroque horum nihil melius esse, ac præstantius, con-
 stat. At non æquè convenit, quæ via ad bene dicendi vim
 faciliùs ac certius ducat. Plurimi enim contendunt, ad
 parandam eloquentiam, sufficere ingenium non infelix, mo-
 dò dicendi usu roboretur. Quorum judicio operam luseri-
 mus signandis istis de arte Oratoriâ. Sed damnari ab iis
 non possumus, nisi priùs culpæ ejusdem ream peragant totam
 penè antiquitatem: præ cæteris Aristotelem, & Tullium;
 acris ingenij, exacti judicij, summaque auctoritatis viros;
 qui de facultate hac, pulcherrima ingenij monumenta poste-
 ris reliquerunt. Nec verisimile est, infimis quoque artibus
 sua esse præcepta; sublimi verò eloquentiæ proprias esse ob-
 servationes nullas. Si qua etiam facultas, solius naturæ be-
 neficio mixta, nullo artis auxilio vigeret: poësis sibi illud suo
 quasi jure deposceret. Atqui, ut taceam de veteris, quan-

tum nostrorum ævo de re pœtica egit Casar Scaliger, vir
 veteribus par, major fortasse novis! Quare si non de nihilo
 dici solet, pœtas nasci, fieri oratores: multò sanè justius hic
 labor apud Rhetorem infumitur. Solum cauto opus est, ut ne
 pueriles tantùm præceptiuncule coacerventur: sed ea affe-
 rantur imprimis, quæ placere etiam nec stupidis, nec indoctis
 possint. Utrùm hoc, quod ab alijs nunc requiro, præstiterim
 ipse in Institutionibus nostris: penes vos, Nobilissimi, &
 Amplissimi Viri, judicium erit. Opus ipsum est $\kappa\alpha\pi\omicron\tau\alpha\lambda\iota\delta\iota\alpha$ a, a novum
 ac in sex libros jam olim à me distributum: quorum tres
 agunt de Inventionè, & Dispositione: ac totidem de Elo-
 cutione, & Pronunciatione tractant. Priores illos L. M. Q.
 consecravi Illustribus Hollandiæ & VVest-Frisiæ Ordini-
 bus: hos posteriores votivum animi mei specimen jure Vo-
 bis inscribo, qui eorundem nomine Lugdunensi Academiæ
 præestis. Nimirum studeo eos imitari, qui ædes exstruunt
 magnificas. Solent hi columnis Tuscanici, Dorici, Ionici,
 aut Corinthij operis exornare earum fores, ut continuò ali-
 quid occurrat, quod oculos in se convertat; non eorum modò,
 qui domum subire parant; sed illorum quoque, qui transeunt
 duntaxat. Similiter volui ego in frontispicio utroque tan-
 ta comparere nomina, ut decus illa adferant commentarijs
 nostris; etiam apud eos, qui, obiter adspicere contenti, for-
 tasse legent nunquam. Et sanè, si eloquentia viris princi-
 pibus maximè ornamento est, ut ait Tullius b; imò Rhetò-
 rice pars sit scientiæ civilis, ut ab antiquis c accepimus: ad
 quos potius itum oportuit, quàm eos, qui tot jam annos præ-

a novum
 patitur &
 vetus.

b lib. 4. de
 Fin.
 c Ar. stor.
 Cic. Fab.

fitis Reipublicæ, atque iis honoribus fungamini, ubi potissimum regnare eloquentia solet? Siquidem partim in magnis Bataviæ civitatibus vel Senatui estis à consilijs, consiliorumque interpretes; vel summum etiam tenetis consularis dignitatis gradum; partim in supremis Bataviæ universæ Collegiis conspicui estis, vel præsidendo inchoatæ Curia, vel confidendo inter splendidissimos Ordinis equestris viros, ac Status consiliarios: ut taceam (si tacere liceat, quod imprimis huc facere videtur) de obitis toties legationibus ad Respublicas, Principes, Reges; tot etiam annis ad Henricum, Galliarum Regem, nomine & re Magni. Ita ut, cum multum debeatis prudentiæ; grande tamen aliquid sibi flexanima illa vindicet Regina. Atque hanc quidem laudum vestrarum nunc solam excerpti: quia eam cum celeberrimo, non minus prædicem artem nostram, quam vos ipsos. Et Homerus quoque Deos ac heroes suos extollere solet à parte aliquâ: quorundam Iunonem ab ulnis, Auroram à digitis, Thetidem à pedibus, Achillem ab eorum celeritate commendat. Nec solum tamen operis me argumentum compulit, ut hæc vobis dicarem: sed eodem me hortabatur vitæ meæ conditio, ac munus quod obirem. Quemadmodum enim eloquentia, nec non tutela artis oratoriæ, maximè convenit ijs, qui civibus præsent: ita qui sustinet aliquas in Academia partes, optimè Curatoribus eius, non publicæ modò, sed privatæ etiam industriæ suæ ratione reddit. Id nunc tacitus quodammodo præsto loquente pro me operâ hæc meâ: ac verbis etiam idem hoc loco facerem lubens, nisi satis vobis constare arbitrarem, quomodo triginta

hos

hos annos decurrerim, publicè docendo, scribendo, privatim plurimos iuvando, idque in muneribus varijs, & difficilimis, & quæ singula totum penè hominem requirerent. Quamquam verò satis videam, paullatim sic atteri vires, ac fortasse fraudi etiam fuerim meis; cum non magis operosum sit pariter sorbere & flare, quàm totum se Musis dare, & privata sectari commoda: me tamen vitæ sic actæ per tot annos, nondum pœnitet. Quippe præterquam quòd animo sic magis satisfeci meo; cui nihil unquam iucundius fuit, quàm in studijs proficere, & ore, calamo, operâ prodesse quamplurimis: Deo etiam, qui per Reip. & Academiæ præfectos tam variam mihi provinciam mandarat, conscientiam meam melius probavi. Præterea tot bonorum mihi conciliaui amorem, etiam illorum, quos Deus in illustri loco collocasset: ante omnes ipsius, quem debite venerationis causâ nomino, magni magnæ Britanniæ regis KAROLI: à quo insperatò mihi, homini extero, collatum tam grande beneficium, quiescere me neuiquam sinit; sed assiduè stimulat ad porrò etiam de doctrinarum studijs bene merendum; ne unquam gratiâ hac Serenissimi Regis, & inchoyæ Britannorum gentis, videar indignus. Vester etiam affectus tam benevolus erga me, Nobilissimi & Amplissimi viri, faces ad hoc ipsum animo meo mirificè subdit: coque dulcius mihi fuerit placere vobis hac parte, quò dulcius est vobis bene mereri de Academia universa. Quod, ut nunc fere hominum sunt mores, verè est seculum corrigere. Neque deerunt, qui animum hunc vestrum seris pandant nepotibus,

GERARDI IOANNIS VOSSII
COMMENTARIO-
RVM RHETORICORVM,

SIVE

ORATORIARVM
INSTITVTIONVM

LIBER IV.

QVI EST
DE ELOCUTIONE.

CAP. I.

DE ELOCUTIONIS definitione, & distributione,
ac speciatim de ELEGANTIA.



ELOCVTIO est idoneorum verborum, & sententiarum, ad res inventas accommodatio.

Dividitur hac in partem communem, & propriam. Communis est, qua de elocutione generatim tractat, neque ejus doctrinam ad certam restringit materiam.

Constat autem tribus; ELEGANTIA, qua oratorij edificij quasi fundamentum est; COMPOSITIONE, qua verba ita construit, ut aequaliter surgat oratio; DIGNITATE, qua verborum immutacione, & artificiosis loquendi formis, orationem quasi picturis varijs exornat.

Elegantia comprehendit Latinitatem, & explanationem: Illa facit, ut purè; hac, ut perspicuè dicamus. Adhac non satis est, ut vocibus utamur Latinis, proprijs, apteque connexis; sed in his ipsi quoque delecte

lectu opus est : idque non modo , quia alia alijs plus leporis habent , aut ponderis ; verum etiam , quia distinguendum est inter voces omnino Latinas , peregrinas in Latinorum coloniam adscitas , & peregrinas non receptas : inter vulgares , nitidas , & poeticas : inter omnino obsoletas , veteres jam raras , adhuc usitatas , novas aliorum , & à nobis novatas .

Ad perspicuitatem quoque orationis facit , ut non nisi suo loco utamur inuolutione ; neque temere adhibeamus sermonem ambiguum , vel nimiam orationis breuitatem , vel magnitudinem tantam , ut vix assequi dicentem possit auditoris intentio , vel vocabulorum traiectionem .

Comparatur elegantia , tum consuetudine audiendi purè loquentes , (quod tamen florente Româ magis habuit locum , quàm seculo nostro) tum legendo optimos scriptores , tum imitando , scribendoque ; quia omni in e usus est optimus magister .

I. UTRVM ELOCVTIO , AN INVENTIO , PRIVS DEBEAT DOCERI : ET QVID PER ELOCVTIONEM INTELLIGATVR .

DEVENIMVS ad eam Oratoriæ facultatis partem , quæ facit , ut non tantum fortibus , sed etiam fulgentibus præliemur armis . Aristoteles λέγει vocat , Demetrius ἐπιλυτικῶν , alij , Fabio teste , *pergitiv* nominant . Latinis dicitur elocutio : quamquam id nomen , si originem magis spectes , quàm usum , propriè conveniat pronuntiationi : ut omnino præstare videatur exornationis appellatio .

Meritò autem hæc de parte quidam præcipiendum existimant ante inventionem . Nam verborum delectus origo est eloquentiæ . Is autem elocutionis pars est . Deinde verborum cura (quæ , licet non sola , ad solam tamen pertinet elocutionem) longè facilior est , quàm cura rerum : faciliora autè priora sunt ordine doctrinæ , etiam cum posteriora sunt ordine naturæ . Inventio certè requirit experiētiam , & multijugam lectionem , quæ in pueris esse nequit . Quare quisquis teneram ætatem docet ac ducit ; utiliùs hæc in parte eam exercebit , priusquam de inventionem tractet . Neque obstat , quòd tum Tullius lib. 1. de Orat. tum Fabius in octavi libri proœmio , hanc difficillimam vocem operis Rhetorici partem . Quippe loquuntur hi ratione ætatis adultæ , quæ prudentiâ sæpe , atque usu , ea citra artis operam , ac levi negotio exsequitur , quæ de inventionem , ac dispositionem , operosè præcipiuntur à dicendi magistris . At longè fecus

fecus cum pueritiâ comparatum est ; in quam non cadit prudentia civilis , aut cognitio rerum gravissimarum , adeoque latè diffusarum , quàm ipsa patet vita humana . Adde quòd nobis sermo est de elocutionis præceptis , quæ facillè intelliguntur , & in optimis auditoribus observantur . At Cicero , ac Fabius , respexere exercitationem atque imitationem : cui difficultate tantum cedit nuda præceptorum intelligentia , quantò majus operosiusque est aliquid Tullio aut Marone dignum condere , quàm fungi interpretis munere artificium in alterutrius scriptis enarrantis .

Quanto apud antiquos elocutio fuerit in honore , tum argumentum est , quòd Isocrates minimùm Panegyrico impenderit decennium , ac Plato usque ad octogesium ætatis annum dialogos suos peccere & calamistrare non desierit ; ut de utroque scribit Halicarnassensis † : tum quòd ab hâc solâ oratores dixerint eloquentes ; etsi aliud longè sit eloquentia , aliud elocutio . Nam illa est tota oratoris virtus ; hæc tantùm pars est officij oratorij , quæ idonea verba & sententias ad inventionem accommodat ; quemadmodum cognoscere est ex definitione auctoris ad Herennium ‡ : nisi quis apud eum legere malit , *Elocutio est idoneorum verborum ad sententiarum inventionem accommodatio* ; quomodo è MS. codice restituit Franciscus Luifinus lib. III. περιεργων cap. XXI. Sed vulgatam scripturam planè retineo . Illa verò , quam Luifinus probat , ab eorum errore profecta mihi videtur , qui elocutionem tantùm esse verborum , putarunt . Atqui aliud sensisse hunc scriptorem , vel illud satis arguit , quòd figurarum alias verborum esse dicat * , alias sententiarum .

II. VARIA ELOCUTIONIS GENERA , AC ORATORIE ELOCUTIONIS PARTITIO IN ELEGANTIAM , COMPOSITIONEM , ET DIGNITATEM .

ELOCUTIO alia est naturalis , quæ non recedit à vulgari loquendi consuetudine : alia artificiosa , quæ à priori abit . Hæc vel philosophica est , vel oratoria , vel historica , vel poëtica . Ex his philosophica propior est naturali . Interim etsi omnes non paucis differant , multò tamen pluribus conveniunt . Quæ & ratio est , cur pleraque omnia elocutionis præcepta à rhetoribus non oratorum modo , sed historicorum etiam , atque adeo poetarum exemplis illustrentur .

Partes Oratoriæ elocutionis sunt duæ. Prior, quam universalem & communem vocamus, generatim pertractat de ijs, quæ orationem ornant. Altera, quam specialem ac propriam appellamus, elocutionis diversitatem aperit pro diversâ materiâ. De priori agemus hocce libro, & sequenti: de alterâ dicemus libro sexto.

Quemadmodum autem ædificia, ita elocutio universa duobus constat; fundamento, & exædificatione sive structurâ; sub quâ, ut inferiùs dicemus, compositionem, & dignitatem comprehendimus. Sanè tria hæc in elocutione spectari, sensit & Theophrastus, eumque secutus Dionysius Halicarnassensis; quorum uterque magnificentum stylum consistere voluit in verbis deligendis, quod fundamentum facimus; iisdem collocandis, quæ prior ijs est structuræ cura; atque his ipsi schematum pigmento exornandis, quæ res ad dignitatem pertinet. Verba Dionysij ꝑ visum apponere, quibus & id quod dixi, & suum de Isocrate iudicium complectitur: *καθόλου ἡ τεινὴ ὄντων, ὡς φησι Θεόφραστος, ἃ ἂν γίνονται τὸ μέγα, ἢ σιμὸν, ἢ σφειδὸν ἐν λέξει, ἢ τὸ ἐκλογίης ἢ ὀνομάτων, ἢ τὸ ἐκ τύπων ἀρμονίας, ἢ ἢ πειλαμειανόντων ἀντισημάτων· ἐκλέγει μὲν εὐπαύην, ἢ τὰ κρείτιστα ὀνόματα τίθησιν· ἀρμόσει ἢ ἀντάπειρος, πῶς ἐυθονίας ἐντείνων μουσικῶ· σχηματίζει τὸ φορτικὸς, ἢ τὰ πολλὰ γήεται φυχρός, &c.* *Cum autem tria omnino sint, ut ait Theophrastus, ex quibus dictionis granditas, & splendor, ac magnificentia oriatur: verborum delectus, universa ex ijs concinnitas, & figura, quibus hæc concluduntur: optimum quidem Isocrates habet: delectum, valdeque commoda verba ponit: affectatè autem hæc conjungit, musicum quendam captans concinnum, ac figuras usurpat tumidas, unde sæpe fit frigidus, &c.* Nunc de singulis singillatim agamus.

¶ in Isocrate.
κ.

III. IN QUIBUS ELEGANTIA CONSISTAT: ET AN,
LATINITATIS STUDIO, SIT ABSTINENDVM
A PEREGRINIS OMNIBVS, AVT VOCIBVS
DISCIPLINARVM PROPRIIS, VEL
VOCABVLIS ECCLESIA-
STICIS.

FUNDAMENTVM elocutionis, ac veluti solum quoddam, faciebamus elegantiam. Sub hæc autem complectimur puritatem, & perspicuitatem. Puritas ad Grammaticum pertinet: quamquam, ut pura Latinaque sit oratio, non tantùm Grammaticis præceptis, sed etiam consuetudini bonorum scriptorum, conformis esse debet.

Quippe

Quippe Latinitas nihil aliud est, quàm observatio incorruptè loquendi secundùm Romanam linguam: ut est apud Diomedem †, & Maximum Victorinum*.

† lib. 2. cap.
de Latini-
tate.
* lib. de re
Grammatica.

Quò autem pura, h. e. Latinis Latina, Græcis Græca sit oratio; primò & imprimis illam curabimus curam, ut verba nostra sint cognita ijs, qui è veteribus probò sunt castoque sermone usi. Latino- rum autem Græcorumque verborum numero adscribenda etiam sunt, quæ peregrinitatem Latio, aut Græciæ, infudisse videri possent, nisi ea Romani, aut Græciæ terræ homines, suâ donassent civitate. Istiusmodi sunt, *gaza, mapalia*, aliaque hujus monetæ; quæ in Marone tanquam barbara sugillat Claudius Verderius, vir eruditus, sed malus bonorum scriptorum censor. Non tamen his utendum confertim, sed quoties alia, quibus ea exprimamus, haut suppetant: eaque cautio potissimùm in pedestri oratione locum habet. Nam & Hermogenes *ἐπιμὲν δειν* scripsit, *τὰ ἰβηρικά*, sive gentilia ac peregrina, quæ Aristoteli *γλωσση* dicuntur, item *πυγμα*, sive artium propria, & *ρομικά*: i. quæ ad leges ac jus pertinent, ignorari, ac obscuritatem asferre in oratione solutâ. Iccirco veteres Romani, si vocem usurparent Græcicam, ejus subijcere solent explanationem. Afranius in togata, cui Sellæ nomen*:

*Vsus me genuit, mater peperit Memoria,
Sophiam vocant me Gray, vos Sapientiam.*

Ennius in Annalium seu primo, seu seprimo †:

Nec quisquam sophiam, sapientia quæ perhibetur.

Nec tamen id perpetuum est, cum & sine *ἐξήγησι* utantur. Ut factû quoque esse in antiquis togatis, innuit Seneca †: qui & titulum hunc adducit inscriptum tumulo Fabij Dossenni, Atellanarum scriptoris:

Hospes resiste, & sophiam Dossenni lege.

Sic Juvenalis orexin non refugit sat. v. 1.

— *ravidam facturum orexim.*

Atque iterum sat. x:

— *Hinc surgit orexis,*

Hinc stomacho bilis.

At minimè imitanda est Plauti licentia, qui *poterium* usurpat Stichò: ubi & bis *prothymi* dixit, ut & *prothymè* in Pseudolo.

Interdum tamen usu venit, ut eleganter Græca Latinis interferantur: quod imprimis in epistolis locum habet, ac potissimùm, si is, ad quem scribimus, magnopere hâc afficiatur linguâ; aut siquid scribamus, quod occultum esse velimus; aut denique, siquid elegantius

* apud
Gellium lib.
13. cap. 8.
† apud Festum
in Sas, ex
Scaligeri
correctione.
† epist. 89.

gantiùs Græcè sonet, quàm Latine, aut si vox Græca habeat *ἁριστη*, aut si verba Græci scriptoris adferamus, aut ad ea alludamus. In orationibus verò parcè omnino utendum Græcis: quippe quæ coram multis habeantur, quorum bona fortasse pars Græcè nescit. Vide omnino Alberici Gentilis disputationem *παρηγοριος* institutam de linguarum mixtura †.

† Subjicitur
notis Drusii,
& disputa-
tioni Albe-
rici Gentilis
in lib. 1.
Moshab.

Quod si iudicio istoc opus est in peregrinis Latio receptis, & Græcis bonis: quantà religione ab ijs abstinentum, quæ labente, vel collapsio jam imperio Romano, barbaries induxit! Jubemus igitur in ultimas deportari terras inquinatam illam scribendi rationem, quæ superioribus seculis in Philologis pro subtilitate, in Medicis pro utilitate, in Jurisconsultis pro prudentiâ, in Theologis pro pietate habebatur: de cujuscmodi scriptoribus, aut saltem de quorum plurimis, eleganter dicebat Hermolaus, nomine, non re Barbarus, ne viventes quidem vixisse, nedum extincti vivant; vel, si vivant, vivere in pœnam, aut contumeliam.

¶ comment.
in cap. 1.
lib. 1. Rhet.
Arist.

Non tamen eorum sententiam probamus, qui vocabula disciplinarum quarumque propria exterminant, & Philosophorum sermonem ad lancem classicorum scriptorum expendunt. Ita iniquè Petrum Victorium, summum virum, sugillat Majoragius *, quòd usus esset vocabulo contrarietatis. At rectè Scaliger Exerc. 1. ad Card. *Non versatur in foro, aut in Romano comitio; sed in communi theatro sapientum, sub oculis veritatis; cujus supellectilem, atque apparatus, non tam nitidum, quam opulentum esse decet.* Adde quòd Victorius contrarietatis vocem non usurpavit primus, cum & legere eam sit apud Arnobium lib. 11: *Et rerum, inquit, contrarietatis ditionare.*

Multò minùs probatur nobis eorum diligentia, qui in sacrarum literarum translatione, ut præter cæteros puritati studuisse videantur, viris equisque fugiunt voces Ecclesiæ priscae usurpatissimas, & idiotismos linguæ sanctæ ab versionibus suis, quasi furcillis arcent. Non satisfacit illis Hebraismus hic, *Sermo caro factus est*; sed malunt, quod tamen minùs exinanitionem Christi declarat, *Sermo factus corporatus*. Itidem eos videre est pro baptismo substituere lotionem, pro angelo genium, pro fide confidentiam, pro ecclesiâ rempub. pro synagoga collegium; neque minùs ineptè in alijs multis, quæ jure in Castalione culpani intelligentiores. Si enim Apostoli Hebraismos istos in Græco sermone reseruant; si doctissimi Græci Latiniq; Patres formis illis loquendi à Spiritu S. adhibitis orationem suam tanquam gemmis exornarunt; si hucusque Ecclesia Græcani-

cas istas voces N. T. retinuit; si denique inusitatâ ignotâque hæ-
 stenus loquendum ratione, Ecclesiæ glaucoma ob oculos objicitur:
 quid virum illum, quamquam eruditissimum, ita transversum egit,
 ut, contra Apostoli mandatum †, istam, sive *νεροφωνίαν* †, ut legere † ad Tim.
 Græca scholia, sive *καιροφωνίαν* *, quomodo legit Augustinus, Am-
 brosius, & vetus interpres, cum scandalo in Ecclesiam introductam
 velit? Præsertim quando Hebraismi illi, ac voces Græcicæ *ἐμ-*
φαικώπει sint, & vim ac majestatem quandam habeant, quam
 amittant, cum ad phrasin aliarum linguarum receduntur. Mero
 enim meridie clarius est, quod scribit Jul. Scaliger, *Venere propria,*
quasque nativo cujusque linguae decore, foveri sententias quasdam, subnixas-
que certis idiotismi sulturis sustineri: quas in aliam quasi coloniam si deduc-
cas, idem sanè sint cives; gratiam pristina commendationis non retinebunt.
 Insignis quoque hæc de re locus est apud Iamblichum, quem apud
 eum reperies in Theologiâ Phœnicum; aut cui inquirendi non est
 otium, ex Iamblichio adductum videat apud Hadr. Junium lib. IV.
 Animadv. cap. xxv.

IV. DE PROPRIETATE SERMONIS.

NE e satis est, si optimorum utamur scriptorum verbis: sed in
 his ipsis non exiguo opus est delectu. Quippe & puræ putæ
 Latinorum voces multimodis differunt. Ac primò distinguuntur
 ratione significationis; eum alię alijs magis sint propriæ ac signifi-
 cantes: quò refer, quòd quædam sint sublimes, quædam humiles;
 quædam graves, quædam leves; quædam honestæ, quædam ob-
 scuræ. Differunt præterea ratione consuetudinis, cum aliæ sint
 usitatę, aliæ rarę: ac quædam sint novæ, aut pridem novarę, quædam
 antiquæ nondum delitæ, vel jam antiquatæ. Item ratione sermo-
 nis, cum quædam ligatæ, quædam pedestri convenient orationi.
 Ac denique (quod ad Compositionem pertinet) ratione soni, cum
 vocabulorum quædam sint sonantia, quædam exilia; quædam lenia,
 quædam aspera; quædam tarda, quædam volubilia, &c. Itaque
 jure optimo monent, verbum quodque quasi staterâ aurariâ pen-
 di oportere. Eadem sententia Dionysij Halicarnassensis, cum scri-
 bit, *ἢ ἐπιλογὴ πρὸ ἀνομάτων μέτρα τῆ δυνάμει* *. Idem & de eâ Echeiati li-
 brum promittit; quem tamen num scripserit, divulgarique, planè
 sub ancipiti hæret.

Verùm totum hoc, quod de ejusmodi delectu proposuimus, quid potest,
 ac im-

* delectio
 verborum
 magnis

ac imprimis, quod primo loco de vocabulis proprijs ac significantibus dicebamus, frustra monemus, nisi quis apprimè fuerit volutatus in eorum lectione, qui propriè signateque sunt locuti. Ex his enim solis, non ex seculi nostri sermone, quo vel duo Latinè loquuntur, vel nemo; proprietate illa haurienda est. E. G. ex Tullij Philipp. VI. I. & Festo Pompeio, discimus, nullum à veteribus *multum* vocari: solitum, præterquam Italicum, & Gallicum: & ratio est, quòd ut animantia gravida tument, itemque arbores folia editure; sic cum à domesticis, aut vicinis, bellum imminet, negotia, siue res tumeant, (ut loquitur Cicero *) h. e. perturbationem, aut bellum pariture videantur. Eò respexit Plautus Patruo siue Pœnulo, cum ait *:

* *epist. 4.*
 & *5. lib.*
 § 4. *ad Att.*
 * *Act. 3.*
 § 1.

--- *Servile esse duco festinantem currere,
 Præsertim in re populi placidâ, atque interfectis hostibus,
 Non decet tumultuari.*

Itidem Dictatorem propriè *dictum*, ac Flaminem dicebant *proditum*. Sed & virginem Vestalem, quia, quæ primùm Vestalis facta, capta fuit in bello, (hanc enim rationem afferunt Grammatici: veriùs scio eâ de re Ioseph. Scaliger in Culicem Maronianum) *captam* propriè dicebant. Atque hoc discrimen (quod tamen perpetuum non est, quia & flamen Dialis *captus* dicebatur, ut ex Agellio † cognoscimus, & *dictatores proditi sunt*, legimus apud Pomponium I. C.) assignat quoque Chirius Fortunatianus; vel potius Curius Fortunatianus, cum Chirij nomen, quod & in Aldinâ est, Romanis sit ignotum; vel, quomodo è veteribus codd. Parrhasius in epistolis legit, Fortunatianus in Chrijs; quæ inscriptio si cui fortè arridet, dicendum erit, latiùs Fortunatianum uti vocabulo Chriæ, quam Fabium, Theonem, & Aphthonium; cum ea quoque Rhetor ille tradat, quæ propriè ad Chrias non pertinent.

† *lib. 1.*
cap. 11.

Porro cum proprietatem sermonis commendamus, non excludimus voces translatas: verùm cum Fabio * propriorum quoque loco habemus modificata illa, quibus nihil inveniri potest significantius: ut cum Cato dicebat, *Casarem ad evertendam Remp. sobrium accessisse*: ut cum apud Maronem legimus, *deductum carmen*; apud Horat. *acrem tibiam*. Scio, adversus hanc Fabij sententiam acriter disputari à multis: verùm abunde eum defendimus in Grammaticis nostris commentationibus.


* *lib. 3. cap. 1.*
 3. *quod est*
de perspicui-
tate.

DE proprietate diximus. Quemadmodum autem cognoscere fuit ex varijs vocabulorum formis, quas pauld antè adsignavi: non consistit delectus in solâ proprietate verborum: sed insuper aliæ sunt sermonis puri castique virtutes. Ac primò requirimus in eo nitorem: cui repugnant voces vulgares ac plebeia; utpote sordidæ; itemque poëticæ & affectatæ, utpote nimis splendidæ, neque sermonis generi accommodatæ. Præterea necesse est, adhibeamus λόγος ἁλκίος, ut eleganter loquuntur Græci, h. e. orationem claram ac perspicuam: cui adversantur vocabula tum obsoleta, tum novata, cum utraque sint ignota. De singulis plenius dicamus.

Sordidas voces appellarunt, quæ sordidiori vulgo, non autem hominibus elegantioribus, in usu essent. Nec tamen doctissimi etiam homines commercio vulgi non aliquid sordium ab ejus sermone acceperunt. Sanè *sculna*, quo utitur Varro pro sequestre, inter sordida reposuit P. Lavinius, teste Agellio cap. ult. lib. ult. Noct. Att. In Laberio item sordida pluscula notavit idem Gellius lib. xv. cap. vii. Sordidum apud Senecam, Erasmi ꝛ quidem iudicio, est *pausarius*, à pausa: quamquam hæc lectio displicet Jacobo Durantio ꝛ; sed immeritò, cum optimè ea vox conveniat illi, quem Græci καλοδουλι, Latini portisculum appellant. Etiam, ex ejusdem Erasmi sententia, simile est *pilicrepus*; qua de voce Cælius Rhodiginus lib. xxx. cap. xix. Ant. Lect. Turnebus lib. vii. cap. iv, Scalliger in Manilium, & Savaro in Sidonij lib. i. epist. ii.

Imò in proprijs quoque nominibus sordes locum capiunt. Ut Horatii illo *, *Visne regam spurco Dama larus?* Sordidum enim est *Dama* *, sive Δημῶς. Quippe nomen servile eâ diminutionis formâ factum è Demetrio, quâ, Varrone ꝛ teste, ex Artemidoro fit *Artemo*, quâ item ex Iphigenia est *Iphis* *, è Posidonio *Posis*, ex Amphiarao *Amphis*, ex Menelao *Menas*, ex Arcefilao *Arcefilas*, ex Theodoro *Theudas*, ex Pterelao *Pterelas* †, ex Apollodoro, vel Apollonio *Apollas*, Græcis Ἀπολλῶς, ex Antipatro *Antipas*, ex Cleophilo *Cleophas*, ex Alexandro *Alexas*; unde Ptolomæus, qui & Alexander, Epiphania Ἀλεξῆας dicitur. Imò & multa communia, quæ Grammatici ineptè appellativa vocant, similiter truncant. Quippe ἀδάμας dicunt pro ἀδάμας, μίνας pro μινωλόγος, ἀκάμας pro ἀκάμας, ἀυπηράς vel ἀυτῶνας pro ἀυτῶνας, &c.

Demam



Demam autem potius, quàm Demetrium, vocabant seruum; ac contra regem Demetrium appellant, non Demam; quia facilitati in seruis studetur, in alijs honori. Hinc vetus parçemia: Πάρι δδλαο

† Seruum
omni no-
mine unius
est syllaba.

δαπότηρ μοροσύλλαβο. †. Certè heroum nomina ferè erant polysyllaba, ut Agamemnon, Menelaus, &c. At seruorum nomina, etiam cum integra efferebantur, ferè vel unius erant syllabæ, ut Mus, seruus Epicuri: vel duarum, ut Syrus, Geta, Dromo, Stichus, Manes &c. Itaque Simon quidam, dives factus, Simonides vocari voluit; ut ait Lucianus in Somnio, sive Gallo. Α'ντ'† διασυλλαβο, in-

† pro dissyl-
laba postquam
dives factus
est, se-
rasyllabus
esse affectat.

quit, π'αγεσύνλαβο ἡδὴ σωτήριος ἦ ἀξιοί. Vide & aliqua, quæ in hanc sententiam scripsit πολυμαθέσιν. Casaubonus animadversionibus in Athenæum.

Pluribus hæc de vocabulis forâidis prosequi visum fuit; quia non desunt, qui, spisso errore, albâ quadam lineâ signent, quæcumque apud veteres reperiunt; cum, uti vidimus, compluria apud hos ipsos invenire sit hausta è fece vulgi: cujusmodi omnia pro fordidis habemus, latius aliquanto hæc voce utentes, quàm qui fordida eo distinguunt ab obscænis, quòd hæc τὰ ἀφοδίσια † planè, Latineque (ut Ithyphallicus loquitur magister) expriment: fordida verò propriè, & absque circuitione, potent res immundas; ut corporis excrementa.

† que ad
Venere[m]
pertinent.

VI. DE POËTICIS.

NE QUÆ minùs peccant, qui miscent verba ac phrasas oratorum, historicorum, & poëtarum. Nam quemadmodum Poëta in versu Heroico nunquam diceret *triticum*, aut *panem*, (Virgilius certè *Cerere[m]*, aut *crustum*, perpetuò appellat) ita vicissim, si voces Poëticæ in oratione prosâ adhibeantur, præstigiosam ac insubidam reddant orationem. Vt, si quis in eâ *squammi gergi* dicat pro piscibus, quia sic locutus Lucretius †: aut *certum facere* pro certiorum, quia Virgilij * sit, *Anchisen facio certum*: aut *tueri longa* pro adspicere, quia Statius † ait, *Non unquam longa tuendo Expedias, cui major honos*. Itaque meritò derisus à Cassio Severo orator ille, qui, ut Fabius * refert, pro sparto dixerat *herbas Ibericas*; idque, ut Turnebus † observavit, Horatij imitatione, cujus illud lib. Epodon,

† lib. 1.

* 3. Æn.

† lib. 2.

Thebaid.

* lib. 8. cap.

2.

† lib. 14.

Advers.

cap. 9.

Ibericis peruste funibus latus.

Quin, ut de Appuleio nihil dicam, Platonis quoque stylus reprehenditur à multis, quòd poëtico sit similior: quâ de re ita Tul-

lius

lius in Oratore: *Itaque video, visum esse nonnullis, Platonis & Democriti locutionem, etsi abstrusa versu, tamen, quod incitatius feratur, & clarissime verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam Comicorum poetarum.* Certè Dionysius quoque Halicarnass. epist. ad Ammæum, & *Ἐπιτὴ Διμοδ. διηγοῦ.* reprehendit in eâ schemata poetica; quodque usurpet crebras, longas, & intempestivas allegorias: atque adeo, quod idem poetas è suâ exterminet Rep. id factum ait *ἰδία τ' ὄψεσ' Ὀμηροῦ Ζηλοτυπίας τ'.*

† ambitiosa
quædam erga
Romerum
emulatio-
ne.

VII. DE OBSOLETIS.

ORATORVM quoque est, verba togæ sequi, quod Cornutus in Persio * laudat; ac fugere hirtam obsoleti sermonis togam, * *apud Persium sum. sat. 5.* nec se Accij & Pacuvij veterno inquinare, ut loquitur auctor dialogi de causis corruptæ eloquentiæ. Obsoleta autem dicuntur, quæ nitore amiserunt: cujusmodi pleraque omnia erant in Ianualijs, Iunonijs, ac Minervijs, Saliaribus Numæ Pompilij hymnis; qui, eod quod axibus, sive tabulis, essent inscripti, ut apud Græcos leges, *axamenta* dicebantur. Citat exijs Varro *, prout quidem è veteris * *lib. 6. de codicis vestigijs restituit Josephus Scaliger: Omnia dâpatilia comisse LL. Jani casiones. Duonus Cernus deivos Ianos venet.* Quo in loco ingeniosè & doctè ab viro illustri emendato (nam mihi quidem conjectura ejus propiùs à veritate abesse videtur, quàm aut Turnebi sententia, quem vide lib. xxxiii. Advers. cap. xiv. aut aliorum, qui post Turnebum, & Scaligerum, medicam ei loco manum afferre sunt conati) *dâpatilia comisse* significat opipara comedisse: *casiones* sunt curiones, quos Varro † ita dictos ait, quia in curijs sacra faciunt: *duonos* † *lib. 4. de LL. 5. de LL.* *cernus* est bonus creator: *venet*, quomodo & editum in antiquâ Mediolanensi †, positum pro *venit*. Nam veteres E pro I usurpabant, Fabio * teste: Denique *deivos Ianos*, sive *Divianus*, idem est, qui † *anni 1500.* Sol: qui *divus Ianus* vocatus, ut Luna, (quam *Ianam* nuncupatam, ex Varronis lib. i. de re Rust. * cognoscimus) appellata est *dea Iana*, * *lib. i. cap. 4. cap. 37.* aut *diya Iana*, vel tñà voce *Deiana*, aut *Deviana*. Non enim *Diana* vocata est, quod noctem quasi diem efficeret, ut scribit Cicero in secundo de Nat. Deorum, & Iul. Firmicus lib. de errore profanarum religionum: neque, quod vult Varro, *Diviana* dicta, quia *divia* fit in altitudinem, & longitudinem: sed facta vox ex *diya*, & *Iana*: ut observat Scaliger lib. i. de emend. Temp. Quamquam, si propriæ quoque indulgere liceat conjecturæ, fortasse non *Ianos* apud

Varronem, sed *Ianes* legendum. Nam *Ianes*, non *Ianos*, dixisse Sa-
lios, auctor est Tertullianus in Apologetico, cùm ait: *Saturius ex-*
ceptus ab Iano, vel Iane, ut Saliy volunt. Quomodo non in Aldinâ mo-
dò, sed & Pamelianâ, ac Iunianâ editione legimus. Vel potius
apud Varronem scribendum *Eano*: quando ab eundo *Eanos* veteres
dixisse, ex Macrobio discimus lib. I. I. Saturn. cap. IX. Doctiorum
esto arbitratus.

Scriptit Varronis tempore Ælius Stilo explanationem carmi-
num Saliarium; è quâ Grammatici veteres quædam adducunt glos-
semata, ut appellat Varro, h. e. voces minùs usitatas, ut interpreta-
tur Quintilianus lib. I. cap. XIV. Possis & dicere λέγειν καταγλωσσο-
μήναι. Ita enim absque augmento, (quod & aliàs eo in tempore cre-
bro omittitur) Eunapius in Libanio nominat voces omnes ob pere-
grinitatem aut raritatem interpretationis indigas: cuiusmodi fuere
Ἀπηναι λέξις Philemonis, γλωσσοῦ Δακωτικαὶ Aristophanis, γλωσσοῦ Κρητι-
καὶ Hermonis, qui alijs Hermonax: item eorum, qui non unius, sed
variarum gentium vocabula, fuere interpretati; uti Nicander Co-
lophonius, Pamphilus, Amerias Macedo, Seleucus, Philemon, Ti-
machidas, Philetas, alijsque.

Multa autem desita rancidaque sunt in laceris illis reliquijs Lu-
cillij, Ennij, aliorum. Nec apud Comicos, quos habemus, ab ijs so-
litude est, Plautum imprimis. Ut *perbitere* pro *perire*. Quo usus vi-
detur Captivis †: si rectè rescribunt viri eruditi; *Qui per virtutem*
perbitat, non interit. In libb. MSSis est *peritar*: quomodo & Nonius †
legit; sed merito invito, nisi *Qui χρι διαπερη* jambus fiat. Quod non
displicet. Vt cumque de eo est, *perbitere* dixit Rudente †, & Pseu-
dolo *: simileque est *imbiterere* pro *inire* in Epidico, & *combito*
pro *comeo* apud Varr. in IV. de L. L. Sunt autem ea à simplici *betere*,
quo non modò idem usus in Astrabâ; sed & Varro, cuius locum
apud Nonium * ita emendabat Carrio †: *Annos multos, quod ea*
pavere non poterat, mulierem suos betere iussit. Sed & *bitire* dicebant,
unde *Bitienses* Festo sunt, qui assiduè peregrinantur. Nisi *betienses*
malis cum Giffanio. *Nenum, nenu*, vel *nenno* pro *non* est apud Lucil-
lium, Lucretium, & fortean Terentium †. *Topper* pro *cito* dixit En-
nius: item *fos* † pro *vos*, aut *suos*, ac *sam* pro *eam*:

Nec quisquam Sophiam, sapientia que perhibetur,

In somnis vidit prisâ, quam sam discere cepit.

Cui geminum illud carmine ad Sancum Semipatrem: *Visum animo*
sô, perficit sa pace rogans te. Innumera istiusmodi olim quidem hau-
rire.

† Sa. Injici-
re huic.

† in Perire.

† Act. 2.
Et. Qui ha-
mo.

* Act. 3. sc.
1.

* in voce
bo. ere.

† lib. 2. E-
mend. cap.

9.

† Vide Scn-
lig. in Varr.
de R. R. lib.

2.

† Festu.

rire erat è commentarijs Pontificum, & vetustissimis fœderibus, & opicis exoletorum auctorum chartis: at nunc vix aliunde, quam è veteribus Grammaticis, petere est. Augustus † quidem Cæsar † Sueton. in Aug. c. 26. maximo studio hos verborum fœtores, ut loquebatur, vitare solitus, atque aded nec Tiberio pepercit, voces ejusmodi aucupanti. Οψιμαθής † ea undequavorsum congeſta orationi suæ ambitiosè infercire solent, non verba rebus aptantes, sed res extrinsecus arcesfentes, quibus hæc verba conveniunt; contrà quàm præcipit Fabius lib. ix. cap. 111, & Dionysius Halicarn. tractatu de Hocrate, cùm ait, Ἑλέη) ἢ ἰφθαίς τοίς νοήμασιν ἐπιθεταῖς λέξιν. ἐ τῆ λέξει τὰ νοήματα † Peccat hæc in parte præter cæteros Ioh. Bapt. Pius, cujus phrasis doctè inepta est, ut & Appuleij. Nos obsoleta hautquaquam affestabimus; quin ea vivere valereque jubebimus, ne, in Græco sermone, cum Agamemnone credamur colloquia habere, ut Demonax apud Lucianum ait: in Latino autem, jus Aborigenum, vel Faunorum didicisse, vel cum Carmenta Euandri matre, ac prificis Italis, quos cacos appellat Ennius, velle sermonem ferere videamur. Sanè cùm omnis anxietas sili molesta sit, imò & minuti animi, ut optimè ait Seneca epist. cxv: tum imprimis affectatio illa obsoleti sermonis odiosa est: quâ de re locum illustrem apud Gellium vide lib. i. cap. x. Sed imprimis adeundus Luciani Lexiphanes. Etiam proavorum nostrorum ætate à Mariangelo Accursio conscriptus est dialogus Oſcorum & Volſcorum, quo egregiè hæc κακοζῆλια exagitur.

Interim non illi sumus, qui indoctè iccirco putemus scribendum esse. Vulgi hæc sententia, ut non modò παραχρῆστος, & antiquarios, appellet; ied etiam affectatè scribere dicat, quicunque usurpant verbum mindis vulgare, quamvis probum, & medio illo ævo à Cicero, Varrone, Sallustio, alijsque usurpatum. At distinguendum erat inter antiqua, quæ usurpare licet, & antiquata seu prisca. Nam & Plinius lib. i. epist. xv i, commendat in Pompeio Saturnino verba sonantia & antiqua. At prisca non amplius sunt in usu: sed perire, unde & ex mente Rodolphi Agricolæ, nomen ipsum, quasi prisca, accepere: vel à πρῆν; sive antiquo pris, h.e. præ: unde & pristinus, & privignus quasi prigenus. Eadè verd antiquata dicuntur, quia antiquari est obsolescere, & è memoria tolli, ut scribit Nonius. Distinguendum etiam inter ea, quæ revera obsoleta sunt, & ea, quæ creduntur istiusmodi ex sententiâ eorum, qui ubi sex septem in Cicerone paginas legerunt, videntur sibi esse idonei lingua Latinæ

* lib. 8.

Aristarchi : contra quos invehitur Politianus epistolâ ad Cortesium * , Franciscus Picus Mirandulanus in disputatione contra Bembum, Erasimus in Ciceroniano, Budæus digressionem quâdam in Comment. linguæ Græcæ , Lud. Vives lib. xv. de corruptis discipl. Franciscus Floridus Sabinus lib. i. Lect. Subf. cap. 12. Muretus lib. xv. Var. Lect. cap. 1. Ubertus Folieta lib. 12. de linguæ Latinæ præstantiâ, Nicolaus Beraldis dialogo de paranda facultate ex tempore dicendi, Nicolaus Susius in limâ Ciceronianâ, &c. Et optimo profectò jure optimus ferè ac doctissimus quisque istiusmodi ineptos Ciceroniatros, sive, si malis, Ciceronianos, (quandoquidem eo nomine, parum licet Ciceroniano, se jactant) perpetuò culpant, damnaruntque. Neque enim omnibus de rebus scripsit Tullius; ideoque nec omnium rerum vocabula peti possunt è summo quidem illo, attamen non solo Latinæ linguæ autore. Deinde multa à Cicerone dicta, quæ non scripta; ac multa ejus intercederant, in quibus, quæ nunc reformidant, legerentur: quod magis parèret, si exstarent Statilij Maximi libri *De singularibus Ciceronis* †. Multa quoque scripturus fuerat, si diutius fuisset superstes. Denique in ijs ipsis, quæ supersunt, innumera istis hominibus ignota invisaque inventa & eruta sunt à præstantissimis ingenijs; quæ si usurpemus, quid flagitij committatur? neque eniã ita scribere necesse est, ut omnes omnia intelligant; sed potiùs, ut quædam sint, quæ rudiores investigare ac discere cogantur.

† Memini
v. Charisij
lib. 2.

Quemadmodum autem scioli isti malè obsoleta appellant, quæ rariùs fortasse occurrunt, attamen optimo ævo ab optimis scriptoribus usurpata sunt: ita in illo quoque errarunt, quòd parem nostri veterumque rationem esse crediderunt; cum nulli quidè nationi sermo Latinus hodie proprius sit; olim verò Latinè sint locuti, eoque ijs tum fuerit vocabulis utendum, quibus sua cujusque uteretur ætas. Læpsi in eo quoque, quòd nusquam putarunt obsoletis locum esse; cum quædam ex ijs in carmine decorè nonnunquam adhibeantur; ut videre est ex Varrone, Catullo, alijsque istius ævi Poëtis. Ovidij quoque est †,

† v. 4. Met.
lib. 5.

--- mortemque timens, cupidusque moriri.

Ne ipse quidem Maro in divinis Æneidos libris reformidat *ollis*, & *ollis*; idque non ijs tantùm in locis, ubi sic legitur vulgò, sed etiam alijs aliquamultis; ut Pierij docent Castigationes. *Quianarus* etiam pro *cur* dixisse, indicant vetusti codd. ac testantur Quinctilianus, Valerius Probus, Servius, Charisius, Priscianus. Initio undecimi

decimi libri codd. quidam habent, *Forfit* † *vota facit*: ac agnovit † *pro for-*
 hanc quoque lectionem Servius. Eiusdem est *aulai*, *piclai*, ac *for-* *ficar.*
tasse aurai, & *aquai*: de quibus in commentarijs nostris linguæ La-
 tinæ dictum. Item *quoi* *, & *fuat*, & illud,

-- liquidove potestur electro. *

* Vide Gif-
 sanj indicē
 Lucretianā
 in Quoi.

quamquam mihi quidem vulgata magis arridet: sed potestur est
 in codd. aliquot antiquis, ac placuit id magis Bartholomæo Ma-
 rantę †, & alijs, ut pro dactylo creticus sit; quod alibi etiam † *lib. 7. Lu-*
 à Marone fieri, ex vet. libris probatum it Giffanius. Utcumque *cullianarū*
 de isto est, liquet de cæteris. Nec tamen casu in talia incidit poeta: *quarū.*
 sed iudicio sic maluit, quoties gratia ex ijs accederet carmini: ut si
 vei Dij loquantur, vei veteres Latij incolæ, maximè senes, qui re-
 tinentiores esse solent sermonis antiqui.

Nec talia aliena planè sunt ab historia; ut ex Salluttio constat.
 Imò & Tacitus in 1 v. Annalium ait: *Intelligentem humani diviniq̄*
juris mentem daint. Nempe in persona Tiberij, qui antiquarius erat.

Præterea in austerâ oratione locum habet archaismus; ut monet
 Dionysius Halicarn. lib. *αὐτὴ σιωπῆτι & ὀνομαστικῶν.*

Imò & aliàs interdum, si orationi inde accedat majestas, vel ali-
 quid extorqueat necessitas, vel utilitas etiam jubeat. Vnde nec
 Tullius reformidat *randusculum*, *averuncare*, *virginari*, *tricarari*, no- † *ad Ast.*
stnabundus †, & alia quædam. *lib. 82. 67.*

Quod si duriora videantur, utemur ijs *αὐτῶν ἰσχυρῶν* *. E. G. ut * *præveni-*
 Plautinam vocem usurpem, ut veteres loquebantur, ut ita di- *entes repre-*
 cam, &c. Quod maximè locum habet in ijs, quæ non vulgo, sed *hensionem.*
 eruditius dicimus, aut scribimus. Ita ostendimus, veteres à nobis
 scriptores lectos, & intellectos. Tantùm bono id iudicio fiat, & mo-
 dicè, non fartim. Nam istæ penè exulcaræ voces manu, non sacco,
 sunt serendæ: ut de inpergendis fabulis Poëticis Corinna dicebat
 Pindaro *. Fabium hæc de re audiamus, cujus istud lib. 1. cap. VI: * *Plauticū.*
Verba à vetustate repetita non solum magno assertores habent; sed etiam de gloria A.
asserunt orationi majestatem aliquam, non sine delectatione. Nam & au- *stentioris.*
toritatem antiquitatis habent: & quia prætermissa sunt, gratiam novitati
similem parant. Sed opus modo, ut neque crebra sint hæc, neque manifesta,
quia nibilest odiosus affectatione: nec utique ab ultimis, & jam obliteratis
repetita temporibus, qualia sunt TOPPER, & ANTIGERIO, & EX-
ANTLARE, & PROSAPIA, & Saliorum carmina vix sacerdotibus
suīs satis intellecta. Huc pertinet illud ejusdem lib. VIII. cap. LXX:
Proprijs dignitatem dat antiquitas: namque & sanctiorem, & magis ad-
mirabilem

mirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat usurus. Et paullo post: Sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda. Exemplis hæc deinde illustrat: Satis, inquit, est vetus QVÆSO, quid necesse est dicere OFFIDO, quo sunt nisi paululum tempore nostro superiores? vereor, ne jam non ferat quisquam. Certè ANTIGERIO, cuius eadem significatio est, nemo nisi ambitiosus utetur. ERVMNAS quid opus est? tantquam parum sit, si dicatur LABOR. Horridum REOR; tolerabile, AVTUMO; tragicum PROLEM DVENDAM; VNIVERSAM EIVS PROSAPIAM insulsam. Quid multa? totus prope mutatus est sermo. Sed hæc Fabius censuram exercet feruorē, quàm oportebat. Ut quando ait, non opus esse vocabulo *arumna*. Atqui eo opus sibi putavit Tullius, qui in Paradoxis, & orat. post reditum in Senatam, & alijs aliquot locis, usurpat: quemadmodum nec uno loco apud eum *arumnosus*, & *arumnosissimus* legas. Nec *arumna* omnino idem est, quod labor, sed aliquanto amplius: unde ea *egritudo laboriosa* à Tullio definitur IV. Tusc. Quæst. Tristius igitur hoc verbum est, quàm alterum. Hinc & idem in secundo de Fin. *An cum de omnibus gentibus optime mererere, cum opem indigentibus salutemque ferres, vel Hercules perpeti arumnosus* (sic enim majores nostri labores non fugiendos, tristissimum tamen verbo, ERVMNAS etiam in Deo nominaverunt) exigerem ex te. Addit deinde Fabius, PROSAPIAM insulsam esse. Quod iudicium non quidem insulsam esse dixero: sed falsius, quàm palatum, ac stomachus ferre possint. Nam antiquarius ut sit Sallustius, qui usus eâ voce in Iugurtha: non tamen puto, insulsè eum scribere, aliquis dixerit. Vti nec elegantissimum scriptorem Minucium Felicem, qui in Octavio eam usurpat. Tullius tamen fateor, non sic loqueretur, præterquam in re prisca; ut Deorum vel heroum ortu, ac ne sic quidem, nisi *egritudo laboriosa*. Ut cum ait in Timæo, seu de Vniuerso: *Iovem, Ianonem, reliquos, & eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam*. Nimirum iudicio non exiguo in talibus opus est: quod non attendunt, qui sic ea consecantur, quasi loquendum esset cum Pacuvio, vel Accio: vel sic refugiunt, quasi sermo esset cum lisis, & calonibus. Senecam audiamus epist. cxv: *Multi ex alieno seculo petunt verba: duodecim tabulas loquuntur: Gracchus illis, aut Crassus, nimis culti & recentes sunt: ad Appium usque, & ad Coruncanum redeunt. Quidam contra, dum nihil nisi vitum & usitatum volunt, in serdes incidunt. Vtrumque diverso genere corruptum est, tam mehercules, quàm si vellet splendidis uti, ac sonantibus, & poeticiis, necessaria, & in usu posita vitare: tam hunc dicam peccare, quàm illum.*

alter se iusto plus negligit: ille & crura, hic nec alas quidem vellit. Si tamen paullum sit peccandum, peccandum potius in eam partem, quæ ostentatione eruditionis, quàm despectu; cultu ejus nimio, quàm fordibus peccat. Præsertim hodie, postquam tot jam seculis desijt sermo Romanus: ut nunc vulgi nobis cura sit nulla; sed tantummodo eorum, quos eruditio commendat. Et hæc de archaismo, ac vocibus priscais obliuivisque, ut eas Varro * vocat.

* lib. 4. de
L.L.

VIII. DE NOVATIS, AC NOVIS.

NOVATA quoque, quæ Græci *νεωτερια*, Cicero *facta* appellat, non temere sunt usurpanda: ut quæ puritati pariter, ac perspicuitati, repugnent. Vix enim fieri potest, ut nota sint omnibus, quæ à dicente primùm gignuntur. Eiusdem fere monetæ sunt voces novæ; hoc est, quæ ab omnibus, vel multis, vel saltem plerisque magni nominis, recipiantur; at veteribus tamen incognitæ sint. Hujusmodi sanè, si non perspicuitati (nam ea, fateor, quæ novitatem jam exuere, ignota esse amplius non possunt) at elegantia tamen, quæ antiquitatis est studiosa, inimica esse solent: ideoque rectè Fabius lib. i. cap. vi: *Vi novorum*, inquit, *optima erunt maxime vetera, ita veterum maxime nova.* Propterea Varro lib. ii. de L.L. ad Marcellum, ut ex Gellio * cognoscimus, *Aditumum* dicit oportere *cap. 10.* censet magis, quàm *adituum*; quod alterum sit recenti novitate factum, alterum antiquæ origine incorruptum. Idem Varro in v. de L.L. *Novissimum*, inquit, dicit ceptum vulgò; quod meâ memoriâ, ut *Ælius Gallus*, sic senes aliquot, nimium novum verbum quod esset, vitabant. Vbi legendum, ut *Ælius*, sic senes aliquot, vel referribendum, *Ælius Stilo*: vel apud Gellium pro *Stilone Gallus* reponendum lib. x. cap. xxi. ubi de novissimi voce Varronem laudat, ait ibidem Gellius, Ciceronem eâ voce, quod nova nimium foret, nusquam usum esse. Sed hac quidem in re falsus est doctissimus Grammaticus, qui quæ eum hac parte sequi non dubitavit, Laurentius Valla lib. iii. *Elegant. cap. xxxiii.* Nam usurpat eam Tullius, cum alibi, tum oratione pro Roscio Comædo: *Itaque, qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos venit comædos.* Quemadmodum nec refugere Galba *, D. Brutus †, & Cassius ‡, epistolis ijs, quæ Ciceronianis sunt admixtæ. Frequentat etiam Jul. Cæsar libris de bello Gallico: ut mittam cæteros. Nempe ubi novissimæ vox novitatem exuere jam

* lib. 10.
epist. 30.
† lib. 11.
‡ lib. 1.
lib. 12.
quæ. 13.

cœperat usu multorum, nec amplius elegantioribus ingenijs eâ uti religio fuit.

† lib. 8.
cap. 3.

Interdum autem Tullius in talibus mavult ea quasi remedijs quibusdam præmunire. Ut in Bruto: *Commentabar declamitans, sic enim nunc loquuntur.* Idem, ut Fabius † monet, fecit in novis *favoris*, & *urbani* vocabulis. Nam epist. ad Brutum: *Eum, inquit, amorem, & eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabo.* Et ad Appium Pulchrum: *Te hominem non solum sapientem, verum etiam, ut nunc loquuntur, urbanum.*

* lib. 7. &
9. de L. L.
† lib. 8.
cap. 3.

Nec tamen id semper fieri est opus. Abstinerere enim istis remedijs licet, postquam, nova quæ fuerant, novitatem perdidierunt. Vti factum in vocabulo *cervicis*. Quomodo primus in singulari, Varrone * teste, dixit Hortensius. Monet idem Fabius †: qui & similia commemorat. *Quæ adam, inquit, perdurant. Nam & quæ vetera nunc sunt, fuerunt olim nova, & quadam in usu perquam recentia.* Messalla primus *reatum, munerarium Augustus primus, dixerunt. Piraticam quoque, ut musicam, & fabricam, dici adhuc dubitabant mei præceptores.* Addit deinde, quæ de *favoris*, & *urbani*, & *cervicis* nominibus, superius retuli. Item quomodo Tullius ipse existimet, à Terentio primum dictum esse *obsequium*. Nempe quia Cicero in Lælio Terentianum appellat verbum. Verum non iccirco inter novata reposuerim, quia minimè ex eo consequitur, Tullium ignorasse, priores hæc voce usos Nævium, ac Plautum; ut rectè docet Parrhasius adversus, cum Fabium; tum imprimis Gellium, Donatum, & Politianum. Non tamen improbo sententiam Georgij Fabricij, qui putabat, Terentianum vocari verbum, quia Comicus hic primus in bonam usurpasset partem, cum antiquitus tantum diceretur de gratificandi studio in turpi & flagitiosâ adolescentiâ.

* præfat.
in nat. hist.
† epist. Cnei
Pompeij ad
Senatum in
3. Histor.

Sunt & alia aliorum. Ita Cato egregiè calumniatores dicit *viti- litigatores*, ex vitio & litigatoribus, ut Plinius * ait: vocemque *vitimagistratus* (si recta est Palmcrij emendatio) de Marianis & Cinnanis vitio & per vim magistratibus creatis Sallustius † usurpat. Varro à Musis dixit *musinari*; quo post eum usus Plinius Præfat. Nat. Histor. Terentius, juxta aliquos, *funambulum* primus vertit. qui Græcis *ζωιολόγος*. Cicero quoque plurima novavit, de quibus vide Uberum Folietam lib. II. de utri & præstantiâ sermonis Latini. Inter alia primus dixit *beatitudinem*, & *beatitatem*, primo de nat. Deorum: *mulierositatem* idem in IV. Tuscul. Quæst. ausus fingere: ab eodem quoque formata sunt *Syllaturire*, & *proscripturire*, lib. IX. ad Art. epist. X.

epist. x. Idem, ut scribit Sidonius Apollinaris *, primus dixit *indolentiam*. Neque enim temere lectionem hanc, quæ in omnibus prælo excusis reperitur, rejiciendam arbitror: non quod nesciam, quam multi errores sæpe omnes obsideant codices, quia crebrò ab uno universi tanquam à fonte defluxere: sed quia in glossis quoque legere est, *indoloria ἀνάγνητα*: ubi *ἀνάγνητα* legendum esse, jam diu est, cum monuere alij; nequis sibi hinc cum nonnemeine laureolam quærat. Nec tamen ita præfractè hanc sententiam probem, ut damnem *indolentia*; quomodo disertissimus Muretus * legendum putat; ac in codicibus aliquot inveniri, auctor est P. Colvius †. Certè quoddam *indolentia* vox usurpatur aliquoties à Tullio, id nihil prohibet, quò minùs is primus eà usus sit. Res ed magis anceps, quia optimi quique MSSi codices, nec *indoloriam*, nec *indolentiam* habent, sed *indoliam*; quemadmodum testatur quoque Carrio †. Evidentior res de voce *essentia*, quam non Sidonius modò eadem epistolà à Cicerone primitus inventam scribit; sed & Seneca alicubi †; nisi quis certissimam Mureti * emendationem in dubium revocet. At à Sergio Fabiano (malè ab Aldo, *Sergio Flavioq.*, editum) hanc vocem novatam esse, scribit Quintilianus *: credo, quia is primus *essentia* nomen trivit, & alia plurima novavit. Budæum, cum id Plauti verbum appellat †, planè memoria fefellit.

Nec quocunque alicubi Tullius utitur, id ubivis locum habet. Siquidem distinguere oportet inter ea, quæ in epistolis, vel in orationibus, quæq; in philosophicis, usurpat: ubi major libertas. Vti & aliàs, in rebus amœnis. Velut in Catone majore: Terra, inquit, *cum gremio mollito & subacto sparsum semen excepit, primum id occœcatum* (ita potiùs, quàm *occatum*, legendum esse, monuit Victorius *) *comhibet, ex quo occatio, quo hoc efficit, nominata est: deinde tepefactum vapore, & compressu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem: que nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmòq; erecta geniculato vaginis jam quasi pubescens includitur: è quibus cum emerfit, fundit frugem spica ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum.*

Nec tamen omnia illa Ciceronem habent auctorem, quæ huic tribuuntur ab hominibus eruditissimis. Quale est *flocosifacœon*. Quomodo Malaspina, & alij quidam, legendum putant lib. 1. ad Art. epist. xxv. At vehementer ea mihi vox suspecta est, cum alijs de causis; tum quia, si hac usus foret, tam insolentis compositionis meminisset Fabius, aut Sosipater, aut Diomedes, aut Priscianus, aliufve

* epistolà
carmini
14. præmissa
f.

* l. 15. Var.
Lect. c. 20.
† nois ad
Sidon.

† lib. 1. E-
mend. c. 16.

† epist. 59.

* lib. 15.
Var. Lect.
cap. ult.

* lib. 8. c. 3.

† annot. in
Pandel.

* lib. 2.
Var. Lect.
cap. 24.

aliusve eorum, qui de vocibus novatis egerunt.

Longè autem major poetis est novandi libertas, quàm Oratoribus. Imprimis verò hac sibi in parte indulgent Græci, Homerum certè plurima novasse, auctor est Plutarchus in vitâ Poëtæ. Istiti- modi est ἀγυθῆ, ut Aristoteles quoque in Arte Poët. monet. Vtitur eo Homerus initio Iliados a:

* quia con-
tinnuatiã af-
fecit Chry-
sen sacendo-
sem.
† sacerdos.
‡ preces.
† Ecl. 7.

Ὀυνενα τῶν Χρῦσῶ ἠτίμο' ἀγυθῆς *:

quo loco ἀγυθῆ vocatur ὁ βερβῆς †, ab ἀγῆ ‡, quasi *precatorem* dicas. Idè Aristoteles alterum quoque inibi exemplum ponit; at de cuius auctore non constat. Id est ἑρρωγῆ, pro *cornibus*, ab ἔρρω. i. ramus: ut geminum sit illi Maroniano †:

Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi.

Et hæc quidem derivatione sunt facta.

Imprimis verò innovare solent compositione. Cujus generis exempla passim se offerunt. Sed epico, & lyrico, fugiendæ sunt compositiones dithyrambicæ: quâ parte lasciviunt comici ad risum captandum. Quomodo, Athenæo teste †, Bryson ille, de cuius tetragonismo Aristoteles mentionem facit in Logicis *, ab Ephippo Comico † dictus est θεσπυμαχειοληψικερματων. Eo significabat, Brysonem Thrasymacho esse in disputando similem, ac sordidi lucelli amore vel minutum accipere numulum. Complura hujus generis invenies apud Aristophanem. Vti in Fucis:

Ὁρδοφοιπολοφακτοδικοταλακωρων τρεβπων.

Hieronymus Wolfius reddit:

Rectingredientibusycophantiinvidicimiseris moribus.

Sed Joh. Hartungus secundâ syllabâ post θ putat omisissum ε, ut sit ὀρδοφοιτο. &c. atque ita vocabulum hoc de ijs fuerit conficiam, qui diluculo surgunt, quò in forum eant ad exercendas sycophantias, ac proinde miseram agunt vitam.

Nec Comici modo his gaudent; sed etiam epigrammatum scrip- tores. Vti Αρδολογίας lib. 1. Epigr. εἰς χαμμαπικῆς;

Αβροχίτων ἢ φύλαξ θηροζυροκαμψιμέτων.

i. *At molliter vestitus custos fera ac flexijugæ frontis:*

Vbi θηροζυροκαμψιμέτων. è quatuor vocibus factum est: q. d. *feriflexijugæfrontis*. Notum quoque illud Hegesandri epigramma in Sophistas: quod feliciter transtulit Scaliger Conjectaneis in Var- ronem. Hujusmodi verba Aristophanes vocat *μειλιόμορα*. Neque enim hoc vocabulo significantur * *μειλιον ἀμφορέων ἀξια* †, prout exponit Suidas: sed potius ἀμφορέῖς ἀληθῆσαι δὴ μιλίαντες †. Horatius † appellat

— ἀμυλί-

† lib. 11.

* Analyt.

Poster. lib.

1. cap. 9. &

in Sophist.

elench. cap.

† 1.

† in Nan.

frago.

* decies

mille am-

phoras a-

quantia.

† qua totas

amphoras

implere va-

leant.

* epist. ad

Pisonem.

--- *ampullas, & sesquipedalia verba.*

Quamquam nec de ampullarum voce displicet sententia Yvonis Villiomari *, hoc est Josephi Scaligeri, qui ampullas ad *ἀνάσταξ* † * *adversus Titium lib. 2. cap. 9.* putat pertinere; unde interpretatur tumida, turgentiaque: *sesquipedalia* autem refert ad vocabulorum magnitudinem. † *sententiâ.*

Satis etiam hac parte luxuriant poetæ Latini, tam tragici, quam comici. Ac multa quidem derivatione fingunt. Quomodo Paccuvius in Hermionâ * ait:

Currum liquit, chlamyde contortâ astru clypeat brachium.

Pro quo molliùs dixit Livius in xxv: *Paludamento circa levum brachium intorto. nam ne scuta quidem secum extulerant.* Plauti est in Trinummo *ipfissimus*, in Perla *geminissimus*. Nec poetarum alij refugiant: præsertim in convivijs, amoribus, & alijs id genus. Ut Cn. Matius in mimiambis: quibus, ob nova verborum figmenta, delectari mulcerique aures suas, dicebat Antonius Julianus. Gelium vide lib. xx. cap. ix. Sed in hoc ejus senario,

Columbat inique labra conserens labris,

ut secundâ sede jambus sit, *columbulatim*, à *columbulus*, rescribendum videtur. Horatius etiam, dum concessum docet *, *Signatum* * in *Arte.* præsentè notâ *procludere nomen*, ipse vocem fingit, quæ respondeat Græcæ *ᾠδὴνμα*. Ait enim:

--- *Ego cur, acquirere pauca*

Si possum, invidior?

Puto, & novè dixisse Martialem †:

Carnarius sum, pinguiarius non sum.

Multa etiam compositione innovarunt. Quomodo Lævius in Alceſtide vituperones suos vocat *subductis supercilicarpiores*. Ita enim junctim apud Gellium legi debet lib. xix. cap. vii. Vbi vocem eam refert inter *nimumi* poetica, & *prosa orationis usu alieniora*. Similiter neque orator cum Livio Andronico † dicat:

*Tu cornifrontes * pascere armentas soles.*

Aut cum Paccuvio †:

--- *Nevei*

Repandirostrum, incurvicervicum pecus.

Vel cum eodem †, *rudentisibilus*, pro quo Cælius ad Ciceronem * molliùs dixit *rudentum sibilus*. Neque Plautus hac parte imitandus Oratori. Et tamen Comicus ille sæpius pro loco, tempore, personâ, decenter talia usurpat. Velut cum ridiculè in Epidico † fingit *perenticida*, quasi dicas perè cæforem (*pericidam* tamen maluissimè, quod

† lib. 11.
epigr. 101.

† apud Non.
in Armen-
ta.

Scal. cur-
vifrotès.
† apud Var-
ronè lib. 4.
de L. L. &
Fabianlib.
1. cap. 5.

† apud Ar-
ronem in 4.
de L. L.
* lib. 8. epist.
2.
† act. 3. sc.

propius

† *aet.* 4. *sc.* propius à *paricida* abit) aut cùm Curculione † quendam, ob marinum sive nauticum vestitum, vocat *halophantam*:

1.

Halophantam, inquit, *an sycophantam hunc magis esse dicam, nescio.*

‡ *aet.* 4. *sc.* 2.

† *aet.* 1. *sc.* 2.* *aet.* 1. *sc.* 3.‡ *apud Cic.* 2. de *Divin.** *Chil.* 3.† *lib.* 11. de *honest. discipl.* cap. 7.† *carmin.* de *Asiæ.*

Quamquam aliter hac de re Festus, qui *halopantam* legit, ab *άλαν*, id est *αλαν*, & *παρτα*, ut omnia mentientem significet. Nec in veritate idem Bacch. † dentes nominat *nucifrangibula*, quia nuces frangunt : & pugnos simili ratione appellat *dentifrangibula*. Idem in Pœnulo Pœnum Hannonem vocat *bisulcilinguam*. Eiusdem quoque in Trinummo est *turpilucricupidus* †, & *latebricole* *.

Sunt & alia id genus apud satiricos, & alios. Vti apud Luciliam sat. xxx*:

Imberbi androgyni barbato mœchocinado.

Idem poëta cochleam vocat †,

Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.

Cave enim cum Erasmo *, aut Petro Crinito †, testudinem intelligas : quæ sanguine cassa dici nequit, cùm sanguinem ejus mæderi oculorum suffusioni scribat Plinius lib. xxxi r. cap. i r. Nimirum imposuit utrique, quodd Tullius duas junxerit ænigmaticas definitiones, cochleæ unam, alteram testudinis ; quarum utrâque animo confusus obversante, alteram pro altera poluere. Catulli item est *herifugus*, & *fluëtisonum*. Eiusdem est †:

Vbi cervæ sylvicultrix, ubi ager nemorivagus.

Item:

Vbi capita Menades vi jaciunt hederigera.

Laberij est de ariete :

Reciprocicornem, lanicentem, testitrahum.

† *cap.* 1. Habes apud Tertullianum in scholastico scripto de Pallio †. *Testitrahum* autem dixit, quia testes suos trahere videatur, ob eorum magnitudinem. Eodem Tertulliani libro, ex scriptore nunc ignoto, Hercules dicitur *scytalosagittipellifer* ; quia tria hæc, scytalen, sive clavam, sagittas, & pellem, ferret. Phædrus quoque, quâ formâ * *fab.* 35. Catullus dixit, *sylvicultrix*, & *nemorivagus*, eadem ipse ait †, *Sus nemoricultrix* : quam vis vulgò edatur, *nemoris cultrix*. Geminum quoque illud P. Syri de ciconiâ:

Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria,

Avis exalhiemis.

Est & elegans compositio, cùm Aufonius fingit *volucripes*, & *lentipes* † ; item:

† *epist.* 21.

Fœmina

Femina qua jungat, quod volonolo, vocet †.

Hujusmodi compositionis novitate mirificè delectabatur Angelus Politianus; ut quoque scribit Crinitus †. Verumtamen vix aliter, quàm in versu, ijs utilicer. Multa enim horum non sine flagitio orationi, vel etiam epistolæ, interferas. Imprimis verò à prorsà sequestrari debent, quæ, ut dixi, plurimum sunt syllabarum; ut quæ haut multùm abhorreant à dithyrambicis: quæ de re aliquid etiam dicitur, cùm de verbis agemus † magnifici characteris.

† epig. 38.

† lib. 2. de honest. disc. cap. 13.

† lib. 6. cap. 4.

Longè quoque alia ratio est eorum, quæ novata sunt vulgi imperitiâ; ut cùm pro *albove*, aut *nigrore*, dicunt *albedinem*, & *nigredinem*: alia verò eorum, quæ novarunt docti; imprimis, si non auctore modò commendentur, sed etiam necessitate, & elegantia. Cujus generis plurima jam vidimus.

Nec tamen hoc ita intelligi debet, quasi nostri ævi hominibus planè adempta sit fingendi potestas. Rectè Horatius †:

† epist. ad Pisou.

-- Licuit, semperque licebit,

Signatum presente notâ producere nomen.

Scitè sanè Theodorus Gaza, cùm alia finxit, tum *depedes*, *deplumes*, & *depiles*: quæ planè gemina istis Tertulliani, qui *bestias exungues*, & *excornes* vocat. Atque hujusmodi ille imitatione finxit Græcorum: idque in serio argumento. Quod magis etiam, ut superius monui, concessum est in amœnis, & ludicris. Philippus quidem Beroaldus non invenustè hoc in genere lusit. Nam cùm is Bononiæ, quâ in urbe publicè humanitatis studia docebat, aliquando à contubernaliis suis Polonis interrogatus esset, quomodo Latinè appellari posset edulij genus, quod ipsis apposuerat, (erat autem, quod vulgò *tartam* vocant, sive quasi *tortam*, à torquendo, sive *xyrtadion*, & unius literæ adjectione, à Latino *tracta*, quo usus Cato) lepide respondit, *herbica sovium* vocari, quia ex herbis, calco, atque ovis, conficeretur. Ac festinum hoc responsum ab auditoribus cum risu exceptum est. Nec certè id hilo deterius est, quàm veterum *suovivaurilia*: quomodo vocabant sacrificij genus, quia fieret sue, ovis, tauro: nisi potius *solitaurilia* dixeret; quod longe est verisimilius, ob ea, quæ scribit de hoc Festus.

Quin cùm multa hodie ignorentur vocabula, quæ olim erant nota; major nobis injecta est fingendi necessitas, quàm veteribus illis: qui tamen ipsi etiam conquesti fuere de linguæ suæ paupertate, vel, quod amplius est, egestate. Seneca epist. LIX: *Quanta verborum nobis paupertas, imò egestas sit, nunquam magis, quàm hodierno die, intellexi.*

† lib. 1. & intellexi. Plinius lib. xv. epist. xviii: *Inopiâ, ac potius, ut Lucretius † ait, hâc egestate patri sermonis.* Eodemque modo, at in realiâ, hæc distinguit vocabula M. Tullius in Paradoxis *: *Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam, nunquam obscure inlusi.* Et Ovidius:

--- *Alter egens, altera pauper erat.*

* lib. 3. Ac Martialis quoque *, Nestorem deridens, qui, cum egens esset, pauper dici volebat, hoc pacto claudit epigramma:

Mentiris, vanoq; tibi blandiris honore.

Non est paupertus, Nestor, habere nihil.

Satis de novatis.

IX. DE SCRIPTORVM DELECTV.

QVÆCVMQVE verò hæctenus de verborum delectu diximus, ea nullius, vel exigui usus erunt, nisi delectu etiam utamur in scriptoribus legendis, atque imitandis. Sunt autem scriptorum quatuor ætates: nempe uti hominum apud poëtas. Sed poëtis, ut

‡ Ovid. 3.
Met.

Aurea prima sata est ætas.

--- *Subyrtque argentea proles,*

Auro deterior, fulvo pretiosior ære.

Tertia post illam successit ænea proles.

--- *De duro est ultima ferro.*

Ætates verò linguæ Latinæ contrario ordine procedunt. Nam à ferrea, & mox ænea, per argenteam ad auream deventum est. Ad ferream ætatem refer hymnos Saliæres tandem viæ sacerdotibus suis intellectos: item leges XII. Tabb. & columnam rostratam C. Duillij, quæ hodieque vîsitur Romæ.

Ænea ætas incipit à Livio Andronico. Atque eò pertinet *Ennius ingenio maximus, arte rudis*; ut de illo Naso † scribit: *Cæcilius, malus Latinitatis auctor*, ut eum vocat Tullius *: *Accius & Paccuvius, quos vomere ait Martialis †. Nec dispar aliorum ratio, nisi quod jam horum temporibus, quidam cultiores cæteris fuerunt: ut sermo eorum tantò aliorum exsuperet phrasin, quantò argentum præstat æri.* Talis est dictio Plauti, ac Terentij imprimis. Auream voco ætatem, quæ Ciceronis, Cæsaris, Virgilij, Horatij, & æqualium temporibus effulsit. Postea verò sermo Romanus retro fluere, ac quasi ex aureo in argenteum iterum computari. Quod jam, Tiberio imperante,

‡ lib. 2.
Trist.

* lib. 7. ad
Att. epist. 3.

‡ lib. 11.
epig. 91.

perante contigit: ut ex M. Senecæ *, Fabij †, & aliorum † queri-
 monijs, constat. A temporibus autem Severi auspiciari liceat æneam
 ætatem: quæ tandem in ferream desijt, postquam variarum gen-
 tium irruptione Romani ipsi facti sunt barbari.

Eos igitur maximè imitari oportet, qui aurèâ ætate vixerunt: ac
 ante omnes M. Tullium, *calestem in dicendo virum*, ut Fabius * eum
 vocat: quique (ut porrò Fabij † verbis insitam) *apud posteros id*
consecutus, ut Cicero jam non hominis nomen, sed eloquentie habeatur.
Hunc igitur spectemus, hoc propositum sit exemplum. Ille se profecisse
sciat, cui Cicero valde placebit. Et quid vetat Plinij etiam elogium
linguaque lauream meritus, & in facundia, Latiarumque literarum studio
parens. Neque tantus in dicendo vir, à quo exiluisse Romanam facun-
diam etiam L. Seneca † ait, in proprietate sermonis, de qua nunc po-
 tissimum agimus, cuiquam cesserit. Quam enim curiosè eam ob-
 servàrit; vel illud argumento fuerit, quod dicam. Fuit, cùm ex-
 istimaret, *inhibere remos idem esse, ac retinere*; eoque, ut auriga
 equos inhibet, quò cursum sistat, ita etiam remos inhiberi putaret,
 eùm sustinentur. Postea ex nautis didicit, inhiberi remos, cùm re-
 miges alio navigante modo, navim ad puppim convertunt. Quod
 edoctus, minimè cessandum putavit, usque dum ejus rei, & Atti-
 cus, & Varro, monerentur, quò in secundo Academicarum Quæ-
 stionum libro, quem jam transmiserat, locus ille emendaretur.
 Quod ita esse, indicant hæc Tullij verba ad Atticum epist. **xxi.** lib.
xiii: *INHIBERE illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer*
displicet. Est enim verbum totum nauticum: quamquam id quidem scie-
bam; sed arbitrabar, sustineri remos, cùm inhibere essent remiges jussi. Id
non esse ejusmodi, didici heri, cùm ad villam nostram navis appelleretur.
Non enim sustinent, sed alio modo remigant. Id ab ἰνοχῆ remotissimum est.
Quare facies, ut ita sit in libro, quemadmodum fuit. Dices idem Varroni,
nisi fortè mutavit. Quod si de voculâ etiam ita laboravit Tullius, nihil
 mirum, si viro, ut omnium eloquentissimo, ita proprietatis aded
 amanti, omnium doctissimo Varro mitteret libros suos de L. L. si
 itè omnium fortissimus Julius Cæsar, nec vel eloquentiâ, vel doctri-
 nâ illis minor futurus, si totû his se studijs dedisset, eidem dicaret li-
 bros suos de analogia. Qua de re sic Tullius in Bruto: *In maximis oc-*
cupationibus ad me ipsum de ratione Latine loquendi accuratissime scripsit
Cæsar; primoque in libro dixit, verborum delectum originem esse eloquentia-
 Huic ipso Cæsari, atque item Terentio, ob proprietatem ac navi-

tivam Romani sermonis elegantiam, proximum post Tullium datum locum. Sanè, quàm præclare de utroque fenserit Cicero, cognoscimus ex ijs, quæ de utroque scripsit. De Terentio quidem ad Atticum † ait hoc pacto: *Secutus sum, non dico Cæcilium*: Mæne ut ex portu in Piræeum: *malus enim auctor Latinitatis est: sed Terentium, cuius fabella propter elegantiam sermonis, putabantur à C. Lælo scribi*: Hæri aliquot adolescentuli coimus in Piræeum. Hactenus Cicero. De Cæsare verò sic idem in Bruto: *Etiam commentarios quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem probandos: nudi enim sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis tanquam veste detractâ: sed dum voluit alios habere paratos, unde sumerent, qui velent scribere historiam; ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamistris inurere; sanos quidem homines à scribendo deterruit*. Eodem libro ait: *Illum fere omnium Oratorum Latine loqui elegantissimè: nec id solum domesticâ consuetudine, ut dudum Læliorum, & Domitiorum familia: sed, ut perfecta esset illa bene loquendi laus, multis literis, & ijs quidem reconditis, & exquisitis, esse consecutum*. Alia etiam ibidem in hanc mentem invenies.

Quod si quis quærat, quibus post tres hosce locus debeatur, dicam illud Fabij * verbis, *ut quisque erit Ciceroni simillimus*. Quales Nepos, Livius, Velleius, Curtius, Fabius, & alij fere, qui vel Ciceronis ævo vivere, vel non ita magno distant intervallo. Ac in orationibus quidem Tullianam imprimis imitabimur dictionem, & eorum, qui proximè ad Ciceronem accedunt. In epistolis verò, (quæ, ut Artemon apud Demetrium auctor est, eodem modo, quo dialogi, scribi debent) aliquanto alia ratio est. Nam in his optimè Tullio comitem dabimus, non Terentium modò, sed, ubi firmitus erit iudicium, etiam Plautum. Quos cum dico, Agellium non excludo, cum nemo felicius expresserit Comitorum phrasin: ut de eo audiri non debeant doctissimi Hispani duo, Ludovicus Vives, & Antonius Augustinus. Antiquarius quidem est, sed citra affectationem. Iuvabunt quoque plurimum & hîc, & in omni sermone, fragmenta illa veterum Iurisconsultorum, Iustiniani iussu redacta in quinquaginta malè Digestorum libros. In quibus tanta est sermonis proprietas ac elegantia, ut optimus lingue Latine censor, Laurentius Vallensis †, dicere non dubitârît, si lingua Latina perijisset, ex solis eam instaurari posse Pandectis. Adulta verò ætas hæcæ succenturiabit Sallustium, Tacitum, Senecam: quos primæ qui ætati quoque commendatum eunt, nemini sapienti, scio, hoc suum consilium probabunt. Siquidem cum, firmatâ ætate, soleant omnes iudicij

† lib. 7.
epist. 3.

* lib. 2.
cap. 6.

† in prom-
tio lib. 3.
Elegant.

judicii falce refecare luxuriantem juventutis dictionem: aridi profe-
 cto fiant necesse est, qui primâ ætate breves illos subtilisque scri-
 ptos imitandos sibi proponunt. Quare mustæ quidem ætati com-
 mendamus imprimis lacteam copiam ac facilitatem Ciceronis; quem & aliquandiu solum legi volumus, quod in sanguinem vertatur, ac succum. At postquam habebit oratio lineamenta corporis, ac Romani sermonis habitum, tum demum legendi breves illi. Atque etiam in delicijs tum fuerit is, quem dixi, Plautus, cujus dictione tantopere celebrat antiquitas. Audiamus, quæ Tullius ex persona L. Crassi refert in III. de Oratore: *Equidem, cum audio socrum meam Leliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem servant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, que prima didicerunt) eam sic audio, ut Plautum mihi videar, aut Nevium, audire.* Plinius quoque, cum laudare ob sermonis munditiem vellet epistolas ab Euricij, vel Septitij Clari uxore scriptas, *Plautum, inquit, vel Terentium metro solum legi credidi.* Agellio idem nunc *† verborum Latinorum elegantissimus* dicitur; ubi *elgentissimus* legendum puto: nunc eidem vocatur *† Latina lingua decus: nunc lingua atque elegantia in verbis Latina princeps.* Imò L. Ælius Varro Præconinus, Varronis præceptor, atque, ex ejus sententiâ, Varro ipse, dixere, *Musus Plautino sermone locuturus fuisse, si Latine loqui vellet: quemadmodum Fabius te statatur.* Sed huic Varronis judicio non uno modo occurri solet. Nicolaus Loënsis, vir doctissimus, in Epiphyllidon libris *†, arbitrat, eum hoc loco per sermonem intelligere facetias: idque propterea, quia, Plautinos sales à proavis laudari solere, etiam Horatius † dicit.* Eo autem modo *sermonem* pro facetijs dicere autumat, quo Græci, & eorum imitatione Plautus, identidem appellant logos. Sed, ut liberè dicam, inficetum hoc, vereque logos arbitror: ac adeo ridiculos, ut si *† ille Crassus audisset, haut aliud fuerit facturus, quàm, quod egit, cum asinum vidit comedentem carduos.* Facilius eidem assenserò, cum *sermones* ita interpretatur in altero Varronis loco, qui adducitur *† è Parmenone.* Vbi sic scripserat: *In argumentis Cæcilius palmam poscit: in Ændroy Terentius: in sermonibus Plautus.* Quo loco etiam doctissimus Andreas Schottus *† per sermones* intelligi sales putavit. Interim nec hujus loci sententiam penitus assequuntur: quod, ut pareat, scito opus, tria in comœdia spectari: primùm argumenti inventionem, ac *† Ændroy, sive ordinem: deinde † Ændroy, sive hominum mores, qui pro persona cujusque, si uspiam, sanè in comœdia, aptè exprimi debent: tertio autem*

* lib. 8.
 epist. 16.
 † lib. 1. cap.
 7.
 † lib. 19.
 cap. 8.

* lib. 8. cap.
 1.

† lib. 3. cap.
 9.

† epist. ad
 Pisones.

† risus ex-
 peris.

† à Nomo
 in Posce-
 re.

* Nodorum
 Ciceronis
 lib. 3. cap.
 20.

‡ sententiam.

loco *oegon*, seu *elocutionem*, quæ non verba modò, sed etiam *diariorum* ‡, respicit. In primo horum ait Varro, Cæcilium vincere, in altero Terentium, in tertio Plautum. Ex quo eadem cognoscimus, causam non esse, cur, cum eodem Loënsi, pro *argumentis* rescribamus *oedea*. Quamquam id aliquando non displicuerit mihi: nimirum propter illa ejusdem Varronis, quæ ex quinto de L.L. Charisius † adducit: *Hic nulli alij seruire conuenit, quam Titinio, & Terentio: oedea uerò Trabea, & Attilius, & Cæcilius, facillè mouerant*. Nunc non tantum illud uidetur, ut iccirco ad sensum accommodem Loënsi. Nam nihil prohibet, quo minùs idem Cæcilius, & argumentis, & ciendis affectibus, uicerit. Nec ea est affinitas inter duo hæc uocabula, *argumenta* & *pathe*, ut uerisimile fiat, errore librarij alterum alterius locum occupasse.

† extremo lib. 2.

Vidimus de ijs, qui, ne Varro præclare ad eò de Plauti stylo sensisse uideatur, uerba ejus in longè aliam sententiam deflectunt. Venio nunc ad istos, qui illud quidem agnoscunt, in sermone ab eo Plautum omnibus præferri: sed hac parte togatorum doctissimum esse audiendum negant: quippe hominem antiquarium, qui passim penè desitis usus sit; ut imprimis cognoscimus ex fragmentis ejus, quæ apud ueteres grammaticos leguntur. Atque addunt, ideo eum ab auctore dialogi de causis corruptæ eloquentiæ, unà cum Sisenæ annumerari illis, qui cum antiquo, quam cum æuo suo, loqui maluissent. Nempe eodem illum morbo laborasse uolunt, ac principem historicorum Crispum Sallustianum; qui & ipse ueteri epigrammate incessitur, quòd uerba sua sublegerit Porcio Catoni; cuius dictio dura ac horrida, Ciceronis † etiam iudicio, fuit. Atque hunc in modum differunt illi: qui si non aliud uolunt, quam aureâ ætate, quam dixi, Oratori magis conuenisse dictionem Ciceronis, uel Cæsaris, quam Plauti, & æqualium: equidem lubens ijs suffragor. Nam Tullij temporibus sermo uetus multum erat mutatus: Oratori autem, cui sæpe in populo orandum erat, non aliâ utendum oratione fuit, quam populari, atque usitatâ. Eoque sic ei Plautus erat lex linguæ Romanæ, ut lima eidem esset Terentius, uel siquid Terentio tum cultius foret. Quare, ut Plauti ætate, Musæ (sic more ueterum loqui liceat) sermone non alio usuræ erant, quam Plauti: ita dicere liceat, Terentij temporibus Terentiano more locuturas fuisse: ac ætate Ciceronis, & Cæsaris, si sermonem cum Romanis ferere uellent, Tullij, Cæsaris, & æqualium more, id fuisse facturæ. Nec enim Dearum (ut sic dicam) fuisset incultius loqui, quam

† in Bruto.

quàm hominum elegantiorum. At quis nescit, aureâ horum ætate, magis excultam fuisse linguam Romanam, quàm secundo bello Punico, cum Musæ in rudi illâ, & efferâ Romuli gente, pedem primùm posuissent? Sed ista licet fateamur non inviti: non tamen consequi ex ijs putamus, quod colligere hinc conantur. Quod ut liqueat magis, tria hæc tempora distinguemus; illud, quo Plautus fuit; alterum, quo Cicero florebat; & præterea tertium, quo nos sumus. Plauti ætate ne Oratorem quidem dedecebant archaismi, & voces illæ antiquæ, quas apud Comicum hunc legimus. Sic enim tum loquebantur. Ciceronis verò ætate ea locum amplius in Oratore non habebant: attamen non usque ad eò consuetudini adstringebantur hi, qui non dicerent, sed scriberent; atque eruditius magis scriberent, quàm vulgo. Nempe uti necesse non est, ut vasa, quibus utimur, formam semper habeant usitatam; sed etiam vetera delectant, dummodo mundicius adsit: ita, qui scriberent hominibus doctissimis, non semper averfabantur antiqua, modò rem purè ac propriè exprimerent. Nostro verò ævo, ni fallor, etiam plus aliquanto licet Latine dicturo: quia non amplius in populo, (postquam ne in Latio quidem Latine loquuntur) sed in consessu fere doctorum dicendum est. Quamobrem minimè eos audimus, qui Varronem, Crispum, atque alios, optimi ævi scriptores, eo nomine culpant, quia non planè sequantur consuetudinem sui temporis: multoque minus eos audimus, qui ad Tullianam phrasin omnia exigunt, quæ hodie scribuntur. Nec enim tam inops est lingua Latina, ut uno solum modo aliquid Latine dicatur. Multa bona apud Tullium; sed & apud Plautum: in quo Romanorum doctissimi summam agnovere sermonis castimoniam. Eoque persuasissimum habemus, juvenuti, postquam nativum illum vultum, veraque Latini sermonis lineamenta, imbiberit è fonte Tulliano, non modò Terentium, Cæsarem, alios, qui propiùs ad Tullium accedunt; sed Plautum etiam, multum diuque esse versandum. Tantùm iudicium in delectu desidero. Primùm in archaismis, & penè desitis; quæ nec ubique, nec semper locum habent: ut superiùs satis diximus. Deinde in ijs, quæ Comicus ille finxit ad risum captandum. Multa enim apud eum decore dicuntur à servo, aut lenone; quæ si orationi nostræ inferantur, reddamus eam prostritam, ac plebeiam. Quale est. cum servus ait †, *expuere lachrymam*. Suntque apud eum comolaria hujus generis: quæ extra scenam non habeant locum: nisi fortè cum familiaris amico, sermone, vel epistolâ, visum erit paulùm nugari.

† P'sent.
act. i. sc. 1.

† iudicium de sermone ex multo vsu postremo adnascitur.

Hæc pluribus perfecti sumus, quia non cuiusvis est de stylo iudicium ferre. Nempe, ut optimè ait Longinus †, ἡ ἄριστερότης λόγων κείνη πολλῆς ἐστὶ φείρας παιδαγωγῶν ἐπιτήρημα.

X. DE PERSPICIVITATE GENERATIVM, AC PARTICVLATIVM DE HOMONYMIA.

V I D I M V s de priori Elegantiæ parte, quæ in Latinitate consistit. Accedo nunc ad alteram, quæ est perspicuitas. Hæc cum summa sit orationis virtus, invenias tamen, qui obscuritate operum nomen eruditi affectent. Eleganti-hos epigrammate ridet Martialis †; quod eo lubentiùs apponam, quia familiaris ille morbus est juventuti:

† lib. 10. epigr. 21.

Scribere te, qua vix intelligat ipse Modestus,
Et vix Claranus, quid, rogo, Crispe, juvat?
Non lectore tuis opus est, sed Apolline, libris.
Indice te, major Cima Marone fuit.
Sic tua laudentur: sanè mea carmina, Crispe,
Grammaticis placeant, & sine grammaticis.

* honore dignus, vel de quo par est haberi sermonem. a lib. 8. c. 2. quod est de perspicuitate. b lib. 2. c. de amphiboliis. c in pueris. d apud Suidam. de clavis grammaticis in Lectione. e Suidas in λάρυγγος. f Hely-clius; apud quem perperam legitur λάρυγγος.

Obscuritatem autem adferam orationi, non solum verba prisca, ac novata, de quibus, cum de verborum delectu ageremus, satis diximus: sed etiam ὁμωνυμία. ἀμφιβολία, περιπλοκή, βραχυλογία, ὑπόδοσις omiffa, vel longius reddita, μειωσολογία, ὑπερβασις, ἀναστροφὴ, & σύγχυσις.

Ὁμωνυμίας ambiguitas ex eo oritur, quodd aliquid diversas habeat significationes. Nec ea tantum in privis est vocibus; sed etiam conjunctis. Sic tamen, ut non sit huius loci, quæ ex constructione provenit. Ut omnino falsus sit Petrus Victorius, qui, etsi videat Aristotelem in secundo Rhetoricorum disertim dicere, λέγει ἀέριον *, exemplum esse ἑμωνυμίας: eod tamen, quia gemina hic vox est, propriè esse ἀμφιβολίαν existimet.

Nec tamen ὁμωνυμία est, quoties vox usurpatur in se ὁμωνυμῶ. Nam etsi ταννυς & animal sit, & mons, & signum in cælo, & nomen hominis, & radix arboris, teste Fabio a: imò etiam, ut Diomedes b, & Suidas c, testantur, notet τὸ αἰδοῖον τῷ ἀνδρῶς; unde λαύριος d vox de rabis e in Venerem: non tamen ambiguitè loquitur astrologus, cum, sidera enumerans, tauri meminit: quemadmodum neque, cum canem, lyram, aut delphinum nominat: quia ex naturamateriæ, de quâ agit, manifestum est, quomodo his vocibus utatur. Quare tunc tantummodo ὁμωνυμία statuenda est, quoties ambigua videri

videri queat loquentis sententia. Ita ancipiti voce, ac sententiâ, jactabat Tullius †, *Octavium laudandum, & tollendum, cum aliud diceret, aliud intelligi vellet*; ut inquit Velleius. Et Octavius venienti ad se Tullio, suaque merita commemoranti, pari ambiguitate dicebat, *quod postremus accederet amicorum*; ut auctor est Appianus. Simile est istud Juliani rhetoris *: *Adolescens hic sine controversia disertus est*. Videri poterat id velle, absque dubio eum esse disertum: sed significabat, utcunque controversia ipsa, quam tractare debebat, esset *inexplicabilis*; & ut Gellius vertit, *inexplicabilis*; tamen ea, quæ subitaria dictione, & magnâ vocum turbâ fudisset, principia nescio quæ fuisset, de quibus satis conveniret: ac proinde ea solum dixisse, quibus nemo contradiceret: ut differuerit sine controversia, quia controversia non est, nisi aliquid in utramque partem agitur: quod hæc non fiebat, quia non ea tractasset, in quibus cardo rei versaretur; sed in quibus vidisset luxuriare imprimis posse orationem suam. Hoc paulò pluribus explicandum putavi, quia, ut non penitus mentem Juliani affecturus sit Robertus Titius †, cui & Scipio Gentilis † subscribit: tamen nec satis eam perspexit Yvo Villiomarus *, hoc est, Iosephus Scaliger. Neque enim ex eo, quod controversia utrimque posset disputari, consequitur, sectatorem Juliani alia attulisse, quam aperta certaque. Sed de isto satis. Subdam nunc exemplum non dissimile hominis Græci. Agefilai nimirum, qui dicebat, se nescio quot millibus sagittariorum ex Asia expelli. De militibus eum loqui crediderit aliquis. Sed innuebat, Græciæ principes ad Persarum rege, atque id suavis Cononis, corruptos esse largitione numismatum, in quibus signum erat sagittarius. Auctor Plutarchus in Artaxerxe, & Agefilao, & Laconicis. Ac meminit ejus largitionis etiam Polixenus in primo strategematum. Cum autem venisset hæc ac festivè dicta fuerint ab Agefilao, Iuliano, Octavio, Cicerone: manifestum est, *queruntur* quandoque locum habere, si genio non careant.

Eleganter etiam utimur voce in se ambigua, cum ita unâ accipitur significatione, ut ad alteram adludatur. Sic scitè Augustus *, *apud Ma-*
cum quidam araret paternæ locum sepulturæ, Hoc verè, inquit, est
patrem colere. Etiam M. Tullius non inficetè epist. VI. lib. VII. ad
 Att. *Pilia dic, non esse aquum, eam diutius habere, nec id esse vestra con-*
cordia. Præcesserat proximè: *Andivi quartanam à te discessisse. mo-*
viat, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Sententia, quam Manu-

† lib. 11. ad
 Famil. epist.
 20. & lib.
 15. ad Att.
 epist. 5.
 * apud Gel-
 lium lib. 9.
 cap. 15.

† locorum
 controvers.
 lib. 1. cap. 2.
 † comment.
 in Appuleij
 apolog. an-
 not. 662.
 * Animad-
 versionibus
 in Titij lib.
 1. cap. 2.

* apud Ma-
 crobium lib.
 2. Saturni.
 cap. 4.

† recens
nuptiarum.

† And. act.
1. sc. 1.

† act. 2. sc.
Scaim abijt.

rium concordiaē inter te, & Piliam *υεβζαμω* †, febrim habere te; cūm te potius oporteat habere Piliam. Allusit enim ad notionem illam habendi, quā Comicus ait †, *Quis Chrysidem habuit?* Neque aliter rō *εχεν* accipit Aristoteles postremo habendi modo ex octo illis, quos recenset in *υωδραειη* Categoriarum.

Ex ejuscemodi ambiguitate captare jocandi materiam solent Comici: Plautus imprimis. Ut Milite glorioso †:

--- Sat edepol certo scio,

Occisam sepe sapere plus multo suem.

Ubi argutiolam quaesivit *ιουουηη* vocis *sapere*. Talium ampla apud eam est seges.

Nihil etiam crebrius eo genere apud epigrammatum scriptores. Ita *soluendi & expediendi* verbis lusit M. Furius Bibaculus † in Valerium Catonem, Syllani temporis grammaticum: cūm solvere non posset *as* alienum:

† apud Suetonium de illust. grām. mat. in Cat.

*Mirati sumus optimum magistrum,
Summum grammaticum, optimum poetam,
Omnes solvere posse quaestiones,
Vnum difficile expedire nomen.*

Simile quoque illud Catulli, ludentis ambiguo *oppositi* vocabulo, quia aliter domus opposita vento, aliter pignori opposita dicitur:

*Furi, villula nostra non ad austru
Flatus opposita est, nec ad favoni,
Nec savi boreae, aut apeliota:
Verum ad millia quindecim, aut ducenta.
O ventum horribilem, atque pestilentem!*

Idem in proprijs fieri solet. Quale hoc Diphili tragœdi in Pompeium: *Nostrā miserā tu es Magnus*. Refert Tullius ad Atticum lib. 11. epist. 19: & ex eo Valerius Maximus lib. 6. cap. 11. Ipsijs autem Ciceronis est pro Cluentio: *Atque etiam ipse conditor totius negotij Guttam adspersis huic Bulbo*. Idem ad Anierem, Antonij poetam, Propertio etiam, & Ovidio memoratum, festivē alludit, in Philippicis, cūm inquit: *Ex agro Falerno anseres depellantur*. Nam Anseri agrum Falernum donarat Antonius: ut Servius monet in Ecl. 19. Quā ipsā Maro ad eundem alluisse putatur, quando ait:

*Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinnā
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.*

Quid etiam venustius istis versibus, quos à populo in Sarmentum quendam

quendam conscriptos ait vetus Juvenalis scholiastes * :

Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.

Digna dignis. sic Sarmentus habeat crassus compedes.

Rustici, ne nil agatis, aliquis Sarmentum alliget.

Vbi loqui videtur de virgâ à vite, vel arbore, refectâ (id enim est sarmentum) cùm hominem ejus nominis designet.

Quod si dictio ambigua nihil elegantiae adferat orationi : vel ea abstinendum omnino erit ; vel voci dubiae subijcienda est non dubia, ut ita ambiguitas tollatur. Quâ de re aliquid etiam Scipio Gentilis lib. I. Παρέργ. cap. v.

XI. DE AMPHIBOLIA.

AMPHIBOLIA est constructionis ambiguitas. Erasmo hæc *, & alijs summis viris, imò & in plerisque MSSis, ἀμφιβολία in cap. I. vocatur : sed corruptè, ut jamdiu monuere H. Stephanus, libello de abusu Linguae Græcæ, & focer meus Franciscus Junius, examine enunciationum Gratiani Prosperi. Nempe ab ἀμφιβολία † quidem venit ἀμφιβολία : ab ἀμφιβολία autem, & ἀβύθου, non ἀμφιβολογία effert, sed ἀμφιβολολογία, quam vocem repudiavit Græcia, ut minime morigerantem aurium voluptati. Ἀμφιβολία est in illo Virgilij x. Æn.

Assaracis, duo, & senior cum Castore Tybris.

Ad quem locum ita Servius : *Possumus & solum Tybrim seuem accipere; possumus & Castorem, si legamus, Et senior cum Castore.* Quodam modo etiam ἀμφιβολία est in illo Terentij * :

Itaque adeò uno animo omnes: socrus oderunt nurus.

Nam & socrus casus rectè esse potest ; nurus causativi : & contrâ. Ac consultò Poëtam extraxisse ambiguentem, scripsit B. Hieronymus adversus Iovinianum : quia nempe & illæ has, & hæc illas, odio profequuntur ; licet istic loci tantùm agatur de odio Sofratæ erga Philumenam, focrus erga nurum.

Mirum, nec Valerium Flaccum eam refugisse initio operis sui. sic enim orditur Argonautica :

Prima Deum magnis canimus freta pervia nautis.

Vbi dubium videtur, num *Deum* cum *nautis* cohæreat, an *freta*, quod magis placet. At Scoppa † falsus, qui, dum ad posteriorem hanc consecutionem non attendit, *natis* pro *nautis* substituendum putavit.

Dignum autem observatione est, quod monet Hermogenes

* annotat.
in cap. I.
Matth. itè
in apoph-
thegmate
Augusti de
Verbo, &
alibi
† ambi-
guus.

* Hecy.
act. 2. sc. 1.

† lib. 1.
Colicitan.
exp. 15.

ἢ μεθόδε δεινότητος, licet multi statuunt ἀμφοβολίας in multis Homeri, aliorumque locis; in nullo tamen veteri scriptore eam reperiri: cum, ut ὁμωνυμία non est, ubi, quā significatione autor voce aliquā utatur, obscurum non est; ita neque possit dici ἀμφοβολία, quoties alterutra construendi ratio, aut sententia, absurda est: quod in illis, quæ adduci solent, locis, perpetuum esse, existimat. Id utrū ita sit, an secus, hoc loco non disputo. Vt plurimum certe evenire, lubens agnosco. Vt, si quis dicat, visum à se hominem librum scribentem. Sic Mercatore Act. II. Sc. III:

Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus.

Vbi, ni elogiorum cum impleantur construas, inepta fuerit sententia. Proximam etiam sic scenam auspicatur:

Pentheum diripiisse aiunt Bacchas.

Vbi Pentheum direptum esse non Bacchas: cum posterius hoc fabulari historiæ aduersetur.

XII. ΔΕ ΠΕΡΙ ΠΛΟΚΗΣ, ΒΡΑΧΥΛΟΓΙΑΣ, ΑΝΑΝΤΑΠΟΔΟΣΤΩΣ, ΜΑΚΡΟΛΟΓΙΑΣ, ΠΛΕΟΝΑΣΜΩΣ, ΕΤ
 QVIBVS DAM ALIIS, QVA OBSCV-
 RANT ORATIONEM.

ΠΕΡΙ ΠΛΟΚΗΣ seu Involutio est, cum quid quibusdam velut tegumentis occultatur, siue quia res sunt turpes, siue quia tristes ac molestæ auditoribus, siue quia Orator non audeat id de se aperte dicere, quod tamen ad rem facit. Hæc etsi perspicuitati aduersatur, quæ summa est sermonis virtus; si tamen suo loco adhibeatur, commendat & exornat orationem. Vide de hæc plura apud Hermogenem lib. εἰ μεθόδε δεινότητος.

Βραχυλογία est sermonis breuitas. Eam interdum virtutem, non vitium esse, Fabius * monet. Fit autem bifariam. Nam partim fit vocis præteritione, partim quia res naturâ difficiles paucis efferantur, aliæque alijs condensentur. Prioris generis *βραχυλογία* habes in illo Pliniano lib. XVII. cap. VII: In *Transpadana Italia* scio vicinas *quinas libras farris modios pendere, circa Clusium & Senas. Pro, vicenas, & Senas.* De altero *βραχυλογίας* genere ita Cicero in Bruto: *Huius ætati supbares Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus vigerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententijs, compressione rerum breues, & ob eam causam interdum subobscuri.* Quamquam hæc in Thucyde

* lib. 8.
 cap. 3.

Thucydide obscuritas à verbis quoque provenit: ut vel illa indicant Dionysij Halicarn. † ευαείθητοι γὰρ τινες εἶναι, οἱ πάντα τὰ Θουκυ- † οὐδὲ τὰ διδου συμβαλέων διατάμενοι, ἢ ἰδ' ἔτοι γὰρ εἰς Ἐξηγήσεις Γερμαντικῆς ἔτια. h. e. Θουκυδίδε Facile ob paucitatem fuerit eos numerare, qui conjectura omnia assequuntur in Thucydide, in quo quaedam sunt, quae nec illi ipsi intelligunt sine interpretatione Grammatica. Vtrumque βραχυλογίας genus in Persio habes. Vnde obscuritas ejus; ac praeterea à metaphoris, & crebris, & audacioribus.

Est genus βραχυλογίας, quod ἀνανταπίδοτον dicitur, quasi dicas inredditum, sive non redditum, aut redditione carens. Sic autem vocatur, cum praeteritur ἀπίδοτος, sive membrum illud, quod priori respondeat. Ita λόγον ἀνανταπίδοτον habes apud Evangelistam Lucam c. xi. 9. Καὶ μὲν ποιήσῃ καρπὸν εἰς τὴν μέλλουσαν γενεάν σου. Vulgatus vertit, *Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.* Budæus annotat. in Pandectas sic supplet: *Et siquidem fecerit fructus, sinas eam vivere: sin secus &c.* Estque loquendi genus Atticis familiare. Quod mirificè amat Aelianus. Usurpat & Athenæus: cujus illustre imprimis exemplum est, quod Calaubonus observat lib. viii. Animadversionum in Athen. cap. xi. Atque ut his antiquiores adducam, Aristophanis exemplum videre licet apud Budæum loco, quo antè dixi: Thucydidis verò, Xenophontis, & aliorum loca similia adducit H. Stephanus animadversionibus in Corinthi librum de dialectis artic. seu tmem. xv.

Brachylogiæ opponitur μακρολογία, ut quidam appellant; sive, ut alijs dicitur, μακρολογία: quæ longior est, quàm oportet, oratio. Fabius hoc exemplum adducit è Livij lib. viii: *Legati, non impetratâ pace, retro domum, unde venerant, abierunt.* Reddit hæc quoque orationem minùs perspicuam: quia non tantum, cum

--- brevis esse laboro,

Obscurus fit:

sed memoria etiam turbatur invisâ copiâ, multarumque rerum enumeratione. Vnde Tertullianus libro de velandis virginibus ait: *Naturaliter compendium sermonis, & gratum, & necessarium est: quoniam sermo lacinosus, & onerosus, & vanus est.*

Macrologiæ vicinum est vitium πλεονασμός, cum supervacuis oneratur oratio. Tale est hoc Hirtij, cum, in Pansam declamans, diceret, filium à matre decem mensibus in utero latum esse: unde urbanè ei Cicero: *Quid? inquiebat, alie in penula solent ferre?* Auctor Fabius lib. viii. qui inibi tum tantum quid supervacuum cen-

† Horat. in
Arte.

feri docet, cùm additum, neque intellectum adiuuat, neque ornatum. Nam Maronis * illud, *Vocemque bis auribus hausi*, vitiosum non est, quia, quod accessit, affirmationis gratiâ adhibetur.

* redditi-
nes. Etiam peripicuitati repugnant ἐπιδόντι * longo redditæ intervallo: quemadmodum optimè monet Dionysius Halicarnassensis περὶ τοῦ Θεουδιδῆ χαρακτῆρος. Idem fit, cùm post longum tractum tandem sequitur verbum, unde priora dependunt. Hyperbaton dixere. Item, si período interferatur oratio alia. Μεταξυλογίαν vocant: quam, si longior sit, obscuritatem parere, etiam Theo monet, ubi docet, quæ obscuram reddant narrationem. Sub μεταξυλογία verò περίοδοισι, & περιεβολῶν comprehendo: de quarum utrâque, uti & de hyperbatō, in schematologiâ plenius dicetur.

XIII. DE ANASTROPHE, ET SYNCHYSI.

PRÆTEREA obscurant orationem ἀνατροπή, & σύγχυσις: quibus vocibus non uno omnes utuntur modo. Nobis ἀνατροπή, seu *inversio* est, cùm voces in commate, aut colo aliquo, transponuntur. Thucydides enarrator ἐπιβεβασημένον vocat. Ennius in Epicharmo apud Ciceronem in Lucullo, sive IV. Acad. Quæst.

Nam videbar somniare me ego esse mortuum.

Neque enim coherere ego cum mortuum possit: sed ordo grammaticus est: *Nam ego videbar somniare, me esse mortuum.* Plautus prologo Aululariæ:

Credo aurum inspicere vult, ne surreptum sit.

Pro, *surreptum me sit.* Cui similia & alia Ianus Guilielmus adfert in Quæstionibus Plautinis †. Nec dissimile illud Maronis †:

* in Aulul.
cap. I.

† 4. Georg.

Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras

Iussit adire domos?

† Servium.

† lib. I. cl. I.

pro *quisnam* †. Est & Cornelij Nepotis in Chabria: *Atheniensis diem certum Chabria præstituerunt, quam ante domum nisi redisset, &c.* Pro, ante *quam.* Tibullus †:

Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,

Libatum agricolæ ponitur ante Deo:

Pro anteponitur. Nam malè est in vulgatis, *ante Deum*; quamvis & ita legerit Turnebus *.

* lib. 23.
cap. 8.

† 1. Æn.

Σύγχυσις est vocis unius, aut plurium, è commate, aut colo uno, in alterum trajectio. Virgilius †:

Vina, bonus qua deinde cadis onerarat. Acastes

*Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros,
Dividit.*

Nam ad primum comma pertinent, *Deinde Aeneas dividit vina :*
ad secundum, *Quæ Acestes onerarat, &c.*

Gaudet *οὐχ ἔου* Horatius. Ut lib. II. sat. I:

Quisquis erit vitæ, scribam, color.

Ac post pauca:

— *Sed bona siquis*

Indice condiderit laudatum Cæsare.

Et lib. I. sat. v:

Penè macros arsit dum turdos versat in igne.

Ubi Acro, ut vulgò quidem legitur: *Ordo: penè arsit macros turdos.*
Perperam, cùm ordo sit, *Penè arsit, dum versat turdos.* Offensus
eà *οὐχ ἔου* Lambinus, edidit hoc pacto:

Penè arsit, macros dum turdos versat in igne.

Esti aliter in omnibus codd. uno excepto, invenisset: quemad-
modum & Cruquius aliter reperit in omnibus suis, item alij in alijs:
atque idem dictum velim de edit. antiquis, ut Venetâ Pincij, quæ
prodijt anno cfo cccc lxxix. Imò jam olim similiter expressit vetus
Persij interpret in sat. vi. Nec Acronem aliter legisse, jam vidimus
ex eo, quòd de ordine laborat. Vt mirum sit, viros eruditos in nupe-
ris editionibus Lambinum potiùs sequi, quàm veteres tum libros,
tum interpretes.

XIV. INTERDVM CONVENIRE ORATIONI OB-
SCURITATEM, MARONIS ETIAM EXEM-
PLIS COMPROBATVR.

ATQVE ex his etiam liquet, esti anastropfen, synchyfin, fi-
miliaque, Grammatici reponant inter vitia orationis; non ta-
men semper vitia esse; quia, id si foret, optimi auctores ea haut
usurpassent; qui magis norant, quid orationem deceret, quàm
Grammatici, aut Rhetores. Nemo autem prudentiùs hæc usurpat,
quàm Maro. Quem videas, cùm locus describitur impeditus, im-
pedito carmine uti; & ordinem verborum perturbare, cùm expri-
menda est animi, vel rei cuiusquam perturbatio. Prioris generis est
illud I. Æn.

Treis notus abreptas in saxa latentia torquet:

Saxa, vocant Itali medijs qua in fluctibus Atlas.

Ubi Servius, Ordo est, *Qua saxa latentia in medijs fluctibus, Itali*
 *1. *Aeneid. aras vocant.* Alterius hoc generis est *:

*Atque animum nunc huc celebrem, nunc dividit illuc,
 In partesque rapit varias.*

Quam traiectionem prætulit, cum posset :

*Atque animum celebrem nunc huc, nunc dividit illuc,
 Et rapit in partes varias.*

Sed aliud illustrius exemplum dabo.

† 2. *Æn.*

--- *Juvenes, † fortissima frustra*

*Pectora, si vobis audentem extrema cupido
 Certa sequi : qua sit rebus p. ruma videtis:
 Excessere omnes adytis arisque relictis,
 Di quibus imperium hoc steterat: succurritis urbi
 Incensa: moriamur, & in media arma ruamus.*

† lib. 1. *Ori-
 ginæ cap.
 36.*

Ordo, ut Servius, & ex eo Isidorus † ait, istiusmodi est : *Juvenes,*
fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensa, quia excesserunt omnes
Dy. Unde, si vobis cupido certa est, me sequi, audentem extrema, moria-
mur, & in media arma ruamus. Servius synchesein appellat. Ita enim
 in Petri quoque Danielis Servio editum est. Isidoro appellatur *syn-*
thesis, prout legitur in MSSis meis, & Parisiensi editione recensitâ
 à Jacobo du Breul. Sed dubium non est, quin in utroque Gram-
 matico *synchysis* sit scribendum. Aliqua de *synchysi* hac, quæ ob ani-
 mum fit affectu æstantem, vide & apud Andr. Alciatum lib. x. *Πα-*
πέρι Juris cap. xi.

Ob eandem causam idem Maro in animis perturbatis adhibet
 parenthesis, quæ & ipsa rectum orationis cursum interturbat. Ita
 geminam parenthesisem usurpat in oratione infelicis Didonis: †

† 4. *Æn.*

*Mène fugis? per ego has lachrymas, dextramque tuam, te
 (Quando aliud mihi jam misera nihil ipsa reliqui)
 Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos,
 Si bene quid de te merni, fuit aut tibi quicquam
 Dulce meum, miserere domus labentis, & istam,
 Oro, (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.*

Compluria hujuscemodi observavit Bartholomæus Maranta lib.

† libri huius
 cap. 11, ubi
 de allegoria
 agitur.
 † teste Ser-
 vio in Eclo-
 4.

1. Lucullianarum Quæst.

Denique non modò hæctenus memorata; sed quidquid tenebras
 affundere orationi possit, oraculis convenit; ut alibi † etiam dice-
 tur. Estque hæc causa, cur idem Maro Eclogam quartam, quæ
 Salonini, sive, ut Pedianus † putabat, Asinij Galli genethliacum est,
 ijs ver-

ijs verborum ambagibus claudat, ut ne olim quidem à quibusdam doctissimis viris, satis, quid sibi vellet poëta, intelligeretur. Sic enim ait:

--- Qui non risere, parentes,

Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

Vbi quod Servius (cui & Jul. Scaliger † subscribit) cui legit pro *qui*, consistere nequit; quia poëta non parentes, sed puerum adhortatur ad risum. Quod verò plerique aiunt, ijs verbis signari, puerum esse defunctum, id æquè falsum est. Cui enim verisimile fiat, Maronem puelli jam mortui genethliaccon cecinisse? Neque hanc sententiam juvat, quòd Servius initio Eclogæ annotavit, Saloninum mox ab ortu risisse: idque parentibus omen fuisse infelix. Contrà enim, quòd Zoroastres die riserit natalitio, pro lætissimo est habitum signo: ut auctor est Plinius †. Et quis credat, puerum ad triste omen invitari? Quare sic potius statuendum: cum priùs ad risum invitasset puerum, postea etiam rationem, cur illud faceret, addere voluisse. Optimè igitur Fabius lib. ix. cap. 12. ubi ait, figuratè hæc dici, ac poëtâ id velle, *Ex illis, qui non risere, hunc non dignatus Deus, nec dignata Dea.* Quod satis etiam ostendit, Fabij ætate, (quâ, ut ipse alibi † ait, Marcianis ac Ciceronis autographa existabant) *qui*, non *cui*, legi solere: neque *qui* ad parentes, sed ad pueros pertinere. Itaque Fabio etiam Politianus * subscribit, qui & ipse, *hunc, qui non risere*, dictum ait, pro eo, quod est, *hunc, qui non risit, vel qui è numero est eorum, qui non risere.* Iccirco sic enarrat, *O parentes Salonini pueri, de quo nunc agitur, nec Genius, nec Iuno vitalibus, auris dignum putavere hunc ex illis, qui non risere.* Quod si *Suspensio* esse ad parentes minùs placet; dici possit, parentes esse rectum pluralivum, ac conjungi cum Deo Deaque; ut intelligantur divini parentes, Genius, & Iuno, quos proximo signat versu. Sive autem hanc seu alteram interpretationem sequi lubet, fateri quidem cogimur, obscurè locutam poëtam: sed contendimus, magno id iudicio fecisse, quia eclogâ hæc plurimum oracula exponeret, quibus aliqua convenit obscuritas.

CAP. II.

DE COMPOSITIONE SCRIPTORI-
BVS OMNIBVS COMMVNI.

COMPOSITIO est aptus ordo partium inter se coherentium.
Ea partim tradit communia oratori, historico, poëta; partim peculiariter oratori.

Præus compositionis genus spectat, tum literarum conjunctionem, quæ oratio lenis ac suavis redditur, aut plena ac sonora; aut etiam, si res ita ferat, contrario modo affecta est: tum ordinem, qui exigit, ut graviora subiciamus humilioribus, atque, quod dignius, aut naturâ prius est, præponamus ei, quod posterius est.

I. DE COMPOSITIONE, AC IUNCTVRA,
GENERATI M.

CVM jecerimus fundamentum officij oratorij, quod est verborum delectus: proximum est, ut ad structuram sive exædificationem, h. e. ipsam verborum tractationem, nos accingamus. Ea autem complectitur tum Compositionem, tum Dignitatem.

† *lib. 4. de re poet. cap. 1.* Compositio Cæsari Scaligero † definitur, aptus ordo partium inter se coherentium. Partes hæ sunt triplices; elementa, syllabæ, voces.

Quantam verò concinna harum partium collocatio vim habeat; indicio est, quod præstantissimi quique scriptores magis ei studuerint, quàm verborum delectui; quem oratorij ædificij fundamentum faciebamus. Certè & Homericæ dictionis elegantiam magis consistere in compositione, quàm in delectu, ac Platonem magis in compositione excellere, & orationem Demosthenis non ob delectum, sed ob orationis *μωμλιω*, sive *ἀρμονίαν*, Sirenibus esse ab Æschine comparatam, scribit disertim Dionysius Halicarnass. lib. *τῆς συνθέσεως ἀνομιάν*, & tractatu *μετ' ἑ Διμοδίεως δευτέρῳ*.

Est autem compositio duplex; alia scriptorum omnium communis, alia oratorum propria. De utraq; dicemus, sed paucis. Quod si quis aliqua hinc desiderarit, cum primis adeat Dionysium Halicarn. lib. *τῆς συνθέσεως*. & alios, quos inferiùs laudabimus.

In com-

In compositione communi prima est cura *αὐζυγίας*, sive *junctura*; altera *τάξις*, sive *ordinis*.

Junctura præstat, ut oratio sit suavis, aut plena ac sonora; non aspera, non hiulca. Ita Tullius, cum orationem post reditum ad Quirites hanc in modum ordiri posset, *Quod rogavi Deos immortalis*: maluit tamen, *Quod precatus sum à Diis immortalibus*. Nam cum O & A vocales sint grandes, E exilis; sonus est suavior in illo, *Quod precatu sum*; quam in illo, *Quod rogavi*: ubi tum tres vocales, tum R, grandiozem efficiunt sonum.

Quemadmodum autem graviter errant, qui ineptum esse statuant, hodie quicquam præcipere de linguæ Latinæ sono, quia is amplius nativus non sit: ita & illi longè extra veritatis feruntur viam, qui in veterum recentiorumque orationibus omnia ex vulgari æstimant pronuntiatione. Neque enim nunc syllabas breves longasque sono discernimus: neque diphthongos quosdam aliter efferrimus, quam fi nudæ forent vocales: quin adulterinum quandam sonum nonnullis literis adfingimus: ut omnino nec humanitatis oram adbibisse videri possit, cui non mero meridie clarius sit, quantum hæc in parte nobis antistat vetustas.

II. LITERÆ SINGULÆ CUIUSMODI REBUS
EXPRIMENDIS MAXIME IN-
SERVIANT.

Interim, ut dixi, non penitus abolita est *ἡ ἀρδύμια* †: præsertim in nationibus nonnullis, quæ à veteri loquendi more minùs recesserunt. Quare ne incassum aliquis hac parte operam requirat nostram, de utroque horum dicam: quæ literæ sonum habeant suavem, aut grandem, vel his contrarium: & quando singulæ habeant maximè locum.

A planè sonorum est: ideoque imprimis frequentatur, cum de rebus horridis sermo est. Hinc vetus poëta apud M. Tullium † crebra usurpat A in hisce versibus, quibus umbram Polyphemi inducit loquentem de asperis & hiantibus Avernii locis:

Adsum, atque advenio Acheronte, vix, viâ aliâ, atque ardenti,

Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus,

Maximis: ubi rigida constat crassa caligo inferum.

Ubi & primo versu multæ concurrunt vocales. Esse verò hæc ex Ennii Hecuba, etsi id non dicat Tullius, inde tamen conjectu-

ram capio, quia expressi sint hi versus ex Hecuba Euripidis, cuius vestigia premere solet Ennius. Euripidis quidem sunt ista †:

† primi He-
cuba versi-
bua.

* Venio mor-
tuorū late-
brā, & cali-
ginis portas
Relinquens,
ubi Pluto se-
orsim habi-
tatā Dījs.

Ἡκὼ * νεκρῶν κἀθιμῶνα ἢ σκότει πύλας
Αἰτῶν, ἢ ἄδης χρεῖς ὄπισθα δῖαν.

Atque ex eadem tragœdia esse putamus illa, quæ paullo pōst Ci-
cero subdit:

Vnde anima excitantur obscurā umbrā, apertoque ostio
Alti Acherontis, falso sanguine, mortuorum imagines.

Ita enim hæc numeris suis restitui debent; de quo plura Casti-
gationibus nostris in tragicorum poetarum fragmenta. Videmus
autem hęc quoque multa A concurrere ob eandem causam. Uti &
fit in illo Ciceronis Verrinā sextā: *Propter est spelunca quadam conver-
sa ad Aquilonem, infinitā altitudine.*

Interdum & literæ A geminatio suauitatem ostendit, aut subli-
mitatem: suauitatem quidem, cum sæpius corripitur: sublimita-
tem, cum producitur. Ita suauis est, *Phyllida † amo ante alias*: ela-
tius verò, *Coccyti † stagna altā vides*: item,

† Ecl. 3.

† En. 6.

* En. 7.

*Ardet * inexcitā Ausoniā, atque immobilis antē.*

E & I, cum brevia sunt, sonum habent exilem: atque id in caus-
sā est, cur Cæsar Scaliger malit apud Horatium *: *Sublimi feriam
vertice sidera*, ut in A versus desinat. Verum prætulit fortean Ho-
ratiū sūperiorē, quia A quidem sonorius est, at E dulcius: ut Ci-
ceronis loco paullo antē monstrauimus.

* ed. i. lib.
2.

Conuenit quoque E lugentibus. Sanè elegiæ nomen est *ἄσπερον*, quæ stentium vox est apud Æschylum in Prometheus. Id qui-
dem *ἔσπερον* magis placet, quàm ut sit ab *ἄσπερον* *. Quamquam causa
utriusque *ἔσπερον* eadem futura est: quia nempe id carminis ge-
nus, ut Proclus *περὶ γεννημάτων* scribit, *συγκείται μὲν ἕξ ἡρῶν ἢ πενταμέ-
τρων, ἀρμῶν ἢ κατωχρῆσις*: constat quidem heroico & pentametro, conuenit
autem mortuis. Itaque Virgilius quoque hæc usus est literā, cum in-
ducit Sinonem miserum, aut sanè miseriam simulantem:

* misera-
cio.

-- *Hec qua nunc tellus, qua me aquora possunt*

Accipere?

Neque enim adfentiri possum Bartholomæo Marantæ, qui id à
poëtā factum scribit ad exprimendum Sinonis metum: nisi forte
dixeris, timorem quoque miseræ subijci posse, quia sit dolor rati-
one mali futuri.

† I. En.

I conuenit quibusvis rebus exilibus, ut scribit Plato in Cratylō.
Itaque pluviæ penetrationem egregiè exprimit Virgilius in illo †:

Accipiunt

Accipiunt inimicum imbrem, rivisque fatiscunt.

Est & lugentibus aptum; quæ causa est, cur id frequentet Maro in oratione Sinonis: ut cum inter alia inquit †:

† 2. *En.*

*Iamque dies infanda aderat: mihi sacra paravis
Eripui, fateor, leto me, & vincula rupi,
Limoſoque lacu per noctem obscurus in ulvâ
Delitui.*

Item, cum in eadem ait:

Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi.

Inepta hujus literæ repetitio vocatur à Capella * *iatroisquis*. At à Fabio † ita nominatur, cum I, vitio oris ac linguæ, plene nimis pronunciat.

* *lib. 7.*

*cap. de Elo-
cut.*

† *lib. 1.*

cap. 9.

* 5. *En.*

O, quando corripitur, rebus in subitis maximè locum habet. Icirco hoc usus est Maro * ad signandam subitam Palinuri mortem:

O nimium cælo, & pelago confise sereno.

At cum producit, affectibus indicandis infervit: ut *,

* *Cic. Ca-*

til. 1. &

Verr. 6.

O tempora, ô mores! Item †: O pater, ô patria, ô Priami domus!

Etiâ sublimem, ac grandem efficit orationem. Itaque Cicero quartam Catilinariam ita orditur: *Video, P. C. in me omnium vestrum* *tra, atque oculos esse conversos. Video vos, non solum de vestro ac resp. ve-* *rùm etiâ, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos.*

† *Poeta in-*

cetus apud

Cic. lib. 3.

Tusc. quest.

Geminatio hujusce literæ in fine antecedentis, & initio sequentis versus, sublimitatem orationi adfert cum suavitate: ut *,

* *Georg. 2.*

— Et vicina Vesevo

Ora jugo.

Item †:

† *En. 10.*

Immonem interea compellat Iupiter ulro:

O germana mihi, atque eadem gratissima conjux.

V, quemadmodum & Græcorum Υ, magis sonorum est, quàm E, & I; minùs, quàm A, & O. Convenit autem rebus occultis, obscurisque. Ut *:

* *En. 3.*

Visus ab aurorâ cælum transcurrere nimbus,

Idaique chori: tum vox horrenda per auras

Excidit, & Troum, Rutulorumque agmina complet.

Ac liquidius quoque in illo †:

† *En. 5.*

Tum plausu sic nituque virum, studiisque faventum,

Consonat omne, vocemque inclusa volutant

Littora.

E consonantibus B planè insuave est; unde & sæpe vel omitti,

vel commutari solet; ut auctor est Cicero in orat. ad Brutum, Et vicinum est P. Misceuit hæc Maro in illo †:

† *Æn.* 4. --- *Dabis improbe pœnas.*

‡ *Æn.* 1. Item hoc *:
--- *Puppæque tuæ, pubesque tuorum.*

† *Æn.* 9. Item †:
--- *Et pube Pelasgâ.*

Conuenit utraque flatibus signandis, ut paullo pòst dicemus.

* *in* 11. C magis moram significat, ac tenacitatem. Ennius *:

Annal. *Nec cum capta capi, nec cum combusta cremari.*

† *apud Mæ-* Quod egregiè, ut omnia, imitatus est Maro, cum inquit †:
rob. lib. 6.

Sat. cap. 1. *Num capti potuerè capi? num incensa cremauit*

‡ *Æn.* 7. *Troia viros?*

Fidem quoque fecerit isthoc è Tullio paullo antè adductum à nobis, Tullioque ipsi à Nonio † tributum:

† *in Con-* --- *Vbi rigida constat crassa caligo inferum.*
stat. Sed

Enn. vide- Eadem interdum est vis literæ T, quam iccirco cum C misceat
ri, superius Maro *:

‡ *Æn.* 1. *Constitit heic, arcumque manu, celereque sagittas*

Corripuit, fidus qua vela gerebat Achates.

Aliàs T utitur Maro ad exprimendum eorum crepitum, quæ comburuntur: eademque vis literæ D: quod alioqui validiùs sonat: unde T vocant D mollitum: eaque soni affinitas fecit, ut in vet. libris pro atque sæpe adque, & contra pro sed legatur set. Et, nequis nupero id errore factum dicat, Fabij † ipsius verba sunt, *Quid D li-*

† *lib. 1.* *tere cum T quadam cognatio? Quare minus mirum, si in vetustis operibus*
cap. 6. *urbis nostræ, & celebribus templis, legantur Alexander, & Cassantra. Mi-*

* *Æn.* 1. *isceuit ea Maro * in istis:*

In segetem veluti cum flamma furentibus austris

Incidit, aut rapidus montano a flumine torrens

Sternit agros, sternit sata lata, boumq; labores,

Precipitesq; trahit sylvas: stupet inscius alto

Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

* *lib. 1.* F soni valentioris est, quàm Græcorum φ, ut ait Trifcianus *.
Conuenit autem exprimendis flatibus; unde in proximè adducto
Maronis loco:

† *1. Æn.* --- *cum flamma furentibus austris.*

Item alibi †:
--- *loca sœta furentibus austris.*

Et in illo †:

--- *Ferunt sua flamina classem.*

Etiam ex Accij Annalibus citat Priscianus in vi:

*Fraxinus' fissa serox infensa infunditur offis.*Ubi *offis* est à recto *offum*.

G eandem penè vim habet, quàm C; de quo diximus.

L, *σολήιον ὕψος* *, (quemadmodum Hefychius † appellat) con-
venit rebus mollibus, ut & Plato testatur in Cratylo. Hinc Maro †: * *elementū liquidum.**Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ.*Ipse ego cana legam tenerâ lanugine mala.
Par ratio in isto †: † *indāctōe.**Ille, latus niveum molli sultus hyacintho,**Illice sub nigrâ pallentes ruminat herbas.*Item de amore Didonis †: † *Ecl. 2.*--- *Est mollis flamma medullas.*

Et de Pallante mortuo *:

*Qualem virgineo demessum pollice florem,**Seu mollis viola, seu languentis hyacinthi.*Idem factum in illis †: † *Ecl. 6.*--- *Quâ nulla priorum**Castalam molli divertitur orbita clivo.*Item hoc †: † *Æn. 4.**Quaque lacus latè liquidos.*Hujus literæ odiosa repetitio à Martiano Capella † Lib. 5. cap. 1. † *lib. 5. cap. 1.*
fimus dicitur. Sic enim scribit: *Labdacismus est, ubi L plurimum dis-* † *de Elocutio-*
sonat: ut: ut, si dicas: Sol, & Luna, luce lucebant albâ levi lacteâ. † *ne.* *Labda-*
cismus autem vocatur, quia veteres lacteâ pro lacteâ dicebant, He-
fychio † teste. Atque ita apud Aristophanem in Concionatricibus † *in lacteâ.*
*legere est:**Λακῆς δὲ μοι ἔ, λακῆα καὶ τὴν Λακῆν.*Alijs *λακδακισμός*, sive *λαμβδακισμός*, est vitium oris ac linguæ, uti
Fabio lib. 1. cap. 1x. item Diomedis *, qui & ipse inter pronuncia- * *lib. 2. cap. 1.*
tionis vitia reponit, ac tum committit ait, *si Lucem primâ syllabâ, vel de barbari-*
Alma nimium plene pronuncietur. Etiam Isidorus lib. 1. Orig. cap. † *imo.*
xxxix: *Labdacismus, inquit, est, si pro uno L duo pronuncietur: ut Afri-*
faciunt; sicut Colloquium pro Conloquium, vel quoties unum L, exilius, duo
*largius proferimus, &c.*M exprimit murmur, præsertim cùm literæ R. miscetur: ut *; * *Æn. 3.*--- *Μαγνο οὐτὸ μινυμυτε μονίς*

Circum claustra fremunt.

† *Æn.* 3. Convenit & rebus vastis, ac insuavis : ut †;
Vix ea factus erat, summo cum monte videmus
Ipsum inter pecudes vastâ se mole moventem
Pastorem Polyphemum, & litora nota petentem.
Monstrum horrendum, informe, &c.

Ac de eodem paullo pōst:
Clamorem immensum rollit.

‡ *lib.* 5. Cūm nimium, aut temere repetitur M, dicitur Græcis *μυτασις*, teste Capella †. Sic enim ait : *Mytaciſmus est, cūm verborum con- junctio M litera assiduitate colliditur: ut si dicas, Mammam ipsam amo, quasi meam animam.* Sed Diomedii vitium est pronuntiacionis, cūm M profertur, ubi debet absorberi : ut si vocem claudat, & sequens dictio incipiat à vocali. Uterque autem grammaticus corrigendus : cūm apud eos vulgò *metaciſmus* legatur, pro *mytaciſmus*, quia est à *μῦ*. Meminit & Isidorus lib. i. Orig. cap. xxxi, ubi itidem in MSSis nostris est *metaciſmus*. In excusis *moiaciſmus* legas. Quod non improbo. Imò possis similiter rescribere apud Capellam, & Diomedem. Nam literam hanc veteres non *μῦ* tantum, sed *μῶ* quo- que dixerunt : ut Eufathius etiam testis est † ex lexico Rhetorico.

† initio cō-
 mentarij in
 Iliad. 9.
 † 1. 2. 270

N, quia sonum vocalis additæ intus cohibet, ea exprimit, quæ intus sunt : ut inquit Plato in Cratylō. Observat id Maro in illo †:

--- *Hic fessas non vincula naves*

Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.

De P nihil est apud Platonem : verūm cūm fiat labijs arcè compressis, repetitio ejus compressionem aliquam notabit, ac vel temporis continuitatem exprimet : ut in illo Maronis †;

† *Æn.* 4.

--- *Ille patris magni parère parabat.*

Imperio : vel ad violentiam referetur : ut in hisce Statij Cæciliij;

--- *Aut per servolum*

Percutias parvidum, postremo à parco p. tre

Quod sumas, quanto dissipas libentius!

* in *Melen.*

Et istis incerti pœtæ (Ennij *, ut suspicor) apud Ciceronem in tertio de Nat. Deor.

Postquam pater appropinquat, jamque penè ut comprehendatur parat;

Puerum interea obrumcat, membraque articulatim dividit,

Perque agros passim dispergit corpus.

Confert

Confert quoque exprimentis flatibus; quemadmodum diximus de B, & F, quibus vicinum est. Itaque has literas cum R, quam & ipsam huic rei idoneam esse, mox ostendemus, miscuit Maro primo Æneidos:

*Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
Incubere mari, totumque à sedibus imis
Vnà Eurusq; Notusq;, ruunt, creberque procellis
Africus, & vastos voluunt ad litora fluctus.*

Quibus in versibus Q quoque sæpius usurpatur ad indicandam quassationem. At casu frequentatur P in hoc Justini, initio lib. xxxi: *Pupilli postremi, patris sui precibus traditi. Ut sæpe aliàs alijs in literis iteratio ejusmodi se offert.*

R motum exprimit: unde illud Maronis *:

Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.

* Æn. 10.

Idem eà sonum grandinis cadentis exprimit, cùm ait I. Georg.

--- *Crepitans salit horrida grando.*

Appositè quoque idem inibi:

--- *Nemorum increbescere murmur.*

Imprimis autem R locum habet, quandocunque exponuntur res acerbæ ac vehementes. Nam, ut asserit Fabius lib. viii. cap. xii: *Rebus atrocibus verba, etiam ipsò auditu aspera, magis conveniunt.* Ita Horatius indignans, quòd Craffi milites fervire mallent uxoribus barbaris, quàm fortiter pugnando occumbere, R amat, & asperum literarum concursum, Nam od. v. lib. xii, legere est:

*Milèsne Craffi conjuge barbarà
Turpis maritus vixit: & hostium
(Prò curia, inversique mores!)
Consenuit sacerorum in armis?*

Ante omnes verò Maro id observat, ut literam hanc tribuat iratis. Ita, quo loco de iratà tractat Junone, continuis sex versibus quinto pede syllabam RE adhibet: ter quoque vocem subdit ab eadem litera inchoantem. Ita enim ait †:

*Vela dabant lati, & spumas salis aRE Ruebant,
Cùm uno aeternum servans sub pectore vulnus
Hæc secum: Mène incepto desisteRE vitam?
Nec posse Italià Tenororum avertERE REgem?
Quippe vetor fatis. Pallásne exuRERE classem
Argivùm, atque ipsos potuit submergeRE ponto? &c.*

Sunt & alia hisce gemina alijs in locis: uti illud;

† Æn. 1.

At

* Æn. 7.

At * trabeRE, atque moram tantis licet addeRE REbus:
 At licet amborum populos excindeRE REgum:
 Sanguine Troiano, & Rutulo, dotabeRE virgo.

† Æn. 4.

Item †:

--- *Connubia nostra*

REppulit, ac dominum Ænean in REgna REcepit.

* Æn. 10.

Et in isto *:

--- *MoRERE & fratrem ne deſERE frater.*

* Æn. 2.

Item *:

*Cui Pyrrhus: REſeREs ergo hæc, & nuncius ibis
 Pelide genitori: illi mea triſtia facta,
 DegeneREmque Neoptolemum narraRE memento.
 Nunc moRERE.*

Nec tria RE copulare dubitat iv. Æn.

--- *Et nos ſas cætera quaRERE REgna.*

† lib. 1. el.

Uti neque Ovidius in Triftibus †:

7.

--- *Duritiaque mihi non ageRERE REus.*

† Æn. 3.

Commifcetur quoque R cum S, ut in illo †:

--- *Fuor impius intus*

*Saya ſedens ſuper arma, ac centum vinculis abenis
 Poſt ter gum nodis, fremet horridus ore cruento.*

Nam R rabiem, S exhibitionem exprimit. Sed de R ſatis. S ve-
 rd fluminibus quoque conuenit: ut*,

* Æn. 9.

--- *Et plenos ſpumanti ſanguine rivos.*

† Æn. 9.

Item †:

*Ceu ſeptem ſurgens ſedatis ammbus altus
 Per tacitum Ganges.*

† Æn. 1.

Item †:

*Sayus ubi Æacida telo jacet Hector, ubi ingens
 Sarpedon, ubi tot Simois correpta ſub undis
 Scuta virum, galeasque, & fortia corpora voluit.*

Qui verſus omnes ab S incipiunt: duo quoque priores in id defi-
 nunt: inſuper compluria concurrunt in vocibus interjectis.

Flatibus quoque mirificè conuenit, cùm ejus ſonus ſibilo con-
 ſtet. Hinc illud *:

* Æn. 1.

--- *Luclantes ventos, tempeſtatesque ſonoras.*

† Æn. 4.

T moram notat, ut in illo de Didone †:

--- *Ter ſeſe attollens.*

† Æn. 5.

Et alibi †:

Nec nos obniti contra, nec tendere tantum

Plura de eo diximus supra.

V consonans, (ut nunc quidem corruptè profertur, et si olim idem valuerit, quod hodie Germanis duplex W) fortius sonat, quàm B; infirmius, quàm F. Convenit exprimendis sonis nec obscuris, nec occlusis. Indicio est isthoc superius quoque ad ductum à nobis *:

Tum plausu, fremituque virum, studiisque faventum

Consonat omne nemus: vocemque inclusa volutant

Littora.

X vasti soni est. Cicero *: *Quomodo vester Axilla Ala fractus est, nisi* Orat. ad Bruttum.

fugâ litera vastioris?

Z verò suavius est, ut & scribit Dionysius Halicarnassensis †.

† lib. 2.

συνθίς.

ἰσομάς.

III. AN VITARE SEMPER OPORTEAT FREQUENTI-
TIQREM EIVSDEM LITERÆ CONCURSVM,
PRÆSERTIM R, ET S.

EX hisce omnibus perspicere est, quanti faciendum sit illud Rhetorum præceptum, quo vitare jubent crebriorem ejusdem literæ concursum. Neque enim ultra, puto, inficiabitur quisquam; rerum naturam sæpe exigere, ut eandem literam frequentemus. Quamobrem nos quidem cum Criticis istis damnare non audemus Homericum isthoc *:

Μηδὲ γέροντα κακῶ κικακαμίζον.

Aut hoc Sophoclis in Oedipo Tyranno:

Τυφλὸς τὰτ' ἄτα, τὸν τε νῦν, τὰ τ' ὄμματ' αἶ.

Nec dubitamus, quin T affectarit Ennius in illo *:

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Itemque Plautus P, cùm inquit †:

Non potuit paucis plura planè proloqui.

Ac Nævius L, quando scripsit *,

Liberâ linguâ loquuntur ludis liberalibus.

Imprimis autem Rhetores interdicut crebro usu literæ R, & S. quarum illam caninam vocant Ovidius †, Persiusque *; hanc *δυνασίδον*, i. *serpensinam*, appellat Dionysius Halicarnass. Illius crebram repetitionem vocant *ῥωταλισμὸν*, sive *ῥωτασμὸν*, (quod ipsum quoque in vet. Suidæ codd. invenitur) hujus frequentatio à Capella nominatur polysigma, ab alijs *συμπασιμὸς*. At Maro utramque interdum condensat, cujus rei multa superius attulimus exempla. Nempe, pro di-

* Od. 3.

* apud Sestium lib. 4, & Donatium de schemat.

† Menachmus act. 2.

sc. 1.

* apud Festum in Liberalia.

† Fast. 5. § 1.

versâ rei naturâ, ejusdem literæ frequentia nunc laudi ducitur, nunc inter culpas orationis censetur. Plato, & Eubulus, Comici, cachinnos quoque theatri excitarunt † versu isthoc Euripideo in Medeâ:

† Auctor
scholasticus
Euripidis.

Ἐὐσεύς σ', ὡς ἴππων ἑλλήνων ἔσσι.

* An. 9.

At laudamus Maronianum isthoc *, in quo totidem S habemus:
Ceu septem surgens sedatis annibus altus.

† An. 2.

Laudamus quoque, & meritò, hoc ejusdem †:
*Emissamque hyemem sensit Neptunus, & inis
Stagna refusa vadis.*

† An. 5.

Item hoc †:

--- *Affiduo longè sale saxa sonabant.*

Suntque alia id genus plurima apud divinum poetam; ut qui neque elementum ullum frustra posuisse videatur; quemadmodum accuratè in Lucullianis suis quæstionibus ostendit Bartholomæus Maranta Venufinus; ad quem lectorem meum remittere malo, quàm ad quosdam, qui, quicquid boni de compositione adferunt, id è Marantâ, tacito auctoris nomine, suas in cumeras converterunt. Sed & Jovianum Pontanum adi; qui non quidem copiosè aded, ac Maranta, cui in hoc argumento penè nimius est; sed tamen fusius, & accuratius, quàm ante eum quisquam, hac de re tractavit in dialogo, qui Actius * inscribitur.

* edit. Ald.
p. 127. &
deinceps.

Porro ijs, quæ de S supra diximus, litem intendit vir quidam clarissimus, qui S suavissimam esse literam censet; ut quæ in suavissimarum quarumque rerum vocabulis insit, atque aded ipsum suavitatis nomen & ordiatur & terminet. Nos nec antiquos hæc in parte reprehendere audemus, nec viri præstantissimi iudicium planè damnamus. Siquidem tum sonum ejus agnoscimus in amantium, fluviorum, & arborum susurris; tum in serpentum sibilis, atque hostili exsibilatione.

Et si autem S interdum orationi adferat suavitatem: veteres tamen Spartiatæ, qui omnes orationis delicias averfati videntur, caninam illam R huic literæ prætulerunt. Nam S tum in medijs, tum extremis dictionibus, mutant in P; ut arguit vetus *Ἰσθίου* seu *Ἰσθίου* *
* decretorum. *Βέλδουα* *, quo urbe pulsus Timotheus. Adducit id Boëthius †, sed locum mirificè attraminarunt *βελισπύλαι*: eumpse emendatum vide, cum apud Leopardum lib. vii. cap. xiv: tum imprimis Josephum Scaligerum notis in Sphæram barbaricam Manilij, & Isaacum Casaubonum lib. vii. Animad. in Athen. cap. xi: qui duo penè idem scripserunt.

scripsere, eodem tempore, eadem de re, alter Lugduni Batavorum, alter Lugduni Segusiavorum. Plurima verò ejusce Spartanorum dialecti exempla imprimis apud Casaubonum inibi vide. At planè iniquus est ei literæ Pindarus: ut qui Σ κισθλον, hoc est adulterinam, nec veram literam vocet: quin eum totas odas ἀσχηματισμένας † † in quibus nullum foret scripsisse, cùm Demetrius testatur lib. αὐτῶν ἑρμηνείας, tum ex Clearcho refert Athenæus lib. x. Idem Athenæus eodem libro auctor est, sub nomine Lasi Hermionensis, poetæ antiquissimi, quem & quidam unum è septem sapientibus fecerunt, fuisse circumlatam odam sine figma, quæ inscribatur Centauri. Hymnum quoque ἀσχημον idem scribit à Lafo factum esse ἐς τὴν Δήμητρα τὴν ἐν Ἑρμῶνι *. Nam assen- * in honore Ceteri, quæ Hermione colebatur. t. l. io. Ath. m. adu. in Ath. cap. 21.

Atque hæc de ejusdem literæ iteratione.

IV. VETERES NON SEMPER REFUGERE EIVSDEM SYLLABÆ ITERATIONEM, IMO QUANDOQUE EA AD ORNATVM VTI: ITEM DE NON CONTINVANDIS MONOSYLLABIS, VEL VERBIS LONGIS.

QUEMADMODVM autem in eo falsi sunt multi, quod quamlibet literæ ejusdem repetitionem vitiosam esse existimarunt: ita immeritò quoque syllabæ ejusdem iterationem ubique reformidant delicatioribus quorundam aures, cùm veteres eam non semper aspernentur: imò quandoque τῆν οὖν συλλαβὴν ἀνακλάσει nihil esse venustius possit. Homerus Iliad. β:

-- Πρόδος δούε ἤρμῶνδε.

Idem Il. ζ:

--- τὸ ἀλκίον οἶϞ ἀλάτο,

Ὀν θυμὸν κατέδωκε, πάτορ ἀνδράπων ἀλείψασε.

Et Odyss. ω.

--- Εὐπειθεῖ

Πείθοντο.

Thucydides est, Σαμία μία ναῦς. Plato ἐν τῷ συμποσ. Παισιῶν ἔστι πῦρ σιμῶν (διδάσκουσι γάρ μιν ἵνα λέγειν ἕτοιμοί ᾖσι σοφοί) ἔφη ὁ ἈεὶσδιδουϞ. Cùm Pausanias pausam loquendi fecisset (sic enim vocabulo alludere, docent me sapientes) Aristodemus inquit. Timonis etiam Philiassij est de Platone*: * apud

Ὡς ἀπέπλασε Πλάτων, πηλασμένα δαύματα εἰδώς.

Laertium in Platone.

Quamquam id fillographus, more suo, scripserit, ut Platoni di-

Æionem rideret poetico similiorem. Demosthenes quoque, & ante eum Xenophon, ornatum captarunt ex conjunctione harum vocum *αεσιχη*, & *αεσιμη*: quemadmodum Victorius cenfet lib. xxv i i. Var. Lect. cap. xi. Oppianum, cujus est *δὲ γὰρ πάσας* †, & alios juniorum, mitto.

† lib. 1.
ΑΛΙΟΥ.

* act. 4. sc.
3.

Ad Latinos venio. E quibus Plautus etiam affectavit. Uti Ca-
ptivis *:

*Quanta pernis pestis veniet ! quanta labe laxido !
Quanta summi absumedo ! quanta callo calamitas !
Quanta lanis lassitudo ! quanta porcinaris !*

Vbi. invitis etiam vocibus, hanc similitudinem quæfivit. Vt qui, cum *absumio* Latini dicant, malit *absumedo*, quod, ni valde fallor, Latinum non est, sed à Plauto confictum. Sed sunt apud eum alia, de quibus hoc dici non possit. Vt Pseudoli prologo; modò is genunus est:

-- Et lege, & legionibus,

Hos fugitastis, Quirites, successis bonis.

Sed minus est hîc similitudinis ob disparem quantitatem. Major
in hoc ejusdem *:

* Pseud. act.
3. sc. 2.

Vivis convivis intestina qua exedint,

Et prologo Truculenti:

De vestris magnis, atque amœnis mœnibus.

† scenâ ul-
timâ.

Item Sticho †:

-- Nam ita me Venus amœna amet.

Et Menæchmis †:

† act. 1. sc.
1.

Domi domitus sui usque cum caris meis.

Quod imitatus Lucretius lib. v:

Sic quos ante domi domitos satis esse putabant.

Ejusdem Lucretij est libro eodem:

-- *Aquo certamine bellum*

Magnis de rebus inter se cernere certant.

Terentij quoque est, dixisse sese. Horatij, *parces res*. Catulli,

In collo sibi collocare possit.

‡ act. 3. sc.
3.

Quod simile isti Plautino in *Afinaria* †:

Hic ponè hic istam colloca crumenam in collo planè.

† *præcidi-
nis pro Ca-
tullo.*

Similiusque futurum, si cum Duza †, trajectis vocibus, legas:

Hic ponè hic istam crumenam colloca in collo planè.

Sed nihil mutandum: quia, quod Duza non satis attendit, versus est jambicus tetrameter catalecticus: uti & sequentes, At jambicus nihil

nihil æquè refugit, quàm trochæum; qui quintâ sede fuerit, si Duzam sequamur. Nec Ovidius similes syllabas averfatur. Ut †,

Ad te quisquis is es, noſtra querela redit.

Et maniſteſtiùs, cùm ait †:

--- *Non ſi Venus ipſa venires.*

Tum imprimis in illo †:

Corpora Cecropidum pennis pendere putares.

Pendebant pennis.

Tibullo etiã, ac Propertio, hæc penè affectata. Sed nec ipſe reſpuit Maro: cuius eſt primo Georg.

Huic à ſtirpe pedes.

Et ſecundo: — *ad ſidera raptim.*

Item ſecundo Æn. --- *Dorica caſtra.*

Et tertio, *Cecà caligine.* Et, *Caſus Caſſandra canebat.*

Et quarto, *Multa viri virtus.* Et, *Fama malum.* Et, *Adverſo ſole.*

Et in ſexto, *Auri per ramos aura refulſit.*

Denique nec Tullius ipſe hæc refugit. Ut pro Cælio, *unquam quamquam.* Sed hoc minutum. Luculentius illud epiſtolâ ad Brutum: *Res mihi inviſe viſe ſunt, Brute.* Quod Ciceroni excidiſſe, ait Fabius *. Mihi ſecus videtur. Nec enim dubito, quin placuerit id Tullio ob *παρομοιαſίας*, vel *ὁξύμορον*. Fabij iudicium ſecutus eſt

Eraſmus: quem eo nomine valde exagitat Cæſar Scaliger, oratione illâ, quam adverſus eum doctiùs, quàm modeſtiùs, magiſque ad oſtentationem, & famæ aucupium ex magnitudine adverſarij, quàm veritatis ſtudio ſcripſit. Sed hanc culpam heros ille poſtmodo, pœnitundine ductus, quodammodo eluit divino epigrammate, quo Eraſmum uſque aded extulit. Etiam Tullij eſt in Catone majore: *Senſim ſine ſenſu atas ſeneſcit.* Quod cùm obſervâſſet P. Victorius,

tanti putavit, ut integrum de eo caput contexeret in Varijs ſuis †. † lib. 3 6.

Qui alibi * etiã, eodem opere, Ciceronem captâſſe ejuſmodi *ἀρδ-* cap. 20.

κλατῆν probat ex eo, quod orat. pro Milone dicat, *Vi viſta viſ.* Et * lib. 27.

poſt multa: *Non unius viri vires, atque opes indicantur.* Nec non: *Sin* V. L. cap. 11.

minus fortiſſimi viri virtus gratiſſima civibus cecidiſſet. Quibus geminum eſt illud è Magone † antea dictum, *Multa viri virtus.* Ejuſ. † 4. Æn.

dem Ciceronis eſt:

O fortunatam natam me conſule Romam!

Quod & ipſum excidiſſe Tullio, Fabij iudicium eſt. Imò ridet etiam Juvenalis ſat. x:

O fortunatam, natam me conſule Romam!

*Anton I gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset, ridenda poemata malo,
Quam te, conspicua divina Philippica fama,
Polueris à primâ qua proxima.*

Equidem non ignoro, viros esse eruditos, qui risum Ciceronem putent, non ob *παρρησιαν*, sed quia se tantopere jactaret, quæ res odiosa esse apud omnes solet. Sed aliud voluisse Juvenalem, arguit, quod solum poemata ejus rideat: uti & Martialis † facit, qui Gaurum commune hoc ait habere cum Cicerone,

† lib. 2.
epigr. 89.

Carmina quod scribat Musis & Apolline nullo.

* in sat.
10.

Nempe hic statuente *κακιστορατορ*, ut facit vetus Juvenalis scholiastes *: sive, ut alij vocare malunt, *κακιστορατορ*, seu *κακορατορ*. Verùm hi *κακιστορατορ* etiam statuunt non in illo Tullij modò, sed etiam multis Maronis locis; in quo, judicio nostro, *κακὸς κανδὸς*, eoquæ & *κακορατορ* nullum. Veteres enim in delicijs habuere, quæ posterioris seculi aures tantopere sunt avertatæ. Quod Servius agnoscit in illud Maronis †, *Casus Cassandra canebat*. Monet enim, hanc compositionem suâ quidem ætate habitam esse vitiosam; at eam majoribus placuisse. Quare hujus generis præcepta debent quidem esse perpetuò, cùm non temere sint negligenda, nunquam certè abroganda: attamen non debent esse perpetua, quia nec superflitiosè nimis sunt observanda. Siquidem, ut jam vidimus, interdum cum optimis quibusque scriptoribus, dicere nobis liceat illud Poëtæ veteris †; *Audio, haut ausculto*.

† apud Var.
varem lib.
7. de L. L.

Ad juncturam quoque refer, quod non temere condensanda sint monosyllaba, quia minuta ijs ac concisa redditur oratio: ut; *Cùm hoc sis in me animo, non jam &c.* Par penè dissyllaborum ratio est: ut in illo Ciceronis lib. II. de Legg. *Ego verò tibi istam justam causam puto, cur huc &c.* E contrario, si longa vocabula continuentur, fit sermo tumidus: ut *, *Ambubaiarum collegia, pharmacopola.*

* Horat.
lib. 1. sat.
2.

V. DE ALTERA COMPOSITIONIS CVRA, QUÆ IN ORDINE CONSISTIT.

AD compositionem communem superius ordinem quoque referrebamus. Peccatur contra hunc, si gravioribus subjiciamus humiliora, quia gliscere augerique debet oratio. E.g. Venustè Tullius † Philipp. 2. *Tu illis faucibus, istis lateribus, istâ gladiatorâ totius corporis firmitate.* At si cœpisset Orator à toto corpore, non bene ad latera fauceque

celque descendisset. Sic longè elegantissima compositio est in illo ejusdem †; *Vt tibi necesse esset in conspectu Pop. Rom. vomere postridie.* † *ibidem.* Vbi totius ductus veluti mucro est, quod nec postridie cibum tenere potuerit. Sed hoc Quinctiliani * præceptum, ut in amplificationibus verissimum est, ita locum nullum habet in extenuationibus. *cap. 4.* Nam cùm contraria sit contrariorum ratio, decrefcere in his, non crescere debet oratio. Vt pro L. Muræna: *Sic à me defenditur, ut ejus nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum, in vita proferatur.* Quamquam, si sanimum potius dicentis, quàm res ipsas, spectemus, hïc etiam crescit oratio.

Illud quoque ad ordinem pertinet, ut quod vel dignius est, vel naturà prius communiusque, id ponamus, quod indignius est, vel naturà posterius & angustius. Itaque, ut idem Fabius † monet. viros ac feminas, diem ac noctem, ortum & occasum, in prorsà oratione potius dicemus, quàm retrorsum. Causa istius est à rebus, quarum verba sunt *σύμβολα* *.

Interdum tamen, quod magis est commune latiusque patet, id subsequi posse, vel anus Livius docebit: cujus hoc lib. 1. *In ore Tibæris Hostia urbs condita.* Vides, ut non *urbs Hostia*; sed *Hostia urbs*, dicatur. Sic lib. XXI, seu primo belli Punici: *Profectus ad Trebiam flumen collega conjungitur.* Et lib. xxxv: *Ad Tagum ananem ire pergit.* Et lib. XLII: *Sycurium est sub radicibus Ossæ montis.* Similiter Cæsar lib. III. de bello Gallico: *Qui proximi Rheno flumini sunt.* Quin eadem periodo communius nunc præponit, nunc postponit. Nam lib. 1. bell. Gall. *Initium*, inquit, *capit à flumine Rhodano, contineturque Garumnâ flumine.*

Ad ordinem quoque refert Fabius †, quòd fratres gemini dicimus, † lib. 9. c. 2. non gemini fratres. *Quædam*, inquit, *ordine permutato fiunt supervacua, ut fratres gemini: nam si præcesserit gemini, fratres addere non est necesse.* Dixit certè Horatius * quoque:

*Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque
Zethi, dissiluit.*

Possunt tamen & fratres esse, qui non sunt gemini, & gemini esse possunt, qui fratres non sunt; ut rectè ait Scaliger lib. II. de caus. L. L. cap. cxvii: Adde quòd Livius lib. 1. dixerit *geminii fratres*, & *tergeminii fratres*. Imò Cicero quoque lib. II. de Divinat. Proclus, inquit, & *Eurysthènes, Lacedæmoniorum reges, gemini fratres fuerunt.* Et ante utrumque Plautus Perfa †:

Geminum autem fratrem seruire audivi hic meum.

Porro

† *ibidem.*

* *nota ad
figura.*

* lib. 1. ep.
18.

† *act. 4.
sc. Probatis
hic argenti*

Porrò interdum quoque poetæ rerum ordinem inuertunt. Grammatici vocant ὑστερον προτερον, vel unicâ voce ὑστεροπροτερον: quomodo in Servio Danielis editum est in istud Maronis 11. Æn.

--- *Moriamur, & in media arma ruamus.*

Idem fieri agnoscit Servius in illo 1. Georg.

*Area cum primis ingenti aquanda cylindro,
Et vertenda manu, & cretâ solidanda tenaci.*

Hæc, inquit, per ὑστερον προτερον posuit. Prius enim est, ut manu terra vertatur: deinde solidetur glareâ: postremò aquetur cylindro. Ac similiter Donatus †. Aliqui itidem ὑστερολογίας statuunt in illo ejusdem libri:

Nunc torrete igni fruges: nunc frangite saxo.

Ubi sic Servius: *Multi ὑστερολογίας putant, quia ante est molere, quàm coquere. Alij non accipiunt ὑστερολογίας: sed modo hoc, modo illud facito. Atqui torrete igni hæc non coquere signat, quod Servius putavit: sed siccare. Aptius exemplum est illud eodem libro:*

Nec frustra signorum obitum speculamur, & ortas.

† lib. 1.
Est.

Vti & hoc Ovidij †:

Lapsaque sub terras, ortaque signa canam.

Verum ordinem ponit Catullus carm. de coma Beronices:

Qui stellarum ortus comperit, atque obitus.

Etiam Maronis est tertio Georg.

--- *Lucinam, iustoque pati Hymeneos.*

Nam nuptiæ ac coitus anteccedunt partum, qui per Lucinam intelligitur ὑστεροπροτερον. Idem tertio Æn.

Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.

Nec apud poetâs tantum, sed alios quoque scriptores, rerum ordo inuertitur. Tacitus in primo Annalium: *Post Antonium Tarentino Brundisinoque fœdere, & nuptijs sororis illeclum.* Nam Brundisinum fœdus aliquot annis prius fuit Tarentinò; ut ad eum Taciti locum Justus Lipsius ostendit. Et hæc de compositione.

C A P. III.

DE PERIODO.

COMPOSITIO oratoria tum periodos respicit, tum numerum. Periodus est oratio habens ex se principium, ac finem, & pulcrâ ac conspicuâ magnitudinem.

Hæc

Nec nos obniti contra, nec tendere tantum.

Plurà de eo diximus supra.

V consonans, (ut nunc quidem corruptè profertur, etsi olim idem valuerit, quod hodie Germanis duplex W) fortius sonat, quàm B; infirmius, quàm F. Convenit exprimendis sonis nec obscuris, nec occlusis. Indicio est isthoc superius quoque adductum à nobis *:

Tum plausu, fremituque virum, studiisque faventum

Consonat omne nemus: vocemque inclusa volutant.

Littora.

X vasti soni est. Cicero *: *Quomodo vester Axilla Ala factus est, nisi* * *Orat. ad Brutum.*
fugâ literæ vastioris?

Z verd suavius est, ut & scribit Dionysius Halicarnassensis †.

† *lib. 4. c. 1.*
συνθής.
ἀνομάτ.

III. AN VITARE SEMPER OPORTEAT FREQUENTI-
TIOREM EIVSDEM LITERÆ CONCURSUM,
PRÆSERTIM R, ET S.

EX hisce omnibus perspicere est, quanti faciendum sit illud Rhetorum præceptum, quo vitare jubent crebriorem ejusdem literæ concursum. Neque enim ultra, puto, inficiabitur quisquam, rerum naturam sæpe exigere, ut eandem literam frequentemus. Quamobrem nos quidem cum Criticis istis damnare non audemus Homericum isthoc *:

Μηδ' ὑβέροντι κακῆ κικακακωμένον.

Aut hoc Sophoclis in Oedipo Tyranno:

Τυφλὸς τὰτ' ὄντα, τὸν τε τὸν, τὰ τ' ὄμματ' ἔ.

Nec dubitamus, quin T affectarit Ennius in illo *:

O Tute tute Tat tibi tanta tyranne tulisti.

Itemque Plautus P, cùm inquit †:

Non potuit paucis plura plane proloqui.

Ac Nævius L, quando scripsit *,

Libera lingua loquuntur ludis liberalibus.

Imprimis autem Rhetores interdiciunt crebro usu literæ R, & S:

quarum illam caninam vocant Ovidius †, Persiusque *; hanc *συνείδη*,

i. *serpentinam*, appellat Dionysius Halicarnass. Illius crebram repetitionem vocant *ῥετακισμὸν*, sive *ῥετασμὸν*, (quod ipsum quoque in vet.

Suidæ codd. invenitur) hujus frequentatio à Capella nominatur

polyigma, ab alijs *συμπαρομός*. At Maro utramque interdum con-

denfat, cujus rei multa superius attulimus exempla. Nempè, pro di-

* *Od. 2.*

* *apud Sest. p. 1. lib. 1. c. 1.*
Donat. de scheinat.

† *Menachmus act. 2. sc. 1.*

* *apud Festum in Liberata.*
† *Fest. 5. sat. 1.*

versâ rei naturâ , ejusdem literæ frequentia nunc laudi ducitur , nunc inter culpas orationis censetur. Plato , & Eubulus , Comici , cachinnos quoque theatri excitarunt † versu isthoc Euripideo in Medea :

† Auctor
scholasticus
Euripidis.

Ἐὐσεὶ σ' , αἰς ἵκταν Ἐλλήνων ὄσση.

* An. 9.

At laudamus Maronianum isthoc * , in quo totidem S habemus :

Ceu septem surgens sedatis annibus altus.

† An. 1.

Laudamus quoque , & merito , hoc ejusdem † :

Emissamque hyemem sensit Neptunus , & inis

Stagna refusa vadis.

† An. 5.

Item hoc † :

--- *Affiduo longè sale saxa sonabant.*

Suntque alia id genus plurima apud divinum poetam ; ut qui neque elementum ullum frustra poluisse videatur ; quemadmodum accuratè in Lucullianis suis questionibus ostendit Bartholomæus Maranta Venusinus ; ad quem lectorem meum remittere malo , quàm ad quosdam , qui , quicquid boni de compositione adferunt , id è Marantâ , tacito auctoris nomine , suas in cumeras converterrunt. Sed & Jovianum Pontanum adi ; qui non quidem copiosè aded , ac Maranta , qui in hoc argumento penè nimius est ; sed tamen fufius , & accuratius , quàm ante eum quisquam , hac de re tractavit in dialogo , qui Actius * inscribitur.

* edit. Ald.
p. 127. &
deinceps.

Porrò ijs , quæ de S supra diximus , litem intendit vir quidam clarissimus , qui S suavissimam esse literam censet ; ut quæ in suavissimarum quarumque rerum vocabulis infit , atque aded ipsum suavitatis nomen & ordiatur & terminet. Nos nec antiquos hæc in parte reprehendere audemus , nec viri præstantissimi judicium planè damnatum. Siquidem tum sonum ejus agnoscimus in amantium , fluviorum , & arborum susurris ; tum in serpentum sibilis , atque hostili exsibilatione.

Etsi autem S interdum orationi adferat suavitatem : veteres tamen Spartiæ , qui omnes orationis delicias averfati videntur , caninam illam R huic literæ prætulerunt. Nam S tum in medijs , tum extremis dictionibus , mutant in P ; ut arguit vetus ἱστορικὸν seu ὁμοῦ * decretum. βάλδμου * , quo urbe pulsus Timotheus. Adducit id Boëthius † , sed locum mirificè attaminarunt βιβλιογράφοι : eumpse emendatum vide , cum apud Leopardum lib. v. i. i. cap. xiv : tum imprimis Josephum Scaligerum notis in Sphæram barbaricam Manilij , & Isaacum Casaubonum lib. v. i. i. Animad. in Athen. cap. xi : qui duo penè idem scripsere.

* decretum.
† lib. i. de
dactylica.

scripsere, eodem tempore, eadem de re, alter Lugduni Batavorum, alter Lugduni Segusianorum. Plurima verò ejufce Spartanorum dialecti exempla imprimis apud Casaubonum inibi vide. At planè iniquus est ei literæ Pindarus: ut qui Σ κίε δολος, hoc est adulterinam, nec veram literam vocet: quin eum totas odas ἀσχηματισθῆναι † † in quibus nullam foret scripsisse, cùm Demetrius testatur lib. αὐτῶν ἑρμηνείας, tum ex Clearcho refert Athenæus lib. x. Idem Athenæus eodem libro auctor est, sub nomine Lasi Hermionenensis, poetæ antiquissimi, quem & quidam unum è septem sapientibus fecerunt, fuisse circumlatam odam sine sigma, quæ inscribatur Centauri. Hymnum quoque ἀσχημον idem scribit à Laso factum esse ἐς τὴν Δήμωνα τὴν ἐν Ἑρμῶνι *. Nam assentior Casaubono † ita emendenti, cùm in vulgatis prætereatur τὸ ἐν. Atque hæc de ejusdem literæ iteratione.

IV. VETERES NON SEMPER REFUGERE EIVSDEM SYLLABÆ ITERATIONEM, IMO QUANDOQUE HA AD ORNATVM VTI: ITEM DE NON CONTINVANDIS MONOSYLLABIS, VEL VERBIS LONGIS.

QUÆMADMODVM autem in eo falsi sunt multi, quòd quamlibet literæ ejusdem repetitionem vitiosam esse existimarunt: ita immeritò quoque syllabæ ejusdem iterationem ubique reformidant delicatioribus quorundam aures, cùm veteres eam non semper aspernentur: imò quandoque τῆ ὄψι συλλαβῶν ἀνακλάσεις nihil esse venustius possit. Homerus Iliad. β:

--- Πρίστως θοῖς ἠγαμόνδαι.

Idem Il. ζ:

--- τὸ ἀλκίον οἶο' ἀλάτο,

Ὅν θυμὸν κατέβδων, πάτορ ἀνδρῶπων ἀλείψων.

Et Odyss. ω.

--- Εὐσεΐθι

Πείθοντο.

Thucydidis est, Σαμία μία ναῦς. Plato ἐν τῷ συμποσ. Πανσυνίη ἢ πανσμίη (διδάσκουσι γὰρ μιῶν λαγνῶν ἄποσι οἱ σοφοὶ) ἔφη ὁ Ἀεὺς ὀδμηθῶ. Cùm Pausanias pausam loquendi fecisset (sic enim vocabulo alludere, docent me sapientes) Aristodemus inquit. Timonis etiam Philiassij est de Platone: *

Ὡς ἀὶ πλάσσει Πλάτων, πεπλασμίνα δούματι εἰδῶς.

* apud
Lærtium in
Platone.

Quamquam id fillographus, more suo, scripserit, ut Platonis di-

tionem rideret poetico similiorem. Demosthenes quoque, & ante eum Xenophon, ornatum captarunt ex conjunctione harum vocum *αρωσική*, & *αρωσμο*: quemadmodum Victorius censet lib. XXVII. Var. Lect. cap. XI. Oppianum, cujus est *δίστα πλάουδ* †, & alios juniorum, mitto.

† lib. 1.
Αλιευτ.

Ad Latinos venio. E quibus Plautus etiam affectavit. Uti Ca-
ptivus *:

* a7. 4. sc.
3.

Quanta pernis pestis veniet! quanta labe larido!

Quanta summi absumedo! quanta callo calamitas!

Quanta lanijs lassitudo! quanta porcinarijs!

Vbi, in vitis etiam vocibus, hanc similitudinem quaesivit. Ut qui, cum *absun:cio* Latini dicant, malit *absumedo*, quod, ni valde fallor, Latinum non est, sed à Plauto confictum. Sed sunt apud eum ralia, de quibus hoc dici non possit. Ut Pseudoli prologo; modò is genuinus est:

-- Et lege, & legionibus,

Hos fugitastis, Quivites, successis bonis.

Sed minus est hinc similitudinis ob disparem quantitatem. Major
in hcc ejusdem *:

* Pseud. a7.
3. sc. 2.

Vivis convivis intestina quae exedint,

Et prologo Truculenti:

De vestris magnis, atque amoenis mœnibus.

† scenâ ulti-
mi.

Item Stichos †:

-- *Nam ita me Venus amoena amet.*

Et Menæchmis †:

† a7. 1. sc.
1.

Domi domitus sui usque cum caris meis.

Quod imitatus Lucretius lib. v:

Sic quos antè domi domitos satis esse putabant.

Ejusdem Lucretij est libro eodem:

-- *Aquo certamine bellum*

Magnis de rebus inter se cernere certant.

Terentij quoque est, *dixisse sese*. Horacij, *pares res*. Catulli,

In collo sibi collocare possit.

† a7. 3. sc.
3.

Quod simile isti Plautino in *Afinaria* †:

Hic ponè hic istam colloca crumenam in collo planè.

† præcida-
nis proCa-
ullo.

Similiusque futurum, si cum Duza †, trajectis vocibus, legas:

Hic ponè hic istam crumenam colloca in collo planè.

Sed nihil mutandum: quia, quod Duza non satis attendit, versus est jambicus tetrameter catalecticus: uti & sequentes. At jambicus nihil

nihil æquè refugit, quàm trochæum; qui quinta sede fuerit, si Duzam sequamur. Nec Ovidius similes syllabas averfatur. Ut t,

Ad te quisquis is es, noſtra querela redit.
Et manifeſtiùs, cum ait †:

--- *Non ſi Venus ipſa veniret.*

Tum imprimis in illo †:

Corpora Cecropidum pennis pendere putares.

Pendebant pennis.

Tibullo etiam, ac Propertio, hæc penè affectata. Sed nec ipſe reſpuit Maro: cujus eſt primo Georg.

Huic à ſtirpe pedes.

Et ſecundo: — *ad ſidera raptim.*

Item ſecundo Æn. --- *Dorica caſtra.*

Et tertio, *Cecà caligine.* Et, *Caſus Caſſandra canebat.*

Et quarto, *Multa viri virtus.* Et, *Fama malum.* Et, *Adverſo ſole.*

Et in ſexto, *Auri per ramos aura refulſit.*

Denique nec Tullius ipſe hæc refugit. Ut pro Cælio, *unquam quamquam.* Sed hoc minutum. Luculentius illud epiſtolâ ad Brutum: *Res mihi in viſe viſe ſunt, Brute.* Quod Ciceroni excidiſſe, ait Fabius *.

Mihi fecus videtur. Nec enim dubito, quin placuerit * lib. 9. id Tullio ob *παρομοιαſιν*, vel *ὁμοιοπαρ.* Fabij iudicium ſecutus eſt cap. 4.

Eraſmus: quem eo nomine valde exagitat Cæſar Scaliger, oratione illâ, quam adverſus eum doctiùs, quàm modeſtiùs, magiſque ad oſtentationem, & famæ aucupium ex magnitudine adverſarij, quàm veritatis ſtudio ſcripſit. Sed hanc culpam heros ille poſtmodo, pœnitudine ductus, quodammodo eluit divino epigrammate, quo Eraſmus uſque aded extulit. Etiam Tullij eſt in Catone majore:

Senſim ſine ſenſu ætas ſenſcit. Quod cum obſervâſſet P. Victorius,

tanti putavit, ut integrum de eo caput contexeret in Varijs ſuis †. † lib. 36.

Qui alibi * etiam, eodem opere, Ciceronem captâſſe ejuſmodi *ἀνδ.* cap. 20.

καλῶν probat ex eo, quòd orat. pro Milone dicat, *Vi viſta viſ.* Et * lib. 27. † lib. 27.

poſt multa: *Non unius viri vires, atque opes indicantur.* Nec non: *Sim* 11. † lib. 27.

minùs fortiſſimi viri virtus gratiſſima civibus cecidiſſet. Quibus geminum eſt illud è Marone † antea dictum, *Multa viri virtus.* Ejuſ. † 4. Æn.

dem Ciceronis eſt:

O fortunatam natam me conſule Romam!

Quod & ipſum excidiſſe Tullio, Fabij iudicium eſt. Imò ridet etiam Juvenalis ſat. x:

O fortunatam, natam me conſule Romam!

† lib. 3.
Triſt. d. 11.
lib. 6. Met.
fab. 28.
† libro eo-
dem fab. 7.

*Anton I gladios potuit contemere, si sic
Omnia dixisset. ridenda poemata malo,
Quam te, conspicua diuina Philippica fama,
Volueris à primâ qua proxima.*

Equidem non ignoro, viros esse eruditos, qui risum Ciceronem putent, non ob *αρηγοριον*, sed quia se tantopere iactaret, quæ res odiosa esse apud omnes solet. Sed aliud voluisset Iuvenalem, arguit, quod solum poemata ejus rideat: uti & Martialis † facit, qui

† lib. 2.
epigr. 29.

Gaurum commune hoc ait habere cum Cicerone,
Carmina quod scribat Musis & Apolline nullo.

Nempe hic statuere *κακιστορας*, ut facit vetus Iuvenalis scholiastes *: sive, ut alij vocare malunt, *κακιστορας*, seu *κακιστορας*. Verum hi *κακιστορας* etiam statuunt non in illo Tullij modo, sed etiam multis Maronis locis; in quo, iudicio nostro, *εδδω κωνο*, eoque & *κακιστορας* nullum. Veteres enim in delicijs habuere, quæ posterioris seculi aures tantopere sunt averse. Quod Servius agnoscit in illud Maronis †, *Casus Cassandra canebat*. Monet enim, hanc compositionem suâ quidem ætate habitam esse vitiosam; at eam maioribus placuisse. Quare hujus generis præcepta debent quidem esse perpetuâ, cum non temere sint negligenda, nunquam certè abroganda: attamen non debent esse perpetua, quia nec superstitiosè nimis sunt observanda. Siquidem, ut jam vidimus, interdum cum optimis quibusque scriptoribus, dicere nobis liceat illud Poëtæ veteris ‡; *Audio, haut ausculto*.

‡ apud Var.
ronem lib.
‡ de L. L.

Ad juncturam quoque refer, quod non temere condensanda sint monosyllaba, quia minuta ijs ac concisa redditur oratio: ut; *Cum hoc sis in me animo, non jam &c.* Par penè dissyllaborum ratio est: ut in illo Ciceronis lib. II. de Legg. *Ego verò tibi istam justam causam puto, cur hoc &c.* E contrario, si longa vocabula continentur, fit sermo tumidus: ut *, *Ambubaiarum collegia, pharmacopole.*

* Horat.
lib. I. sat.
2.

V. DE ALTERA COMPOSITIONIS CVRA, QUÆ IN ORDINE CONSISTIT.

AD compositionem communem superius ordinem quoque referrebamus. Peccatur contra hunc, si gravioribus subjiciamus humiliora, quia gliscere augerique debet oratio. E.g. Venuit Tullius †; *Tu illis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate.* At si cœpisset Orator à toto corpore, non bene ad latera faucesque

† Philipp. 2.

celque descendisset. Sic longè elegantissima compositio est in illo ejusdem †; *Vt tibi neesse esset in conspectu Pop. Rom. vomere posttridie.* † *ibidem.* Vbi totius ductus vel iudicio est, quod nec posttridie cibum tenere poterit. Sed hoc Quintiliani * præceptum, ut in amplificationibus verissimum est, ita locum nullum habet in extenuationibus. ^{cap. 4.} Nam cum contraria sit contrariorum ratio, decrescere in his, non crescere debet oratio. Vt pro L. Muræna: *Sic à me defenditur, ut ejus nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum, in vita proferatur.* Quamquam, si animum potiùs dicentis, quàm res ipsas, spectemus, hic etiam crescit oratio.

Illud quoque ad ordinem pertinet, ut quod vel dignius est, vel naturâ prius communiusque, id ei præponamus, quod indignius est, vel naturâ posterius & angustius. Itaque, ut idem Fabius † monet, viros ac feminas, diem ac noctem, ortum & occasum, in prorsâ oratione potiùs dicemus, quàm retrorsum. ^{† ibidem.} Causa istius est à rebus, quarum verba sunt *ἀμβολα* *.

Interdum tamen, quod magis est commune latiusque patet, id ^{* nota ad figuram.} subsecqui posse, vel unus Livius docebit: cujus hoc lib. 1. *In ore Tibervis Hostia urbs condita.* Vides, ut non *urbs Hostia*; sed *Hostia urbs*, dicatur. Sic lib. XXI, seu primo belli Punici: *Præfectus ad Trebiam flumen collega conjungitur.* Et lib. xxxv: *Ad Tagum annum ire pergit.* Et lib. xlii: *Sycurium est sub radicibus Ossamontis.* Similiter Cæsar lib. iij. de bello Gallico: *Qui proximi Rheno flumini sunt.* Quin eâdem periodo communius nunc præponit, nunc postponit. Nam lib. i. bell. Gall. *Initium*, inquit, *capit à flumine Rhodano, contineturque Garumnâ flumine.*

Ad ordinem quoque refert Fabius †, quòd *fratres gemini* dicimus, † lib. 9. c. 2. non *gemini fratres*. *Quadam*, inquit, *ordine permutato sumi supervacua, ut fratres gemini: nam si præcesserit gemini, fratres addere non est neesse.* Dixit certè Horatius * quoque:

Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque Zethi, dissiluit.

* lib. 1. c. 18.

Possunt tamen & fratres esse, qui non sunt gemini, & gemini esse possunt, qui fratres non sunt; ut rectè ait Scaliger lib. 11. de caus. L. L. cap. cxvii: Adde quòd Livius lib. 1. dixerit *gemini fratres*, & *tergemini fratres*. Imò Cicero quoque lib. 11. de Divinat. *Proclus*, inquit, & *Eurysthene*, *Lacedæmoniorum reges, gemini fratres fuerunt.* Et ante utrumque Plautus *Perfa* †:

Geminum autem fratrem servire audivi hic meum.

† Act. 4. sc. Probatu hic argenti

Porrò

Porro interdum quoque poetarum rerum ordinem invertunt. Grammatici vocant ἕτερον πρότερον, vel univèrſa voce ὑστεροπρότερον: quomodo in Servio Danielis editum est in istud Maronis I. I. Æn.

--- *Moriāmur, & in media arma ruāmus.*

Idem fieri agnoscit Servius in illo I. Georg.

Area cum primis ingenti æquanda cylindro.

Et vertenda manu, & cretâ solidanda tenaci.

Hæc, inquit, per ὑστερον πρότερον posuit. Prius enim est, ut manus terra verratur: deinde solidetur glareâ: postremò aequetur cylindro. Ac similiter Donatus †. Aliqui itidem ὑστερολογίαν statuunt in illo ejusdem libri:

† libello de
tropis.

Nunc torrete igni fruges: nunc frangite saxo.

Ubi sic Servius: *Multi ὑστερολογίαν putant, quia ante est molere, quàm coquere. Alij non accipiunt ὑστερολογίαν: sed modo hoc, modo illud facito. Atqui torrete igni hæc non coquere signat, quod Servius putavit: sed siccare. Aptius exemplum est illud eodem libro:*

Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortas.

† lib. I.
Eas.

Vti & hoc Ovidij †:

Lapsaque sub terras, ortaque signa canam.

Verum ordinem ponit Catullus carm. de coma Beronices:

Qui stellarum ortus comperit, atque obitus.

Etiā Maronis est tertio Georg.

--- *Lucinam, justosque pati Hymenæos.*

Nam nuptiæ ac coitus antecedunt partum, qui per Lucinam intelligitur μετανομήσας. Idem tertio Æn.

Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.

Nec apud poetās tantum, sed alios quoque scriptores, rerum ordo invertitur. Tacitus in primo Anapalium: *Post Antonium Tarentino Brundusinoque fœdere, & nuptijs sororis illeclum.* Nam Brundisium fœdus aliquot annis prius fuit Tarentino; ut ad eum Taciti locum Justus Lipsius ostendit. Et hæc de compositione.

C A P. III.

DE PERIODO.

COMPOSITIO oratoria tum periodos respicit, tum numerum. Periodus est oratio habens ex se principium, ac finem, & pulcrā ac conspiciam magnitudinem.

Hæc

Hæc minimùm est unius colis, sed habentis reflexionem. Ea si absit, non periodus, sed colon, aut comma appellatur.

Differunt colon, & comma, magnitudine. Nam quod intra octavam syllabam se continet, comma dicitur: cola vero extendi possunt usque ad magnitudinem versus heroici.

At summùm periodus est quatuor colorum. Is numerus si excedatur, attamen in orbem cogatur oratio, Περὶ δὲ vocatur: sin sententiam colis & commatibus dimensam perficiat, Πρῶτα, vel Τάσις dicitur: Πρῶτα quidem, cùm commatis colisque progredimur, quandiu spiritus ac latera perferunt: Τάσις autem, cùm ulterius etiã procedimus, quã spiritus ferre possit.

Dicimus incisim, ac membratim, in narrationibus dolorem concitantibus, vel cùm acriter probamus, aut refellimus, & alias in affectibus.

Periodos maxime usurpamus in genere Demonstrativo. In Deliberativo autem, ac Irudiciali, parcius adhibemus: nisi quòd crebriores sint in proœmiis magnarum causarum, in narrationibus ad delectandum institutis, in locis communibus, item in amplificationibus, & epilogis.

Πρῶτα, & Τάσις, conveniunt proœmiis gravium causarum. Transitur quoque ad hoc genus in mediã oratione; quò, tot modis variatã compositione, vitetur fastidium.

I. DE COMPOSITIONE ORATORIA GENERATIM:
DEQUE VOCABVLIS COMMATIS, COLI, PERIODI, CIRCUMSCRIPTI, ET
AMBITIUS.

COMPOSITIO oratoria considerat, tum brevitatem, ac longitudo partium orationis; quæ pars συνθήκη Græcis vocatur: tum ordinem, & qualitatem in sonis; quæ pars σῶσις dicitur. Συνθήκη igitur versatur circa periodos: σῶσις circa numeroe. Ac naturæ quidem ordo postulat, ut priùs agamus de periodis, quibus accidit numerus.

Alio autem fine tractabimus de periodis, colis, commatis, quàm solent Grammaticorum filij. Hi non aliã de causã ea considerant, quàm ut monstretur ratio bene interpungendi. At Rhetores, quia orationem ea reddunt suavem, ac perspicuam. Quin aliter multò ijs vocibus utuntur Rhetores vetusti, quàm à Grammaticis definiuntur. His comma est sententia imperfecta: sive pars periodi

composita sine verbo. Colon iisdem est sententia perfecta, sed reata: siue est pars periodi suo sulca verbo. Itaque non sibi, sed periodo sententiam perficit. Item periodus illis est oratio sibi perficiens sententiam: siue est sententia aliquid perfecte absoluteque significans. Rhetores verò, quod Grammatici nuncupant periodum, saepe non periodum, sed nunc colon, nunc etiam comma esse, dicunt. Quare definiendum, quid hoc loco sit periodus, aut colon; quomodo item Rhetores antiqui colon à commate distinguant. Ac primò definiam periodum, licet cola commataque (quorum illa Aristoteli *μῆλον*, hæc Julio Scaligero *μῆλον* dicuntur) simpliciora sint. Nam ferè in minutis disciplinarum partibus ordo est arbitrarius. Accedit, quod è definitione periodi ab Aristotele assignatà illa lucem accipiant, quæ de commatis colisque posteriores Rhetores tradiderunt.

Vt igitur ab ipso nomine incipiamus: quod Græcis *περίοδος*, id Latinis est *ambitus*, *circuitus*, *comprehensio*, *continuatio*, aut *circumscriptio*. Neque enim fides habenda est Georgio Trapezuntio, qui comprehensioni, tanquam generi, subijcit circuitum, & ambitum, ceu species distinctas. Profectò justam laudem non ibo illi viro ereptum. Attamen nec tanta ejus est apud me auctoritas, ut ejus sententia apud me sit Minervæ quidam calculus. Minimè profectò conferri meruit cum Theodoro Gazà, cui cum æquiperavit Angelus Politianus †. Itaque jure politissimi ingenij virum hoc nomine reprehendit Parrhasius in epistolis. Neque ignoro, Trapezuntium errores aliquot observasse in translationibus Gazæ, quos hic monitus correxerit, uti & memoriæ prodidit Erasmus*: verùm & illud scio, longè plura esse in Trapezuntianis, quæ Gaza potuerit culpante. Nam & in eo desiderare potuit fidei plus in transferendis è Græco auctoribus, & majorem linguæ Latinæ peritiam. Sanè quod è comprehensionem dispescit in ambitum & continuationem, id ne ratione, nec auctoritate cujusquam, subnixum est: suntque apud eum alia id genus sexcenta, quæ præterire visum est, ne impingamus in isthoc Agathonis:

Τὸ μὲν ἀπὲρρον ἔργον ὡς ποιούμενοι,

Τὸ δὲ ἔργον ὡς ἀπὲρρον ἀποδέχονται.

Opus putantes id, quod accessorium est;

Inque opere versantes, ut accessorio.

† Miscell.
cap. 90.

* catalogo
lucubratorum
vulgarum.

II. VARIA PERIODI DEFINITIONES EX-
PENDUNTUR.

DEFINIUNTUR periodus variè. Hermogeni † est oratio unâ eademque verborum circumductione argumentum & conclusionem comprehendens. Vt cui solùm definitur *περίοδος ἢ ἀπαρτίξις αὐτὸ ἐπιχείρημα ἢ σωμάριον*. Duæ igitur ab eo conditiones requiruntur ad periodum: una est, quòd oportet ἀπαρτίξιν τὸ ἐπιχείρημα, *perficere argumentationem*: altera est, quòd opus est σωμάριον, *sive in unum locum cogere argumentum, & conclusionem*. Vnde lucem capit hæc definitio apud eundem †: *περίοδος ἐστὶν ἢ τὸ ὅλον ἐπιχειρήματ' ἢ ἀναγκαστὴν σωμάριον, ἢ κλειὸν τρόπον τινά*. h. e. *Periodus est totius argumentationis conclusio coitio, ac quodammodo clavis*: Nam argumentum cum conclusionem ita in orbem cogitur, ut conclusio clavis instar argumentationem claudat.

Verùm latius aliquanto Aristoteles, quem sequemur, periodi nomine utitur: ut qui definiat *μέθοδον, λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν ἢ τελευτὴν καὶ αὐτὴν, ἢ μέγεθος δυνάμεων* *distinctionem, sive compositionem, sive orationem* (id enim hic λέξις significat) *que ipsa per se principium habet, ac finem, & magnitudinem, qua uno facile intuitu spectari possit*. Neque aliter Demetrius, cui periodus est *σύστημα ἐκ κώλων ἢ κομμάτων ὡς τὴν δυνάμεων τῶν ὑποκειμένων ἢ παρτίσεων*. i. *Compositio membrorum volubilium, que absolvuntur accommodatè ad sententiam subjèctam atque propositam*.

Differunt Aristotelica, & Demetria-na definitio, à duabus Hermogenicis, quòd hæ periodi materiam faciunt argumenta, eorumque conclusiones; Aristoteles autem, eumque secutus Demetrius, non tam stricte utantur periodi nomine, quia quamlibet sententiam ei subijciunt. Et certè optimè Semo noster Aristoteles. Nam quamvis maximè volubiles sint illæ periodi, quæ ratione sunt conclusæ, ita ut κατ' ἐξοχὴν periodi dici mereantur: tamen etiam, cùm aliæ sunt sententiæ, oratio quasi in orbem volvitur, atque ad principium redit.

Ἀρχὴν * verò, ut Trapezuntius, Sturmius, Erythræus, alijque existimarunt, id Aristoteles appellat, quod Hermogenes, ac posteriores Rhetores, dixere *ἀρχή* †: *τελευτὴν* † nominat, quod ijdem vocarunt *ἐπίδοση* †, & Demetrius appellat *καμπὴν ἢ στροφέω* †. Verùm, si curatius mentem Aristotelis intueamur, cognoscemus, duobus

† lib. 4. de
Invent.
cap. 3.

† ibidem.

* principium.
† propositio-
nem.
† finem.
† reditio-
nem.
† flexionem &
conversionem.

† *noti.*

bus eum κατελείψι † in hâc definitione separare periodum ab εἰρομένη, sive connexâ dictione. Nam, ut ante nos doctissimus P. Victorius observavit, primò requirit Aristoteles, ut habeat periodus principium ac finem ex sese, non autem aliunde importatum. Differunt enim periodus, & oratio illa, quæ ferè quâdam continuationeque illigatur; quòd hæc nullum habeat finem, nisi res, quæ narratur, ad finem perducta sit: at periodus proprio, & à reliquâ sententiâ diverso sine concludatur. Altera nota, quâ Aristoteles periodum ab εἰρομένη dictione distinguit, est ista, quòd periodus debet esse ἀόρουσθαι. Nam in periodo servatur modus, ne nimis excrecant membra, atque ita cunctæ partes uno intuitu conspici nequeant: at dictio continua sive pendens longo tractu fertur, usque dum, finitis rebus, & ipsa finem ostendat.

† talis, ut uno facile intuitu spectetur.

III. DE COLI, AC COMMATIS NATVRA.

* modus optimus, non sic scriptum.

* unius membri.

† simplicè. † membro- rum.

* Ed. 2.

† Ed. 1.

* ex Act. 1. in Verr.

† in Orato- re ad Bru- tum.

ILLUD verò extra omnem controversiam est, in quavis periodo, tum ἀπόρασι, tum ἀπόδοσι, sive καμπύλῃ ἢ στροφάλῃ requiri. Atque hinc cognoscimus, μέγρον ἀείπειν, γινώσκει σαυτὸν *, ac similes sententias, non ideo Rhetori pro periodis habendas esse, quia sibi perficiant sententiam. Neque enim habent divisionem ac reflexionem. Est quidem εἰροσθαι quædam κωνόκαλθαι *, quam ἀφελῆ † vocat Aristoteles. Sed cum duo sint κώλων † genera, unum quidem simplex platonè, velut *, *Trabit sua quemque voluptas*: alterum flexum habens, ut †, *Fortunate senex, ergo tua rura manebunt*: posterius solum colòn genus constituere potest πειλοδὸν ἀφελῆ. At prius illud, utut perfectè absoluteque aliquid significet, non tamen plusquam κώλων censerì debet. Membra certè hæc sunt Ciceroni*: *Nonne sunt hodie Sexuiles: horà nonà convenire cœpistis: hunc diem jam ne numerant quidem: decem dies sunt. ante ludos variyos: hos Cn. Pompeius facturus est: hi ludi dies quindecim auferent: deinde continuò Romani consequentur*. Imò perfecta absolutaque sententia κέμα quoque esse potest. Cicero enim hæc quatuor ex oratione suâ commata appellat †: *Domus tibi deerat? At habebas. Pecunia superabat? At egebas*. Nempe, ut Demetrius & Hermogenes docent, colòn, & comma, solà differunt magnitudine. Nam quod intra septimam, vel, ut alij malunt, octavam se syllabam continet, id comma est. At quod octo syllabarum numerum excedit, est colòn. Potest autem & septendecim esse syllabarum, instar versus Heroici: ut, *Quorum ego de sententiâ non debeo disputare*.

Quod

Quod verò hunc modum excedit, id *κῶλον* oblongum nominatur: Hermogeni dicitur *ῥομογενὲς*, q. d. in modum funis protensum. Istiusmodi est istud: *Iam verò virtutis Cn. Pompeij quæ potest oratio par inveniri?*

Verùm qui hanc de commatis colisque doctrinam oppugnant, (quos inter Julius Scaliger †) negant in ijs longitudinis, aut brevitas, habendam esse rationem. Certè in animantium corpore *κῶλον* (non jam eo nomine solum pedem intelligo, ut exponit Eustathius, vel τὸ ἐκ μέρους κινήσεως †, ut explicat Pollux: sed quamvis è vivi animantis trunco extantem partem, atque, ut ita dicam, ramum, qui in victimis maectatis *κωλίω*, *κωλῶς*, vel *κωλεῖα* dicitur) *κῶλον*, inquã, non tantùm per aliud, h. e. ut pars; sed per se ac proprio quoque motu moveri potest: quomodo brachium & moveri potest communi corporis motu ipsum interim per se quiescens; & è contrario, proprio moveri motu, reliquo corpore quiescente. Itaque volunt, in oratione quoque *κῶλον* vocari partem periodi habentem verbum, cujus beneficio moveri possit. Verùm non esse proprium *κῶλον* moveri per se, satis cognovimus ex ijs, quæ de periodis, ac commatis, dicta sunt. Neque est, quodd *κῶλον* vocem urgeant, cùm comma quoque auctori ad Herennium dicatur *articulus*, velut parvus artus, sive membrum. At sciunt, articulum in nobis per se quoque moveri. Quare jure mihi videtur Aristoteles nullam injecisse commatis mentionem; quodd nempè nobiscum existimaret, non aliter hoc differre à colo, quàm à Thrace Pygmæum.

Interim illud non ignorandum, sæpe & commata colorum, & cola commatum magnitudinem habere. Ita Hermogenes † Demosthenicum illud pro commate agnoscit, *Εἴη δ' ἑρεσσία Κλείταρχον*, quod tamen novem syllabarum est: vel si octo hoc syllabarum est ob apostrophon, ut sit, *Εἴη δ' ἑρεσσία*: at novem syllabaram illud, quod eisdem comma est, *καὶ καταλαμβάνων ὠρεῖν*. Fit hoc, tum quia Orator non ita est servili ingenio, ut dicendi libertas numero syllabarum tantopere sit adstringenda: tum etiam quia Oratoris est, non solum syllabarum attendere numerum, sed etiam naturam, ac quantitatem: unde & multi commata colaque definiunt non syllabarum numero, sed temporum. Docent itaque Rhetores, siquod longius comma pluribus interferatur colis, & ipsum pro colo habendum esse: itidem breviora cola, si incisim dicamus, haberi pro incisifs.

IV. QVOMODO DIFFERANT ORATIO ΕΙΡΟΜΕΝΗ,
SIVE TRACTA, ET ΚΑΤΕΣΤΡΑΜΜΕΝΗ,
SEV CONTORTA.

PORRO ex commatis ac colis duplex exstruitur oratio, *ειρομένη*,
sive *jugis ac pendens*, & *κατεστραμμένη*, sive *versa*: illa Ciceroni *tracta*,
& hæc *contorta* appellatur: ut ostendit Turnebus commentario in
primum Ciceronis de Legg. *κατεστραμμένη* dicitur ἢ ἐν τοῖς περιόδου,
quæ in periodis cernitur. *Ειρομένη*, ut Aristoteles ait, ἐδ' ἐν ἔχει τέλος καὶ
αὐτὸν, ἢ μὴ τὸ ἀπώγμα λεγόμενον τελειῖν, nullum habet finem per se, nisi res,
quæ dicitur, terminetur. Estque, ut idem ait, *συνδεσμοῦ μία*, ὥσπερ αἱ ἐν
τοῖς διδουμένοις ἀναβολαὶ vinculo una est, ut *prælia* in *Dithyrambis*. No-
men δὲ τὸ εἶρην, τὸ εἶναι *συνάπτεσθαι* *. Atque hinc liquet, rectè in Py-
thœanâ editione apud Aquilam Romanum legi, *ειρομένῳ λέξιν*, quam-
vis *ἐπίμωρον* emendent. Mover me, quod non modò ita ab Aristotele
videam dictionem perpetuam appellari: sed & in Basileensi,
omnium antiquissimâ, quam B. Rhenano debemus, sit *ραμμένη λέξιν*:
& in Aldinâ itidem, quæ biennio pòst in lucem prodijt, legere sit
* *romenen lexin*; duabus primis literis utrobique truncatis. Quin apud
Martianum Capellam, quo loco de duplici elocutione tractat, pro
ἐπίμωρον λέξιν, quod etiam in Basileensi est, *ειρομένῳ* fortasse reponi
debet.

Differunt autem *ειρομένη*, & *κατεστραμμένη λέξις*, quod in illâ naturæ
ductu varia commata colaque connectantur, sine artificio, quod fiat
jugis ac perpetua oratio: fuitque istiusmodi Herodoti, & alio-
rum veterum compositio: in hæc verò oratio arte oratoris tanquam
in orbe inclusa feratur, quoad consistat in singulis perfectis absolu-
tisque sententijs. *κατεστραμμένη* quoque tum jucunda est, quoniam fi-
nem habet, quem omnes desiderant; tum facile memoria retinetur
ob numerum, quo periodum metimur: at *ειρομένη* injucundior est,
quia est *ἀβέβαιος ἢ ἀτέλεστος*, *infinita ac moderato termino carens*. Ne-
que enim antè desinit, quàm rebus ipsis finem imposuerit: nec fa-
cile retinetur memoria, quia caret numero; quo memoriam juvari,
vel illud ostendit, quod carmina citius ac firmitus edificimus, quàm
orationem profram.

V. DE VARIIS PERIODORVM GENEBUS.

SEd quæsiō quidem diximus, orationem *κατὰ συμμέβριον*, seu *versam*, in periodis consistere: ad ejus naturam declarandam, de periodici speciebus dicendum est.

Periodus est vel *ἀφελῆς*, h. e. *ἀπλῆ*, sive *simplex*; vel *πολύκωλον*, sive *composita*, quæ Aristoteli est ἢ ἐν τοῖς κώλοις *περίοδος*. Simplex est, quæ unius est membri; unde & *μονόκωλον* appellarunt, q. d. *unimembrem*: non quasi possit unum idemque & totum esse, & membrum, ratione ejusdem: sed quia, quod ratione sui non nisi totum est, id ratione alterius, periodi dico *πολυκώλου*, membrū sit, non reipsa, (est enim *ἀφελῆς* †) sed *διωάμει* †. Oratio quidem istiusmodi extra periodum κώλον est, sed *διωάμει*; quomodo Aristoteles dicit, caput ac manus, quæ nostri corporis sunt membra, nomen idem obtinere, cum jam separata sunt a vultuque à corpore. *Περίοδος* est *ἀφελῆς* *; *Gratiā tantum possumus, quantum videri*. Habet enim *καμπύλι* †. At illa non est *περίοδος*, sed κώλον; *Gratiā nihil possumus*.

Periodus *πολύκωλον* † est vel *δίκωλον* *, vel *τριώλον* *, vel *τετρακόλον* †. *Δίκωλον*, sive *bimembris*, *ὑπότασιν* † habet unius membri, & *ἀπόδοσιν* † alterius membri. Hæc vel *ισόκωλον* est, vel *μακρόκωλον*, † *quadrimembris*. Vel *βραχύκωλον*, sive *μείνς*. *Ἰσόκωλον* est, cum membra sunt paria, vel certè esse videntur: ut cum numerus syllabarum in uno colo compenatur tempore, sive quantitate earundem in altero. *Μακρόκωλος* est, in quâ finis longior est. *Βραχύκωλος* est, quæ finem habet breviorē. *Ἰσόκωλος* est; *Omnis vitæ ratio in virtute ponenda est, quando præter eam vana fluxaque sunt omnia*. Tum *ὑπότασις*, tum *ἀπόδοσις*, syllabarum Ω xv. *Μακρόκωλος* est; *Ille paludes siccare voluit: hic totam Italiam moderato homini dividendam dedit*. *Πρότασις* est syllabarum XI, *ἀπόδοσις* syllabarum est xx. *Βραχύκωλος* est; *Non enim est ulla defensio contra vim inquam optanda: sed nonnunquam est necessaria*. *Πρότασις* syllabarum est xvii, *ἀπόδοσις* verò x.

Περίοδος τριώκωλος, sive *trimembris*, vel habet *ὑπότασιν* duorum membrorum, *ἀπόδοσιν* unius; vel contrà *ὑπότασιν* habet unius membri, *ἀπόδοσιν* duorum. Prioris modi exemplum est in illo pro Milone; *Postremo, nisi eum Diæ immortales in eam mentem impulissent, ut homo effeminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie temp. nullam haberetis*. Posterioris exemplum est in hoc pro Quinctio; *Quæ res in*

circitate

civitate dua plurimum possunt, ha contra nos amba faciunt in hoc tempore, summa gratia, & eloquentia.

Dividitur quoque περίωλος in ἰσοπέδους, cum membra omnia sunt paria; ἰσοσκελῆ, quæ duo habet paria, unum verò impar, sive id primum sit, sive medium, sive postremum; & ἄσιον, quæ omnia habet imparia. Περὶ ἄλφες est apud Ciceronem de Senectute; *Mihi quidem ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut non modo omnes absterferet senectutis molestias, sed effecerit mollem & jucundam senectutem.* Ἰσοσκελῆς est in illo pro Archiâ; *Quæ verò accuratè cogitatæque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent.* Nam primum, & postremum membrum, pro paribus habentur; medium impar est. Ἄσιον est in hoc pro Milone; *Quæ si opposita Miloni putarem, cederem tempori, Iudices; nec inter tantam vim armorum existimarem oratori locum esse.* Primum colum syllabarum est duodecim; alterum novem; tertium, quod ἐπισημαίει, sive adjunctio periodi est, syllabarum est duarum & viginti.

Periodus τετρακώλος vel ὀβτάσιον habet unius membri, ἀπόδοσιον trium; vel ὀβτάσιον trium, ἀπόδοσιον unius membri; vel ὀβτάσιον duorum, & ἀπόδοσιον totidem membrorum. Primi modi exemplum est istud in Divinatione Verrinâ; *Quare cum incertum sit de injuriâ, quemquam esse putas, qui non malit te sine vituperatione, quam cum scelere discedere?* Posterioris est exemplum in Cluentianâ; *Eâdem hæc Dineâ testamentum faciente, cum tabulas prehendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, legata delevit.* Sed longè omnium elegantissima est illa περίωλος, quæ æqualem habet ὀβτάσιον, & ἀπόδοσιον: ut pro Cæcinnâ; *Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in iudicijs impudentia valeret: non minus in causâ cederet A. Cæcinnæ Sex. Ebrijs impudentia, quam tum in vi faciendâ cessit audacia.* Sic pro Quintiō; *Eloquentia Q. Hortensij, ne me in dicendo impediatur, nonnihil commoveor: gratia Sex. Navij ne P. Quintiō noceat, id verò non medio-criter pertimesco.*

† I. 4. de invent. cap. de periodo.

† linea re-
fæ decus-
satim post-
ea.

† Iltiusmodi periodos vocat Hermogenes † χαζοκίνας, q. d. decus-
fatas, quemadmodum fit in litera χ. Nam ab ejus literæ formâ ve-
niunt χαζέων, χαζομάς, χαζί: ut apud Proclum in Euclidem, χαζί νέ-
ματα ἀδίσκου †.

VI. DE TRIBUS ORATIONIS GENERIBUS, QUÆ
ΠΕΡΙΟΔΙΚΟΝ, ΠΝΕΥΜΑ, ΕΤ ΤΑ-
ΣΙΝ ΔΙΧΕΡΕ.

QVOD si oratio ultra *παρακαλλῶν* * extrahatur, non *periodus* di- * *numerus*
cetur (quam Græci concluderunt intra numerum quatuor *quatuor*
membrorum) sed vel *oratio periodica* appellabitur, vel *πνεῦμα*, sive *membrorū*.
spiritus, vel *τάσις*, sive *extensio*.

Ac *περιοδικῶν* quidem vocatur, si ita aptè membra ejus conne-
ctantur, ut manifesta sit *ἀπόδοσις*, sive *καμωσι*. Nam & Hermogenes,
quamvis putat, nullam propriè *περίοδον* esse, nisi quæ argumentatio-
nem perficiat, ac concludat: scribit tamen, alij quoque compositioni
posse formam periodi adhiberi, quia aliud sit *περίοδος* uti, aliud di-
cere *περιοδικῶς*.

Sin redditio non sit, fuerit *πνεῦμα*, vel *τάσις*: quæ & ipsa pluri-
mum differunt. Nam *πνεῦμα* quidem, seu *productio spiritus*, ut appel- * *lib. 3.*
lat Trapezuntius *, tum dicitur, cum compositione sententiam per-
ficiat, ac commatis colisque inter se connexis, progredimur,
quandiu spiritus ac latera perferunt. Id significavit Hermogenes *, * *lib. 4.*
cum hoc modo definit: *Προῦμὸς σωθῆσις ἢ λόγῳ, διαστάσι ἀναστῆζον* *ἐπὶ δι-*
εὶ κάλοις ἢ κόμμασι μετρήσιμον, ὡς τὸ δὲ ἀρκυαὶ τὸ πνεύματος, καὶ τὸ φωνῶν *εἶν.*
τὸ ἀέριον. h. e. Oratorij spiritus productio est comp. sio orationis, absol-
vens sententiam membris atque incisi: dimensam, ad moderationem spiritus,
& vocis in oratore sonum. *Τάσις* verò, seu continuatio atque intentio,
nominatur, cum etiam ulterius protenditur, quàm spiritus ferre
possit. Fient hæc omnia exemplis manifestiora.

Πειλοκῶν περιοδικῶν, sive *περίοδον πειλοκῶν*, quæ & simpliciter
πειλοκῶν vocatur, habes in primâ periochâ orationis Milonianæ.
Ea hujuscemodi est: *Etsi vereor, Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro*
dicere incipientem, timere; minimeque deccat, cum T. Annius Milo ipse
magis de Reip. salute, quam de sua, perturbetur, me ad ejus causam pa-
rem animi magnitudinem asserre non posse: tamen hæc novi judicij nova for-
ma terret incultos; qui, quocumque incidierint, veterem consuetudinem fori, &
pristinum morem judiciorum, minimè vident. Oratio hæc neque perio-
dus est, quia plus est, quàm quatuor colorum; neque est spiritus
oratorius, cum habeat propositionem, ac redditionem, ut indicio
sunt particule *etsi*, & *tamen*: verùm est *πειλοκῶν περιοδικῶν*, quæ inter-
mediam, inter periodum & pneuma, naturam obtinet.

Πνεῦμα, sive spiritus oratorius, est in hisce verbis orat. pro L. Maniliâ: *Dico, eius (Luculli) adventu maximas Mithridatis copias, omnibus rebus ornatas atque instructas, esse deletas, urbemque Asia clarissimam nobisque amicissimam Cyzicenorū, obsessam ab ipso Rege maximâ multitudine, & oppugnata vehementissimè, L. Luculli virtute, assiduitate, consilio, summis obsequiis periculè liberatam: ab eodem imperatore classem magnam & ornata, qua ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato raperetur, superatam esse atque depressam: magnas hostium præterea copias multis præliis esse deletas, patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui antè populo Rom. ex omni aditu clausus esset: Sinopem atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis omnibus rebus ornata atque referta, cæterasque urbes Ponti & Cappadocia permultas, uno aditu atque adventu esse captas: Regem, spoliatum regno patrio atque avito, ad alios se Reges, atque alias gentes, supplicem contulisse: atque hæc omnia salvis populi Romani socijs, atque integris vectigalibus, esse gesta.* Oratio hæc nec *επιπλοδος* est, nec *περιοδική*, cum careat *καμπή*: verum est *πνευμακική*, quia in eâ incisa ac membra, certis vinculis nexa, sine verborum sententiarumque orbe, sententiam perficiunt, & uno quasi spiritu ab oratore pronunciantur.

Τάσις, sive tensionis exemplum illustre habemus in peroratione lib. v. actionum in Verrem, quem vulgò septimam Verrinam appellant. Incipit id ab illis verbis: *Nunc te, Jupiter Opt. Maxime, cuius iste domum, &c.* Extenditur autem usque ad illa verba: *Vos etiam atque etiam imploro, & appello, sanctissima dea, qua illos Emenses licus &c.* Locum non appono, quia & vulgò notus, & longior est, quàm ut integer à nobis adscribi debeat. Sanè duplo excedit magnitudinem pneumatos, quod pauldè antè adferebamus: estque nihil aliud, quàm pncuma longissimè extantum; ut & Hermogenes indicat cum scribit: *ὄπο γάρ ἐστιν ἡ τάσις, τὸ ἐπιτεταμένον ἢ μακρότερον, ἢ χεῖρ, τὸ πνεῦμα: id enim τάσις, sive intentio vocatur, cum spiritus longius extenditur, quam oportet.*

Porrò hic quæstio oritur de justâ magnitudine tum *περιοδικῆ*, tum *πνευματικῆ*. Nonnulli scribunt, quemadmodum periodus minima est *μοιβάκωλος*, perfectissima *πτεγκώλος*; ita τὸ *περιοδικόν*, minimum esse *περιτάκωλον*, at perfectissimum *διτάκωλον*. Verum quod *επιπλοδος* ab ijs dicitur, id tantum locum habet, cum commata colaque sunt longiora. Nam cum brevია sunt, *περιοδικόν* etiam *δευκάκωλον*, esse potest. Istiusmodi enim est istud Tullij ipsius in oratore ad Bruttum:

- I. Nam et negare ei, quem unice diligere,
 II. cuique me clarissimum esse sentirem,
 III. praesertim et justa petenti,
 IV. et praecava cupienti,
 V. durum admodum videbatur:
 VI. et suscipere tantam rem,
 VII. quantam non modo facultate consequi difficile esset,
 VIII. sed etiam cogitatione complecti.
 IX. vix arbitrabar esse ejus,
 X. qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium.

Et $\alpha\pi\alpha\tau\alpha\iota\varsigma$, & $\alpha\pi\delta\delta\omicron\sigma\iota\varsigma$, est quinque membrorum; quæ utriusque æqualitas $\alpha\epsilon\iota\theta\alpha\lambda\omega\upsilon$ hanc $\mu\epsilon\omicron\delta\iota\kappa\omega$, præter $\delta\mu\omega\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\lambda\eta\kappa\tau\alpha$, aliaque in eâ, non parum commendat. Quare, si $\alpha\chi\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\gamma\omega\varsigma$ rem expendamus, \dagger $\alpha\sigma\sigma\iota\mu\pi\alpha$ negandum, magnitudinem geminæ periodi esse periodici mensuram: sed statuendum, $\tau\alpha\ \mu\epsilon\omicron\delta\iota\kappa\omega$ non esse certum membrorum numerum.

Idem de pneumate judicandum: ut locuples nobis testis est Hermogenes hisce verbis: $\epsilon\tau\epsilon\ \gamma\delta\ \alpha\epsilon\iota\theta\mu\omega$, $\epsilon\tau\ \epsilon\zeta\epsilon\iota$, $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma\ \tau\delta\ \sigma\pi\upsilon\epsilon\mu\alpha$, $\alpha\iota\lambda\alpha\ \tau\delta\ \sigma\tau\epsilon\pi\chi\omicron\delta\ \gamma\iota\upsilon\epsilon\theta\prime$: h. e. Neque numero, neque habitui, sive artificiosa compositioni, $\epsilon\sigma\tau\ \sigma\upsilon\beta\iota\epsilon\kappa\tau\omicron\varsigma$ oratorius spiritus; sed fortuito libereque fertur ac constituitur.

Quod siqui id de pneumate quidem concedant, quia disertim ab Hermogene tradatur; at de $\mu\epsilon\omicron\delta\iota\kappa\omega$ improbent, quia hæc de re apud Hermogenem silentium sit: ij verè *Quæritur in nodo, soluti quod dicere, scirpum* *. Nam pneumatis, & periodici, planè par ratio est. \dagger *Ennius*. Quamquam nec multum repugnare, si quis malit, ut iusta quidem coli magnitudo est eadem, quæ versus heroici: veruntamen est & quoddam colon $\chi\epsilon\iota\omega\tau\epsilon\gamma\epsilon\varsigma$, sive oblongum: ita licet iusta $\mu\epsilon\omicron\delta\iota\kappa\omega$ magnitudo videatur eadem, quæ geminatæ periodi, esse tamen & quandam periodici $\tau\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$, ac productionem.

Sunt qui $\sigma\pi\upsilon\epsilon\mu\alpha$, & $\tau\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$, pro eodem accipiant. Rectène, an secus, ita sentiant, cum ex ijs, quæ supra diximus, tum ex quarto Hermogenis de inventione libro, discere est, ubi utriusque definitionem adfert.

Idem inibi eo distinguit $\tau\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$, ac $\kappa\alpha\tau\alpha\phi\omicron\sigma\epsilon\alpha$, quòd illa ubique locum habeat; hæc tantum in accusatione; ut differant tanquam genus, & species. $\kappa\alpha\tau\alpha\phi\omicron\sigma\epsilon\alpha$, inquit, $\delta\epsilon\iota\upsilon\ \eta\ \epsilon\upsilon\ \tau\eta\ \kappa\alpha\tau\eta\phi\omicron\sigma\epsilon\alpha\ \tau\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$. $\tau\iota\upsilon\ \delta\ \delta\iota\alpha\lambda\lambda\alpha\tau\eta\varsigma$, $\delta\eta\ \eta\ \tau\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma\ \epsilon\upsilon\ \delta\iota\mu\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\varsigma\ \epsilon\iota\delta\ \delta\upsilon\alpha\iota\alpha$. $\eta\ \kappa\alpha\tau\alpha\phi\omicron\sigma\epsilon\alpha\ \delta\ \epsilon\kappa\ \alpha\upsilon\ \gamma\eta\sigma\iota\omega\tau\omicron\ \epsilon\upsilon\ \delta\iota\mu\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$. Quare fortasse $\tau\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$, & $\kappa\alpha\tau\alpha\phi\omicron\sigma\epsilon\alpha$, non fuerint species $\alpha\upsilon\tau\eta\delta\iota\eta\gamma\mu\epsilon\iota\alpha$ *, \dagger *opp. f. a.*

† lib. 1. cap.
4. §. 3.

ut putarunt, qui scripsere, tantum vocari *τάσι*, si sermo leni quasi agmine fluat, ut fit in historicorum dictione: sin cum vi & impetu feratur, vocari *καταροχή*. Sed cum, ut alibi diximus †, idem & generis & speciei nomen esse possit: dicere licebit, *τάσι* generatim acceptam, vel concitatiorem esse, ac convenire accusatori; vel sedatiorem, & ad defensorem pertinere: illam *καταροχή* dici; hanc generis nomine *τάσι* appellari.

VII. ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ ΕΟΡΥΜ, QVÆ DE PERIODO, ET ALIIS ORATIONIS GENERIBVS, DICTA SΥΝΤ. ΙΤΕΜ, QVΑΝΔΟ ΕΟΡΥΜ QVOQVE VTI CΟΝVΕΝΙΑΤ.

EX hisce omnibus dubium non est, quin, quotquot in studijs hifce non invitâ omnino venantur Delia, abunde affecti sint naturam cum periodi, tum aliorum quoque orationis generum. Verum, etsi hæc ita sunt, nihilominus, quod madidæ quorundam memoriæ succurratur, age, vestigia quoque priora relegamus. Statuimus itaque, duo esse orationis genera. Vnum est, quo commata aut cola sententiam absolvunt. Quare huc pertinet ea, quam Rhetores vocant *πυλὴ ἐν κόλλοις καὶ κήρυμασι λέξι*. Alterum cola commataque vinculo quodam connectit. Atque hoc vel *στρογγύλη*, h. e. rotunditatem ac volubilitatem habet, diciturque *λέξις κατεσκευασμένη*, sive *verfa*: vel volubile non est, sed pendulum, quod alij *εἰρομένη*, alij *εἰρομένη* λέξις appellunt. *Κατεσκευασμένη λέξις*, vel intra *τετραγωνίαν* se continet, ac *πέλοδ* vocatur; vel extra hoc septum vagatur, diciturque *περισπασμένη*. Ad *εἰρομένη* verò λέξις pertinent *ἀνεῦμα καὶ τάσις*, quæ solâ differunt magnitudine.

Superest, ut dicamus, quando unoquoque genere utendum sit; sed generatim: nam speciatim, pro triplici characteris ratione, suo loco eâ de re acturi sumus.

Membratim, ac incifim, dicimus in narrationibus ad dolorem excitandum magis institutis, quàm ad delectationem. Quodd si in ijs periodo utamur, ea relaxanda ac dissolvenda est intervallorum magnitudine, ac numeri neglectu. Utimur quoque commatis ac colis, cum acriter pugnaciterque probamus, aut refellimus, & aliàs in affectibus.

Periodos maximè usurpamus in historijs, quas iccirco Theopompi more tractandas esse, scribit Cicero; itemque in genere Demon-

Demonstrativo, quia id comparatum est ad delectationem auditoris, qui finis est generis *ἀνδεικτικός*. In causis forensibus minus adhibentur, quia, qui in capitis periculo versantur, parum de ornatu ac furo sunt solliciti. Itaque Persius satiricè quendam ridet istiusmodi lenocinia confectantem. Scribit enim †:

Fur es, ait Pedio. Pedius quid? crimina raris

Librat in amictibus. Dactas posuisse figuras

Laudatur: bi. um hoc: bellum hoc? an Romule ceves?

† (sat. 3.)

Non tamen planè id genus respuit periodos. Nam utimur ijs (Quintiliano * teste) in proœmijs magnarum caussarum, ubi sollicitudine, miseratione, aut commendatione res eget. Item in narrationibus, quæ plus habent dignitatis, quàm doloris; cuiusmodi est illa in Verrem de raptu Proserpinæ. Insuper in locis communibus, & amplificationibus; quæ quia iudici minus sunt suspecta, fit, ut is, dicendi dum vim admiratur, nihil requirat, quod reprehendat. Denique in epilogis quoque locum habent.

Neque omnium periodorum par ratio est. Ex *πληκίοις* * plus brevitas. *compōsitis*. *bre-* *vioris* *habent*, quæ clauduntur colo productiori: at quæ breviori finiuntur, quemadmodum sunt usitatiores, ita sunt majoris quoque efficaciz.

Πρόμα, & *τάσις*, adhibemus in exordijs gravium caussarum. Ita incipit Cicero Milonianam, orationem post reditum ad Quirites, librum primum officiorum. Sed & in mediâ oratione ijs utimur, quòd varietate hæc fugiatur satietas, & magis lateat artificium.

Neutiquam verò ijs assentimus, qui *ἀπλῶς* in oratione damnant illud orationis genus, quod Aristotelii *εἰρόμνησις*, seu *pendulum*, dicitur. Nam non modò Dithyrambici, & historici, eo sunt usi; sed apud Oratores etiam in exordijs, ac narrationibus, interdum invenitur. In epistolis verò crebrum est. Aliàs ei præstat *λέξις κατ᾽επιμήνη*, five *versa*: quia hæc, ut Demetrius ait, est *ἑκατέρωθεν*, five *volubilitas*: ita ut hæc duo *λέξις* genera differant, uti apud Geometras linea recta, & orbicularis.

Illud verò notissimum, etiam in sacris literis orationem sæpe non pluribus absolvi periodis; sed demum, cum res ac sententia absoluta finem imponit orationi. Exempli loco esto vel initium epistolæ Pauli ad Romanos, & imprimis ad Ephesios, & Colossenses. Videre in ijs est, quomodo semper alia atque alia eidem annectantur sententiæ, quod Aristoteli *εἰρομήνη* *λέξις* vocari diximus. Certè magnâ ex parte stylus Paulinus est istiusmodi: eaque ratio est, cur

contra-

† non red-
ditur.

confragosus ac obscurus, multaque *ἀμυγδαλωδέτα* † habere videatur.

C A P. IV.

D E N U M E R O.

NUMERVS est conueniens sententia sonus, ex compositione ac dispositione partium nascens, ita dissimulatus ac latens, ut tamen sentiat.

Maximè eum aucupamur in sententiarum clausulis, minimè in initijs, minimè in medio. Neque tantum à Poëtico diuersus esse debet, sed etiam à se ipsò: quia agnitus primò fastidium, deinde contentum parit.

Etsi autem nullus pes est, qui in oratione adhiberi non possit; alij tamen alijs sunt usitatiores, & elegantiores.

Ijsmodi in initio sunt creticus, anapestus, molossus, pæan primus, & dochimus.

In fine commendantur ditrocheus, antiæpæstus, pæon tertius, ionicus à majori, epiæstus quartus.

Media oratio, si concitata esse debet, pluribus utendum est syllabis breuibus: si grauis, spondei utiles erunt: si moderata, adhibebimus pedes, qui ex breuibus longisque temperantur.

I. NUMERVS CÔMMENDATUR, AC D E F I N I T V R.

ANUMERVS noster, ut scribit Cicero in Oratore, aurium nuncio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensuram. Itaque & longiora, & breviora iudicat; & perfecta, ac moderata semper expectat. *Mutila sentit quadam, & quasi decurtata; quibus, tanquam debito fraudetur, offenditur: productiora alia, & quasi immoderatius excuruentia, que magis etiam aspernantur aures. Quare, cum Oratoris officium sit delectare quoque auditorem; omnino, ut iuncturæ, ac periodi, ita numeri etiam ratio nobis perspecta esse debet.*

Est autem Numerus conueniens sententiæ sonus, existens ex compositione & dispositione partium. Compositionem intelligo verborum ex elementis & syllabis, & membrorum ex verbis. Dispositionem voco rationem modumque compositionis. Ita Julius Scaliger

Scaliger cap. i. lib. iv. de re Poët. Cùm autem dicamus, numerum esse sententiæ sonum; hæc obscure innuimus, tantùm nos intelligere numerum, qui in oratione percipitur. Vnde ab aliquibus dicitur modulatio sermonis humani. Alioqui latiùs pateat numeri vox, quam definitio; cùm & in sono fabrorum ferrariorum, quando incudem feriunt, ubi nec sententia, nec syllaba est, numerum agnoscant, quibus non fuerint absurdæ magis aures, quàm erant Midæ. Ed repexit poëtices Sirenophœnix octavo divini operis:

Illi inter sese multà vi brachia tollunt

In numerum, versantque tenaci forcipe massam.

Callimachus quoque hymno in Dianam venustà ἑπιπρωσῆς expressit sonum, quem malleis edebant Cyclopes ἀμβρολαδὶς τετύπρωτες †. ^{† alternè ferienses.}
At si quæras definitionem numeri ἀριθμητότα *: nulla sententiæ, vel sermonis humani, mentio fiat; sed simpliciter dicatur, numerum esse sonum convenientem, ortum ex ordine partium motus. Formam facio, ut ita dicam, sonoritatem. Materiam verò πλωτὶ κινήσεισσι τὰξιν *: quomodo ῥυθμῶν Græci definiunt Grammatici. ^{* reciprocantem. \}
^{* motus ordinatus.}

II. DIVISIO NUMERI, ET QUOMODO ORATORIVS A POETICO DIFFERAT.

NUMERVS alius est Poëticus, qui μέτρον dicitur; alius Oratorius, qui ῥυθμῶς vocatur. Indicat hoc Aristoteles, cùm ait; Διὸ ῥυθμῶν δὲ ἔχει τὸν λόγον, μέτρον δὲ μὴ ποίημα ἴδ' ἔσαι. Quocirca in oratione prorsùs rhythmum esse convenit, non metrum; sic enim foret poema.

Numerum oratorium primus invenit Thrasymachus Chalcedonius; auxit Gorgias Leontinus; perfecit Isocrates.

Variè autem à varijs definitur. Jovita Rapicius, qui doctè & copiosè de numero oratorio scribit, colligit ex Cicerone, eum esse modum quendam orationis è permittis & confusis pedibus, & temporum, quibus constant, aptà ratione nascentem.

Idem, ex Aristotelis sententiâ, putat, eum posse hunc in modù definiri: Numerus oratorius est Rhythmus quidam non exquisitus, neque canorus, qualis est in poëmatibus & canticis; sed ita dissimulatus, & latens, ut tamen sentiatur, & orationē jucundo fine cōcludat.

At Thomas Corràus †, atque item alij, dicunt ex Cicerone, ^{* lib. 4. cap. 95.} numerum esse, quicquid sub aurium mensuram cadit. Sed eos existimo, non de Oratorio tantùm, sed de quovis numero, sermonem facere. Quod certè afferunt pro definitione, id Poëtico etiam convenit,

convenit, cum afferenda sit definitio, quæ differentiam contineat

* Specifica.
† Opposita.

ειδοποιεῖν *, quaque rhythmus distinguatur à specie ἀπαιτησιμότητος †.

Differunt autem numerus Oratorius, & Poëticus, multifariam. Poëticus æqualiter ubique servatur: at Oratorius minus curatur in medio, magis in initio, maximè in fine. Item Poëticus sui similis est; Oratorium sui dissimilem esse convenit: alioqui, sui similitudine agnitus, fastidium ac contemptum parit, fidemque abrogat orationi. Verè Homerus †:

† *Iliad. N.*
‡ *omnium verum est fatietas, etiam somni, & verum Venerarum.*
† *lib. 9. cap. 4.*

Πάντων βέλτερος ἐστὶ, καὶ ὄντι καὶ οὐκ ὄντι †.

Alios quoque pedes confectatur Poëta, alios orator: non quia numerus poëticus sit deterior; sed quia nimis sit manifestus. Itaque rectè sensit Fabius †, ut exemplum differt ab inductione, & entymema à syllogismo; ita rhythmum quoque differre à metro. Est enim quali metrum imperfectum; utpote non aded conspicuum, sed latens; ita tamen, ut suavitatem ejus aures percipiant.

III. METRUM IN PROSA CULPARI: HISTORICIS TAMEN, IMO ET CICERONI, ET ALIIS, SÆPE HEMISTICHIA, ATQUE ADEO TOTOS VERSVS, EXCIDISSE.

† *esse σωδός. ἀρμεύων.*

QVEM AD MODVM autem in poëmatis meritò reprehenditur, si compositio sit similis prosæ, quod vitium Dionysius Halicarnass. † ἀρμεύων vocat: ita & nihil in prorsà oratione vitiosius est, quàm si periodum à versu, vel hemistichio, ordiamur; aut si ea in versum, vel partem ejus, desinat: quod præcipuè de illustrioribus ac notioribus versuum generibus accipiendum est.

‡ *lib. 2.*

Hæc tamen in re liberiores sunt historici. Livius enim, ut Fabius monuit lib. ix, ab hexametri principio historiam suam incipit: *Fæderisne operæpretium*: pro quo scioli quidam in editionibus nonnullis olim excudi jusserant: *Fæderisne sim operæpretium*. Idem Livius lib. xxx: *Legati ab Carthagine, paucis ante diebus*. Sed hæc minùs sentitur versus, quia cæsura deficit. Sallustius quoque in Jugurthinà, ut observavit Diomedes †, à versu exorsus est, hoc pacto: *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus*. Vbi est id heroici generis, quod vulgè corruptè *spondaicum* appellant, cum *spondaicum* dici debeat, vel *spondaizon*. Eodem libro ait Crispus: *Iamque dies consumtus erat*. Est & Cæsaris in primo de bello Gallico: *Paucisque diebus reliquos sese convertere cogunt*. Cornelij Nepotis est in proœmio

oemio vitarum: *Nos in Graviorum virtutibus exponendis.* Tacitus quoque, libro de moribus Germanorum, sylvam quandam ait, *Religione patrum, ac priscâ formidine sacram.* Nisi è veteri poëta versum hunc adductum malis; quod Justo Lipsio videbatur: sed mihi id, ut Tacito insolens, ita parum fit verisimile.

Quin ne putemus, eâ re exemtos esse Oratores; Tullio itidem integri interdum versus in orationibus exciderunt. Cujusmodi est jambicus ille trimeter, libro primo Invektivâ in Catilinam, quem & Capella † observat: *Senatus hoc intelligit, Consul videt.* Et tetrameter hic in vectivâ tertiâ in eundem: *A principibus acerrima ac fur-* † lib. 5. cap. de Educa-
tione.
rissima sententia. Et ille heroicus pro Archia: *In quo me non inficior me-*
diocriter esse Versatum. Imò lib. 111. de Oratore, ubi hoc vitium ex-

agitur, inventum est totum distichum. Ita enim loquitur Crassus:

Ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo

Complexi, plus multo etiam vidisse videntur,

Quàm quantum nostrorum ingeniorum acies

intueri potest. Ex eodem Phalæcium istum adducit idem Capella †: *† ibidem.*

Successit tibi Lucius Metellus. Ac similis versus est iste Catil. 1. *Si re iam, Catilina, comprehendis.* Etiam Fabius lib. 1x. & Diomedes lib. 11. scribunt, Ciceronem orationem in L. Pisonem à trimetro hoc cœpisse: *Proh, Di immortales, quis hic illuxit dies!* Quo loco, ne tertiâ sede statuatur trochæus, vel legendum, *hic quis illuxit dies;* uti

hunc locum adduci video à Mureto †: vel dicendum sit, H non hic nudam esse adspirationem, sed veram censerî consonantem: quod aliquando fieri, Pierius, notis in Virgilium †, monuit; atque idem

Catulli iho * comprobant quidam: *Tum Thetis humanos non desepxit* † comment.
in 1. Cat.
Cic.
† Ecl. 2.
* carmine
deuuptis
Thetidis, &
Peli.
hymeneos: & hoc Maronis †: *Terga fatigans hastâ.* Verùm hisce in locis id cæsura potius causâ factum arbitror: quemadmodum

& in illo poëtæ †: *Ille latus niveum mollis fultus hyacintho.* Vbi itidem veræ ei literæ vim tribuere Marius Corradus *, & H. Stephanus †.

Alijs magis accommodatum illud Ennij videtur: *Hannibal audaci dum pectore debortatur.* Quomodo & Stephanus, tum in fragmentis poëtarum edidit, tum in Gellio suo. Sed ex MSSis Gellij, & Nonij † codd. constat, vel legi debere, *me debortatur,* ut sit

συνζώνης, vel potius *καταζώνης,* de me hortatur. † in praxi-
pomenis
Gramma-
tica Græcâ
† in Cox.

Imprimis verò integros versus, atque adeò hexametros quoque, reperias in Tullij epistolis. Ut primâ earum, quæ ad Lentulum scriptæ: *His ego consilijs si te præsentem habuisssem.* Et lib. 11. epist. vii. 1. ad Cælium Rufum: *Quare da te homini, complectetur mihi crede.* Et ad

Atticum

† proximè
antè libri
primi frag-
menta,
† notis in
Cic. epist.
ad Att.

Atticum epist. xviii. libri ii: *Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore.* Nisi ex veteri aliquo poetâ mutatum malis. Sanè inter ea, quæ Lucillij videantur, reposuit † & hoc, & quædam alia ejus generis, Franciscus Duza: idque de conjecturâ summi viri, Francisci Junij †, foceri mei. Idem Tullij est ad eundem Att. libri xv. epist. iv: *Ita credo: sed mihi totum Ejus consilium ad bellum spectare videtur.* Etiam, cum in ingressu epistolæ secundæ libri vii. scripsisset, *ita belle nobis Flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites:* quia sibi excidisse vidit heroicum *σπονδιανδρ*, subjicit hæc verba, *Hunc σπονδιαζοντα, si cui voles τρωαζοντα, pro tuo vendito.* Nec id de epistolis mirū videri debet; quia in ijs negligentia est pro cultu, ipsaque curæ esse debet incuria.

† cuius ini-
tium, Si
summo
ingenio.
* lib. 4. c.
23. l. 8. c. 21
l. 16. c. 14.
l. 41. c. 22.
Or alibi.
* apud Ma-
riū Victorinū
in primum
Rhetor. Cic.
pag. 82. edi-
tionis Py-
thæane. Sed
perperam in
ea post va-
luit est
ΤΙΛΙΑ
συλη,
cum una
tantum pe-
riodum sit: ut
rectè est in
Alcina.
† lib. ii.
Adversar.
cap. 16.
* ibidem.
† lib. 32.
Advers.
cap. 4.

Sunt & alij Tullij, Livij, aliorumque loci, adducti à Mureto in explicatione primæ Catilinariæ. Ac plurimos quoque è veterum Jurisconsultorum scriptis collegit Scipio Gentilis lib. ii. *Papizy.* cap. ult. Possumus longè etiam plures dare ex Theologis antiquis. Vt Tertulliani hoc lib. iv. adversus Marcionem cap. xi: *Aut si propterea panem corpus sibi finxit.* Et illud Phœbadij lib. contra Arrianos: *Imperfectus enim si cœpit habere, quod antè Non habuit.* Juliani quoque (ejus, qui Pelagianismo infamis fuit) est illud epistolâ †, quæ inter Hieronymianas legitur: *Insatiabilis est, expleri nescit honorum.* Legas & apud B. Bernardum serm. ii. de Resurr. *Indubitata tenens vitæ illius argumenta.* Et apud Othonem Frisingensem lib. iv. cap. xviii: *Qui eius fautor erat, semel mergendo necavit.* Multa hujus generis tam ex antiquis, quam posterioris ævi scriptoribus, annotavit Caspar Barthius in Adversarijs suis †. Sed subinde mirificos nobis versus adfert. Vt è Sallustiano illo *: *Res Romana plurimum imperio valuit, Servio Sulpicio, & M. Marcello coff. omni Gallia cis Rhenum, atque inter mare nostrum, & Oceanum, nisi quæ à paludibus fuit invia, perdomitâ.* Vnde versum elicit †,

Omnis Gallia cis Rhenum, atque inter mare nostrum.

Quasi non Sallustius in auferendi casu, omni Galliâ, scripserit. Etiam * hexametrum conspicit in hoc Livij lib. xxx: *Gallos integra oblivioni opposuerunt.* Phalæcius illi est † apud Plinium lib. v. l. epist. ix. *Commendas mihi Iulium Nasonem.* Cum non diffiteatur, ultimam in *Nasonem* esse porrectam. Et libri xxxxi. cap. xvii. seridè videtur triumphare, quodd, vix quartâ ex parte orationis Vatinianæ, plusquam lxx. versus observârit: atque interim tales adducit, qui planè in metrum peccent. Vt cum dimeter eiest, *Mirere, quod interrogans:* item, *Tuos aut quod os afferes.* Vbi secundâ sede nunc pyrrichius foret,

foret, nunc trochæus. Cujusmodi mallem non excidissent homini adeo diffusæ lectionis. Neque eundem audio, cum hoc Livij lib. xxvi. *Ancipiti pugna medios circumventuram*, tale esse ait *, ut, si in Virgilio exstaret, pro artificiosissimo versu haberetur. Mihi certum est, Maronem nunquam fuisse ita scripturum. Mallem pro Marone Lucretium, vel etiam Ennium, dixisset.

Neque Latinis solum excidère versus, sed & Græcis. Quippe auctor est Cicero in Oratore ad Brutum, reprehensum esse Isocratem ab Hieronymo Peripatetico, ob versus multitudinem in libris ejus repertam. Imò eundem Hieronymum in id ipsum vitium incidisse, ob quod culpabat Isocratem, ex eodem Cicerone cognoscimus. *Sed tamen, inquit, hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, ut à me animadversum est, studiosè inquirente in eum, immittit imprudens ipse senarium.* Id ipsum scribit Theon in progymnasmatibus † contigisse † *cap. 2.* Ephoro Cumano, Isocratis auditori, qui lib. *de lictis*, quo oratori interdicat, ne utatur oratione metrum habente, in ipso principio illius præcepti versus effudit jambicum. Itaque ait Theon, ignosci debere oratoribus, si in eos incidant versus, qui magnam habent afinitatem cum solutâ oratione, cujusmodi imprimis sunt jambici: eoque minuta admodum, atque exilis est observatio isthæc Tullij, quâ, dum sedulo inquit in Hieronymum Peripateticum, senarium unum in eo se invenisse, proditum reliquit.

Etsi autem versus in prorsâ vitare convenit; licitum tamen est Oratori, Poëtarum versus, velut testimonia, vel emblemata, adducere, quò ijs simul auditorem doceat, ac delectet. Ita sesquiversu Attij usus Cicero in Pisoniana, ut Asconius observat. Quot verò, & quibus modis, inserantur orationi, videre est apud Hermogenem lib. II. de form. Orat. & *de lictis de lictis*. Est & libellus Græcus Romæ in bibliothecâ Vaticanâ de metris in prosâ; quem admodum scribit Gesnerus Tom. II. bibliothecæ suæ. Vtrum autem de alienis versibus sit, an ipsius scriptoris, meliùs dicent, qui viderint.

IV. DE TEMPERANDIS SYLLABIS BREVIORIBUS, AC LONGIORIBUS: ET QUI PEDES PRINCIPIO, QUI MEDIO, QUI FINI PRÆCIPUE CONVENIANT.

ADVERSATUR quoque numerosâ orationi continuatio multarum brevium, aut longarum syllabarum; hæc quidem, ut pigra: illa, ut referens sonitum puerilium crepitaculorum; unde &

* *evitare
sonum.*

Dionysio dicitur *σπαδάσειεν τὸν ἦχον* *. Argumento sit illud Severi in poëmatio de leporis morte:

Peris at avipedis animula leporis.

‡ *lib. 5.
cap. de elo-
quione.*

Ita eum versum pravo fultum talo apud Martianum Capellam † (ubi vulgo *peritavit* legitur) puto corrigi debere, ut sit versus octonarius catalecticus, metris constans pyrrichijs; sive, si *σπαδάσειεν* malis, tetrameter proceleusmaticis currens, sed syllabâ recisâ: quemadmodum & ille ejusdem poëmatis: *Animula miserula propteriter obijt:* quem Diomedes adducit lib. III: ubi clarè docet, versum hunc tres habere proceleusmaticos, & tribrachyn.

Atque ut istis nihil celerius, ita nihil tardius illo veteris poetæ (Ennij, ut videtur) apud Diomedem eodem libro: *Romani muria Albam cinxerunt Longam.* Aut hoc apud eundem: *Romani victores Germanis devictis.* Molossicum versum appellat. Ex his fanè perspicuum cuivis esse arbitror, optimos esse pedes, qui è brevibus, longisque syllabis, temperantur.

Non tamen ijdem pedes cuilibet conveniunt loco, aut characteri. Alios enim sublimis stylus, alios mediocris, alios tenuis postulat: quâ de re in doctrinâ characterum ex Græcis Rhetoribus dicturifumus: Hoc tantum loco generatim videamus, qui pedes apud Ciceronem tum in principijs, tum in medio, tum in clausulis sunt usitatores.

Ac in principio quidem etfi omnes reperiuntur pedes, hi tamen frequentiores iunt, & elegantiores cæteris: è dissyllabis spondeus, è trissyllabis creticus, & post illum anapæstus, ac molossus: è tetrasyllabis laudatus Aristoteli pæon primus - uuu: è pentasyllabis optimus dochimus, u--u-, ut *Reipublica*. A spondeo incipit Cicero Milonianam: *Etsi vereor, Indices*. A cretico orditur orationem post reditum ad Quirites: *Quod precatus à Iove Opt. Max.* Ab anapæsto inchoat orationem pro Cluentio: *Animadverti, Indices, omnem accusatoris orationem*. A molosso initium cœpit pro Quinctio: *Quæ res in civitate duæ plurimum possunt*. A pæone primo exorsus Catilinariam secundam: *Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam*. A dochimo sumfit initium pro Valerio Flacco: *Cum in maximis periculis huius urbis, atque imperij*. Par ratio est initiorum in mediæ orationis periodis.

In mediâ autem periodo licet minùs curatur numerus, ac prope modum satis est, si nihil sit hiuicum, vel asperum (quod ex ijs consequemur, quæ de juncturâ diximus) non tamen planè negligitur; quemadmodum currentium pes, etiam si non moratur, tamen vestigi-
gium

gium facit. Maximè autem in eo commendantur, tum pæon primus -vvv, ut *compulerat*; tum secundus, v-vv, ut *triennium*; tum tertius vv v, ut *videatur*; tum quartus vvv- ut *redierant*. Item creticus, bacchius, & dochimus, qui ubique laudatur: unde Rufinus; *Principium, finem, ac medium tibi dochimus ornat*. Quanquam dochimus in pedibus numerandus non est, cum veriùs sit numerus. Imò, si Ciceroni credimus, pes omnis simplex est, eoquæ nec trium syllabarum numerum excedit: si quatuor plurèsvæ syllabæ componantur, non tam pes, quàm pedes, dici debeant. Certè Aristotelem quoque ipsum reprehendere non dubitat Tullius, quòd inter pedes retulerit pæonas, atque aliam quemvis numerus è collocatione quatuor syllabarum genitum. Ciceronem etiam sequitur hæc in parte Grammaticus is, cujus fragmentum Censorino olim tributum, at à Carrione ab eo separatum, & emendatiùs editum est. In eo quippe legere est cap. XIII: *Pedes componuntur ex syllabis minimum bimis, ut plurimum ternis. Incipiunt temporibus bimis, ad sex perveniunt: dissyllabi quatuor, trissyllabi octo: plures, quam duodecim, esse non possunt.*

In clausulis (de quibus majori curâ dicendum est) Ciceroni, ut omnibus Asiaticis, usitatissimus est ditrochæus -v-v, quem crebrò antecedit creticus; ut pro Milone: *Non solum humanâ, sed etiam Deâ sapientissima sententiâ liberatum*. Itemquæ; *Appellerur ita sanè, dummodo ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum*. Elegantior quoque ditrochæus, qui unius est vocis, quàm is, qui duarum, pluriùve. Cicero orat. post reditum ad Quirites: *A parentibus, id quod necesse erat, parvus sum procreatus: à vobis natus sum consularis. Illi mihi fratrem incognitum, qualis futurus esset, dederunt: vos spectatum, & incredibili pietate cognitum, reddidistis*. Vbi pro colis quatuor totidem habes ditrochæos: ac tres quidem unius vocis. Vñtatus etiam admodum antispastus v--v: quem nunc brevis antecedit syllaba, nunc longa. In Milonianâ: *Cum suâ manu sororem interfectam esse fateretur*. Item; *Si id meminertis, quod oblivisci non potestis, insidiatorem jure interfici posse*. Item pæon tertius vv-v, præcedente ut plurimum brevi; ne videatur oratio definere in finem carminis hexametri. Ibidem; *Silent enim leges inter arma, nec se expectari jubent, cum ei, qui exspectare velit, antè injusta pœna luenda sit, quam justa repetenda*. Item; *Negant intueri lucem esse fas ei, qui à se hominem occisum esse fateatur*. Quâ clausulâ tantopere delectatus est Tullius, ut Probus † quoque scripserit, eam Ciceroni peculiarem fuisse structuram. Nonnulli etiam seculi istius, quod Ciceronis tempora exceperit, summum

† Ab. d.
Grammatico
sic. Instit.
cap. 17.

Oratorem deridere aucti sunt, quodd, ut aiunt, tertio quoque sensu, velut sententiæ loco, poneret illud suum, *ESSE VIDEATUR*. Cornelius quidem Tacitus, vel quisquis auctor est dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ, ita de Tullio scribit: *Nolo irridere rotam fortunæ, & jus Verriarum, & illud tertio quoque sensu in omnibus pro sententiâ positum, Esse videatur. Nam & hæc inuitus retuli, & plura omisi.* Vbi de jure Verrino, & rotâ fortunæ, nimis jejune leviterque reprehendi Ciceronem, comprobatur Iustus Lipsius lib. II. Var. Lect. cap. XVII. Sed, quodd Tullium valde ait gavisum illo numero, *esse videatur*, id verissimum est. Sanè amplius octies utitur in Manilianâ. Etiam sic claudit periodum primam longæ & præstantissimæ illius ad Lentulum epistolæ. In Ligariana quoque oratione, periodum eam, cujus initium, *Sed jam hoc &c.* terminat his verbis, *fuisse videatur*. Post præonem tertium proximum obtinent locum, tum ionicus à majore --v: tum epitritus quartus ---v, qui plenus gravitatis: eum verò interdum spondeus antecedit; iæpius jambus, aut trochæus. Pro Milone; *Ad ejus non salutem modo exstringendam, sed etiam gloriari per tales viros infringendam.* Item; *Eam virtuti Milonis potius, quam Pop. Rom. felicitati assignetis.* Item; *Quod is in monumentis majorum suorum sit interfectus.* Item; *Etenim palam dictû abbat, consulatum Miloni eripi non posse, vitam posse.* Porò sub epitrito quarto complectimur quoque dispondeum ---; sub antispasto epitritum primum v---; sub ditrochæo epitritum secundum -v-; sub ionico à majore epitritum tertium --v-; sub præone tertio ionicum à minore vv-. Ejusque ratio est, quodd, ut in versu fit, ita hic quoque ultima censetur communis. Nam Tullius etiam in illo C. Carbonis, *Ab omnibus ei esse pœnas persolutas*, periodum vult dichoreo claudi, cum tamen *persolutas* sit epitritus secundus. Et Terentianus Maurus, eum dixisset, non referre in versu, num ultima sit longa, an brevis; mox subjicit, *Commataque hoc ipsum juris habere volunt.* Cicero sanè id disertim scribit, Aristotelis sententiam oppugnans, qui præona quartam clausulis maximè putabat conducere ob postremam syllabam productam. Quintilianus quidem, quod pro Aristotelis sententiâ facit, intelligere se scribit, quando aurium judicium consulit, multum referre, longane syllaba periodum claudat, an verò brevis pro longâ ponatur: quemadmodum & adversus Ciceronem exemplis probat, rectius spondeo, quam trochæo, periodum terminari. Verum neque id fugit summum Oratorem; sed eò respexit, quodd, si brevis sit naturâ, pro longâ tamen haberi debeat, quia duo tempora

pora habere iudicetur, ob intervallum ac moram consequentem: quemadmodum, hanc ipsam ob causam, longa quasi trium temporum iudicatur. Hinc Fabius ipse: *Neque enim ego ignoro, in fine pro longâ accipi brevem, quod videtur aliquid vacantis temporis ex eo, quod insequitur, accedere.*

Itaque vix assentior Des. Erasmo, qui negat, brevem pro longâ poni posse. Nam dialogo de pronuntiatione, cùm Leo dixisset: *Audivi, veteribus ultimam semper habitam pro ancipiti*: responde: Ursus: *Verum ultimam carminis, non cujuslibet dictionis; & quod venia datur in carmine, fortasse dabitur & in colis, aut periodis; tamen si ne illic quidem, nisi ut pro brevi sonet longam, non contra.*

Esse verò hos pedes cæteris usitatiores, facillè vel ex unâ quapiam Ciceronis oratione cognoscere liceat. Ita videre sit, pro Archia tantummodo ter usurpari choriambum -vv-, septies epitritum quartum ---v, septies item dijambum v-v-. At decies quinquies ionicum à minore sive pæona tertium, duodecies quidem præcedente syllabâ brevî, ter autem antecedente longâ; in his nimirum, *veicietur, præconium patiatur, eyciemus.* Itidem epitritum tertium --v adhibet in clausulâ decies septies; antispastum v-v vicies sexies; dichoreum -v-v quadragies. Aristoteles quoque in clausulis præ cæteris commendat pæona quartum vvv-: ut, *Etenim si tanta illis comitiis religio est.* Sed Cicero hæc in re apertè ab eo dissentit: non tamen planè respuit.

V. DE NUMERI ORATORII VI, ET MODO IN
EO SERVANDO.

AT QUÆ hæc de pedibus, qui numerosam efficiunt orationem. Quanta verò ejus rei vis sit, argumento est, quod refert Tullius, sapius conciones se exclamantes vidisse, cùm verba aptè cecidissent. Ira admirabilis fuit excitatus † populi clamor, cùm C. Carbo, Trib. Pleb. diceret, *Patris dictum sapiens temeritas filij comprobavit.* † Cic. de Orat.
Ac placuit sic Tullio numerus ille, ut lib. I. de Divinat. ubi Cornium narrat, quod mater Phalaridis habuit, ipsa etiam retinuerit verba: *Quod, inquit, matris somnium immanis filij crudelitas comprobavit.* At si vel hæc, vel in illo Carbonis, verba invertantur, perijt venustas & ἀπύρνη †. Sed, ut meliùs id discrimen intelligatur, eum operæpretium facturum puto, qui inconditam alicujus orationem in quadrum redigat, ac numerum: quomodo Lazarum Bassarensem memorizæ † efficaciam
produnt

produnt orationem Philelphi, eruditam illam quidem, præclarif-
que sententijs referatam, sed nullâ juncturæ elegantia, ac numeri
planè expertem, verborum ordine immutato, numeroque addito,
talem effecisse, ut ab alio quouis, quàm Philelpho, scripta videre-
tur.

Neque idcirco existimandum est, tempus totum ab oratore con-
sumendum esse dimensione syllabarum: quandoquidem satis est, si,
cùm primò nos exercemus, huic rei intenti simus: pòst aurium judi-
cium eo studio ita confirmatum erit, ut labore nullo numerosam
scripturi simus orationem.

Adde, quòd neque immodicè nos studiosos esse numerorum con-
venit; quod fecit Gorgias Leontinus. Isocrates verd in his parciòs
multò; imprimis ætate senectâ. Nam quantum ætate procedebat,
tantum relaxabat sese à numerorum necessitate; ut scribit Cicero in
Oratore. Idem testatur Dionysius Halicarnassensis *, hisce verbis :
*οἱ μὲντοι γε ἐπὶ τῶν δὲ τῶν βίῳ γενομένοις λόγοι ἢ πρὶν εἶσι μενεαυαδεις, ὡς ἀν οἴμαι,
πλείαν ἀπιληφτες πῶν φρόνησαν ἐξ ἧ τῶν χεῖν. Verum orationes, quas sub fi-
nem vita scripsit, minùs sunt juveniles; ut quas ipsa etas, quemadmodum
arbitror, prudentiùs informarit. Non tamen id judicio fecit, quòd
tum Cicero, tum Halicarnassensis sensere; sed desperatione præte-
riti ornatus, ob virium imbecillitatem; quod scribit ipse, oratione
ad Philippum Macedonem. Vide Victorium lib. II. cap. XVI. I.
Var. Lect. Quare minorem eo nomine laudem meretur Isocrates,
quàm oratores illi, quos judicio modum huic rei statuisse constat.*

C A P. V.

DE DIGNITATE, A C T R O.
P I S G E N E R A T I M.

DIGNITAS efficit orationem figuratam. Itaque consistit in Tropis,
& Schematibus.

Tropus est, cum vox à propriâ significatione cum virtute deflectitur ad alie-
nam.

Inter tropos familiam ducunt Metaphora, Metonymia, Synecdoche, &
Iropia.

I. VARIÆ TROPI APPELLATIONES, AC DEFINITIO EIVS, ET QUOMODO A SCHEMATE DIFFERAT.

VIDIMVS de periodis, ac numero: in quibus consistit Compositio oratoria. Altera verò exædificationis sive structuræ pars est Dignitas. Hæc, præter vulgarem dicendi modum, orationem insignit verborum ac sententiarum luminibus; quæ Tropos appellant, ac Schemata.

Tropi vocem cum Fabio retinemus. Aquila Romanus *mores* vertit. *Illi*, inquit, *mores, quos Græci ῥόποιος vocant*. Nisi *modos* scripsit; quomodo Cicero nuncupat; uti & *verba modificata* †. Appellat quoque *immutationes*, & *verba mutata*: item *inflexa*. Fabio *arcessita* dicuntur. Aristoteli vocantur *μεταφοραὶ*, ut cap. seq. ostendimus. Hermodeni, quia significationes invertunt, sunt *ἀντιθέσεις πρὸς αὐτῶν*. Id ad verbum sonat *verba inversa*: quod apud Terentium ‡, Appuleium *, alios, legas; sed aliâ mente.

Opponuntur *ijs propria*. Quæ & *recta* dicuntur: nisi quòd hoc latius pateat, ut quòd etiam orationem ἀρρημάτων comprehendat. Nam *recta* oratio, nec à tropis, nec à figuris ornatum quærit. Cicero in Bruto, de commentarijs Cæsaris: *Atque etiam commentarios quosdam scripsit rerum suarum; valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti, & venusti; omni ornatu orationis tanquam veste deprivati &c.* Et manifestius apud M. Senecam Rhetorem in proœmio, quo loco hoc Porcij Latronis dictum refert: *Summam quidem esse demerentiam, detorquere orationem, cui rectam esse liceret.* Dixerat paullo antè: *Non placebat illi orationem inflectere, nec unquam rectâ viâ discedere.* Arnobius quoque lib. v. opponit sermonem allegoricum indubitabili rectoque. Aliàs verò recto sermone notatur simplex, ac verus: quomodo & Martialis * dixit *rectam fidem*. Vel si non verus, at falem bonus, & speciosus: quomodo usus Avianus, fab. xxv i:

*Nam quamvis rectis constet sententia verbis,
Suspectam hanc rabiidus consiliator habet.*

Definitur Tropus à Fabio lib. vii i. *Verbi vel sermonis à propriâ significatione in aliam cum virtute mutatio.*

Differunt tropi, & schemata; quòd illis semper invertatur significatio; schemata autem sive permanente, sive mutatâ significatione (nam tam translatis, quàm proprijs, figuratur oratio) alio habitu induant

† de Oras. lib. 3. & in Partic.

‡ Heant. act. 2. sc. 3. * in Apolog.

* lib. 12. epis. 6.

induant orationem. Atque inde, etiam dilucet, unde tum tropis, tum schematibus, nomen inditum sit: ut quæ *αἰτίαι*, *aversiones*, & *habitus* sonent. Plerique tamen Rhetorum, schematis sive figuræ voce latius utentes, sub eâ tropos complectuntur: uti cum Fabius lib. VIII. cap. II. in verbis conjunctis spectari ait, ut sint emendata, quod elegantior est; collocata, quod compositionis est; & figurata, quod est dignitatis.

II. QVOT SINT PRINCIPES TROPI, ET QVIS ORDO EORVM.

SVNT autem tropi primarij quatuor; *Μεταφορά*, *Μετωνυμία*, *Συνεχοδόχη*, & *Εἰρωνεία*. Quibus hoc commune est, quod in omnibus vox ab unâ significatione mutetur in aliam, propter mutuam rerum affectionem, seu relationem. Verùm hoc distinguuntur ac separantur, quod illa, quæ inter se referuntur, vel disiuncta sunt, ac nullo connexa naturali vinculo; cujusmodi inter alia sunt familia, & contraria: ab illis Metaphoræ ducuntur, ab his Ironiæ: vel conjuncta sunt, sive connexa vinculo naturali, non tamen ita, ut unum sit de alterius essentiâ; atque istiusmodi sunt causa, & effectus, subiectum, & adjunctum; quæ permutat Metonymia: vel interna sunt, atque ita se habent, ut unum sit de alterius essentiâ; ut totum, & pars; quorum unum pro altero substituit Synecdoche.

Hinc colligere est, si ordinem naturæ respiciamus, primum deberi locum Synecdoche, alterum Metonymiæ, tertium Metaphoræ, ultimum Ironiæ. Verùm dispar fuerit ratio, si spectemus nobilitatem, atque usum. Nam è tropis maximè usurpatur Metaphoræ; inde Metonymia; hinc Synecdoche, minimè omnium Ironia: quem iccirco ordinem in eorum tractatione ferè observant Rhetores.

III. CVR PVSIORES SIMVS IN TROPORVM DOCTRINA: ATQVE VTEA, PRO DIVERSO CONSIDERANDI MODO, TVM AD GRAMMATICVM, TVM AD RHETOREM PERTINEAT.

EST autem doctrina de tropis valde vulgaris. Eoque curandam mihi video, ne delicatior aliquis conquiri possit, apponere me Grammaticæ à Rhetorum tam multis toties recoctam. Hoc ne usu veniat

veniat, operam dabo, ut palatum aliquorum excitem promulside è penu *φιλολογίας*: cujus neglectu nunc iterum præcipiti gradu ad barbariem itur. Fortasse non deerunt ex adolescentia, qui illiciantur horum gustu ad rectas eorum cœnas, qui studium hoc serid tractant. Itaque & veniam mihi dari postulo, si alicubi, in congerendis exemplis, penè immodicus videar. Nec movere debet, quòd tropi grammaticæ potiùs considerationis esse videantur. Nam ut grammatici est tradere varia vocum significata, & eorum causas: ita rhetoris est docere, quando proprijs sit utendum; quando hoc, quando item illo, vel alio, atque alio improprij genere uti oporteat, & quatenus oporteat. Neque hoc negare potuit Aquila Romanus; etsi contendat, schematum magis, quàm troporum doctrinam, ad oratorem pertinere. Nam utcumque dicat, *figurandarum sententiarum, & elocutionum, proprium oratoris munus esse*: tropos tamen agnoscit, pro diverso considerandi modo, tum à grammatico, tum à rhetore, jure tractari. Ita enim loquitur: *Illi quoque mores, qui τρῶποι nominantur, ab eadem hac arte, id est grammaticâ, non minus diligenter sunt cogniti, quàm ab oratore: sed quatenus cuique generi materia adhibere eos debeat, orator melius intelligit.* Nunc de tropis singulis ordine videamus.

CAP. VI.

DE METAPHORA.

METAPHORA est, cum vox à propriâ significatione deflectitur ad alienam propter similitudinem.

Sumitur ea vel à simplici similitudine, vel à proportione.

Ac quædam translationes ita sunt affectæ, ut utrinque sint commutabiles; quædam ita, ut unum tantummodo pro altero ponatur.

Transferuntur autem, à meliori quidem ad ornandum; à peiori verò ad vituperandum.

Neque res illa certis cancellis circumscribi possunt, à quibus translationes petuntur; sed, ut nihil in verum naturâ est, quod non alicui sit simile, ita nihil quoque est, à quo non deducere liceat metaphoram.

Optima interim ille sunt, quæ dicuntur à proportione; quæque rebus inanimatis actum quendam, ac sensum tribuunt.

At vitiose sunt istæ, quæ sumuntur à dissimili, vel à longè petito, vel à re turpi: item, quæ nimis rem amplificant, vel minores sunt re significatâ.

I. QUID METAPHORÆ VOCE LAXIUS SYMPTA, QUID
EADEM PRESSIVS ACCEPTA, INTELLIGA-
TUR: ET DE TRIBVS, QUÆ IN OMNI
METAPHORA REQVI-
R-V-N-T-V-R.

SCRIBIT Tullius in Oratore, latius Aristotelem uti metaphoræ nomine, quam vulgò Græci quoque Rhetores solent. *Hanc, inquit, hypallagen Rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quòd nomina transferuntur. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subjungit, & abusivam, quam κατά γενος vocant.* Et paullo post: *Lam cum fluxerunt plures continuæ translationes, alia planè sit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλλοπειρά: nomine rectè, genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat.* Fuisse verò eam Aristotelis sententiam, vel hic indicat locus lib. de arte poetica: *Μεταφορὰ δ' ἔστιν ὀνομαστικὴ ἀλλοτρίῃς ἐπιφορὰς, ἢ ἀπὸ ἕβης ἐπὶ εἶδός, ἢ ἀπὸ εἶδους ἐπὶ ἕβης, ἢ ἀπὸ εἶδους ἐπὶ εἶδός, ἢ καὶ τὸ ἀνάλογον.* *Translatio autem est nominis illatio, vel à genere ad speciem, vel à specie ad genus, vel à specie ad speciem, vel ex analogiâ.* Neque est, quòd homines quidam eruditissimi, at interim literas artelque perversè docti, more suo, ansam hinc sibi datam putent fugillandi summum dicendi magistrum, quasi in troporum doctrinâ parum Lynceus fuerit: quippe qui translationi quatuor subijciat modos, quorum duo priores à Plutarcho †, Fabio *, aliisque, sub Synecdoche collocantur: quique, si Ciceronem audimus, Catachresin quoque, & Allegoriam, & Hypallagen sub eâ comprehendat. Cùm enim Aristotelis ævo necdum tropi singuli proprium fuerint adepti nomen: ridiculè ratio quaeratur, cur aliter loquatur Aristoteles, quam Rhetores illi, qui post minutè cuncta conciderunt. Et hæc de latâ ejusce vocabuli acceptione.

† in vita
Homeri.
* lib. 1. cap.
6.

Hoc verò loco cum junioribus angustius metaphoræ nomen usurpamus pro eâ metaphoræ seu tropi specie, quâ, ut primo de Oratore Tullius scribit, nulla est florentior, nec quæ plus luminis adferat orationi: quæque, teste Fabio, tum frequentissima sit, tum pulcherrima; ut meritò sola eo nomine multis retro seculis intelligi soleat.

Est igitur metaphora hoc loco, tropus voces à propriâ significatione ob similitudinem ad alienam deflectens. Sic quia angeli sunt

ἀγγελία

κατηρμασιν α, ut eos vocat Apostolus b : εἰ τὸ δὲ αὐτὸ κήρυκες c, a ministris
 atque, ut cum Epiphanio d loquar, οἱ τ' ἀληθείας κατακλήτη e, ob simi-
 litudinem officij, in Apocalypsi aliquoties f angeli Ecclesiarum ap-
 pellantur. Et Πελασπονιασ πλάσι μίσην g vocarunt εμφοαδν h, teste Pau-
 lania i : eodemque modo Ennensium nemus k umbilicus Siciliæ voca-
 batur : ac Delphi l dicebantur orbis umbilicus : & Ætolos unum bili-
 curi Græciæ vocat Livius m : & in agro Reatino Cutiliæ lacum, in
 quo fluctuat insula, Italiæ umbilicum esse, dixit Varro n : nempe
 quia Ennense quidem nemus in Siciliæ medittullio esse credebatur :
 ac itidem lapis candidus in templo Delphico putaretur esse me-
 dium mundi : Ætoli autem in medio Græciæ, Reatinus ager in me-
 dio Italiæ foret : haut aliter atque in homine (quem, ne hic frustra
 sis, brachijs sursum porrectis dimetiri convenit) medius est locus
 umbilicus : quod dum inficias it, nimis se dat ridiculè doctissimus
 Varro o.

In omni igitur metaphorâ tria requiruntur, significatio propria,
 aliena, & similitudo aut proportio. Quod isto etiam exemplo dilu-
 cet. Καρκίνωμα, sive cancer, propriè est morbi genus, καρκίνω sive cancri
 animalis intar serpens ; unde & nomen. Item vomica sunt excre-
 scentes in aliquâ corporis parte, Quos dira vomit natura tumores †. At
 figuratè Augustus Cæsar * Agrippam nepotem, & Julias, filiam,
 ac neptem, vomicas ac carcinomata sua appellabat. Similitudo est,
 quia, ut carcinoma, ac vomica, dolorem corpori adfert maximum :
 ita Augusti animus ex hisce tribus summum caperet dolorem.

II. METAPHORAM VEL A SIMPLICI SIMILITV-
 DINE DESUMI, VEL A PROPORTIONE: ET
 VARIA VTRIVSQUE GENERIS
 E X E M P L A.

METAPHORAM variè varij dispecunt. Aristoteli, quantum
 Mex eo odorari licet, duùm est generum. Nam cum è qua-
 tuor, quos recenset, modis, ut supra vidimus, duo priores perti-
 neant ad Synecdochen, quartus verò sit ob proportionem : tertij
 modi, quo species pro specie ponitur, illæ Metaphoræ fuerint, in
 quibus similitudo est, non proportio.

Similitudinem verò, & proportionem, inter se plurimum dif-
 ferre

1 3

item Pindari scholiastes: è Latinis Cicero lib. 4. Verr. Act. & auctor ob sceni carminis. m lib. 35. n apud
 Plin. lib. 3. cap. 12. o Solin. cap. 7. o lib. 6. de L. L. † Sereus. * Sueton. August.

tes spiritus.
 b ad Hebr.
 c. 1. v. 14.
 c divini
 verbi pra-
 cones.
 d in Ancy-
 rato.
 e qui veri-
 tatem can-
 quâ in thea-
 trorum peg-
 matis ob
 ociosos ponit
 auditoribus.
 f cap. 2.
 vers. 20. &
 cap. 2. & 3.
 sapius.
 g medium
 universæ Pe-
 loponnesi.
 h umbilicū.
 i in Corin-
 thiach.
 k Callima-
 chus hymno
 in Cereem,
 Diodorus
 Siculus lib.
 5. Cicero
 Verrina 6.
 l Sophocles
 in Oedipo
 tyranno Eu-
 rip. in Med.
 & alibi;
 Diodorus
 Siculus ini-
 tiolibri.
 quintij
 Strabo l. 9.
 Plutar. lib.
 de oraculo-
 dese etc.
 Pausanias
 in Phocias.

ferre, indicat quoque Ammonius, cum in protheoriam categoriarum scribit, *ἢ ὁμοιότητων ἀπὸ διαφορίας, τὰ μὲν καὶ ὁμοιότητα λέγουσι, τὰ δὲ ἀναλογίαν**. Differunt autem hæc, quod similitudo fit inter duos E. G. inter Socratem vivum, & pictum: eaque res facit, ut & picturæ tribuatur nomen Socratis. At in proportione bina binis respondent. Ita Aristoteles in secundo de animâ, radicem esse ait ori analogam; quia, ut os se habet ad animal, ita radix ad plantam. Est quidem & hic similitudo, sed geminata. Nam & planta confertur cum animali, & radix cum ore; quia radice quidem plantæ, at animalia ore capiunt nutrimentum. Sed remeliginem nobis hæc in parte inijcit Fabius lib. quinto cap. undecimo: *Analogiam*, inquit, *quidam à simili separaverunt: nos eam subjectam huic generi putamus. Nam ut unum ad decem, sic decem ad centum, simile certe est &c.* Verùm, quantum videre possum, observationem hanc nihil admodum tuetur præter scribentis auctoritatem. Nam rectè quidem asserit, analogiam similitudini subijci, quia latè utitur similitudinis voce, ut tum simplicem, tum geminatam comprehendat: at non iccirco malè alij eam separarunt à similitudine, quia oppositè hanc vocem usurpant, ut solam simplicem signet. Nihil enim prohibet, idem esse generis & speciei nomen, quemadmodum ostendimus lib. I. cap. IV.

Atque, ut plenius nobis constet, quantum duo hæc distent translationum genera, quæ & confudisse videri queunt primæ cavæ Rhetores; age aliquammultis utrumque illustremus exemplis.

Certè ob *ὁμοιότητα**, non ob *ἀναλογίαν* †, vox bovis translata est ad elephantum. Auctor nobis ac fundas hujusce rei est Verginius; è cujus commentario Varro lib. VI. de L. L. scribit: *ab eo, quod nostris, cum maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem; & in Lucaneis, Pyrrhi bello, primum vidissent apud hosteis elephantos, identidem quadrupedes cornutas; (nam, quos dentes multi dicunt, sunt cornua) lucam bovem appellasse.* Hic quidem locus, apertè satis istorum acumen retundit, qui in omni metaphorâ requirunt analogiam, contra Verginij mentem; qui elephantum ait non aliam ob causam vocatum esse *bovem Lucam*, quàm quia præsci illi Romuli nepotes opinarentur, bovem proximè accedere ad elephantum magnitudinem: cujus ratione similitudo inter hæc duo est, non quidem propriè, quandoquidem *υπείως* ‡, ut philosophus ait, *ὁμοία ἢ ἀνόμοια ἢ μόνος τὰς ποιήσας λέγει* §: sed *καταχρηστικῶς* †: proportio verò, prout hoc loco ea vox sumitur, inter ea non est. Ac ne simplici tibicine videamur hanc fulcire sententiam, addo, similem esse rationem in aliorum animalium nominibus,

* *ἀντιστοιχίας ἀπὸ διαφορίας, ἢ ὁμοιότητων ἀπὸ διαφορίας, τὰ μὲν καὶ ὁμοιότητα λέγουσι, τὰ δὲ ἀναλογίαν.*

* *similitudinem.*
† *proportionem.*

‡ *propriè.*
§ *similia, aut dissimilia, secundum solas qualitates dicuntur.*
† *abusivè.*

mimibus,

minibus, quæ itidem commutarunt. Nam struthiocamelum, teste Paullo, qui infrunitè nobis Festum mutilavit, dixere *passerem*; sed cum discrimine *marinum* *; quia trans mare, puta ex Arabia, vel Lybia, advehebatur. Locuti hoc pacto Plautus Persâ †, & Aufonius epist. xi. Haut alio, quàm mansuetis moribus, ovem ref. it camelopardalis: nomen tamen *ovis fera* invenit, ut apud Plinium Veronensem † quoque in veteri Parmensi * editum est: ac meritò, cum haut aliarum ovium instar à pastoribus custodiatur, *fera* est dicta; non *ferox*, cuiusmodi si sit, fera quidem sit, at ovis non sit. Cave autem Perotto credas, qui cum *ferè* nudà legitisset vocali, ἀπλωὸς ovem vocatam censuit. In annalibus quoque, quod Plinium † fugit, per *arsum Numidicum* debere leonem intelligi, sagaciter nobis odoratus est doctissimus Belgarum, Justus Lipsius, lib. Elect. i. cap. iv: quamquam, quòd idem inibi pari ratione opinatur, *variam*, h. e. pantheram, dici murem Africanum, id mihi nec verisimile videtur, ne dum verum. Nam, ut de Herodoto, & Aristotele, nihil dicam, quæ murium Africanorum meminere; apud Plinium quoque, lib. xxx. cap. vii, eodem modo dici *mures Africanos*, quo alibi nominat *mures Egyptianos*, nemo puto inficias eat, qui locum inspexerit. Quare, cur ita senserit vir summus, vellem nos docuisset. Metuo, ne ei impostuero, quòd Latini * ἀπλωὸς interdum *Africanas* pro varijs dicant; quia nempe ex Africâ translatae fuerint in Italiam. Vnum præterea istiusmodi metaphoræ exemplum addam, sed à mutis ad hominem translatum. Nihil certè aliud, quàm simplex similitudo, facit, ut *ὄς*, sive *porcus*, dicatur de homine corpulentiore habitioreque: ut cum Dionysius, Heracleæ Ponticæ tyrannus, quia habitissimus erat, apud Menandrum † ab Heracleotis exulibus audit *παχὺς* †: cumque Catullus scripsit:

Aut porcus Umber, aut obesus Etruscus.

At longè alia eorum ratio est, quæ à proportione ducuntur. Ejusce rei unum idemque exemplum adfert Aristoteles in tertio Rhetor, & lib. de Poët. Id verò est, si ἀσπίδα vocemus φιάλην Ἀρσῆος, & φιάλην ἀσπίδα Διοπόου *. Nam, ut inibi ait, ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διοπόου, & ἀσπίς πρὸς Ἀρσῆος †. Quamquam P. Victorius metaphoram hanc improbare videtur; ut qui de eâ hunc in modum commentatus sit: *Qui clypeum poculum appellabit, contraque poculum clypeum, hic genere hoc translationis usus fuerit: quamvis fortasse hoc nemo acutus vir diceret, quia nimis durum esset; sed in aliâ res procedit.* Mihi verò verisimile sit, ita aliquem ex antiquis fuisse locutum. Videri possit Aristoteles

* vide fs
Turnebum
Advers. lib.
16. cap. 22.
Scaligerum
Aufon. lect.
lib. 2. cap.
7. & in Ci-
rin. Lipsium
Elect. lib. 2.
cap. 4. &
nos in Ori-
ginū lib. 6.
vise pas-
ser.
† act. 2. sa-
satū hac.
‡ lib. 8.
cap. 18.
* anni
1476.
‡ lib. 8. cap.
36.
* Sueton. in
Caligul. c.
18. Plin. l.
8. cap. 17.
† Athen.
lib. 12.
‡ porcus
pignus.

* Sueton.
phiālam
Martia, &
phiāla Curi
Ba. cli.
‡ similitu-
se habet
phiāla ad
Bacchum,
atque Curi
ad Martiam.

* *phialam*
armm. Marti-
vis.
† *scutum*
poculum:
Martis.
‡ *poculum*
scuti Bac-
chi.

Stoteles eò respexisse, quòd Timotheus, & Antiphanes in Cæneo, φιάλω τὸ ὄπλον Ἀγέως * dixerint: ut est apud Athenæum in decimo: ubi etiam sic appellari posse censet poculum, quicum militiam obibat Nestor. Sed magis hujus fuerit loci, si τὸ ὄπλον φιάλω Ἀγέως † vocarint. Nam φιάλη τὸ ὄπλον Διονύσου *. Quicquid est, Comicus, quales Timotheus, & Antiphanes fuere, satis conuenit, spumantem patram dicere Bacchi arma: etsi aliter Victorio videatur. Verumtamen, quia nihil tam perspicuum est, quod non aliquis in controversiam rapiat: age alterum, sed per vulgatum, quodque nemo, ut durum nimis, respuere ausit, priori addamus exemplum. Certè auriga eo modo se habet ad currum, quo gubernator ad navim. Itaque & gubernator ponitur pro aurigà: ut, *Cumque gubernator magnà contorsit equum* * vi †: & auriga vicissim accipitur pro gubernatore: ut, *Tiphyn aurigam celeris fecere carinæ* ‡: & apud Nalonem *, *Aurigam video vela dedisse rati*. Quin ob hanc ἀναλογίαν Græci quoque pro navi dixerunt ἀρμὰ. & ὄρϑ, Latini *currum, vehiculum, planstrum*: quemadmodum in Curis secundis ad Nonni paraphrasin ostendit præceptor meus, Franciscus Nansius, Franconatium priùs in Flandrià decurio perpetuus; post, turbatis Belgicæ rebus, in gymnasio Dordrechtano Græcæ linguæ Professor.

x nonnulli
eodd. veti.
equos.
† *Citans*
Fabius,
Charissus,
& Diomed.
‡ *Citavidem*
Charif. lib.
4. & Dio-
med. lib. 2.
* 1. *Trist.*
Eleg. 3.

III. METAPHORAM VEL RECIPROCAM ESSE, VEL VNIVS PARTIS.

EST & altera metaphoræ divisio, quia alia est ἀκλόωδϑ, ac utrimque commutabilis, alia ἀνακλόωδϑ, sive unius partis.

Ἀκλόωδον carnere fuit in utroque exēplo translationis à proportione ductæ. Per esse ratio videtur in nominibus *campi, & equorum*. Nam cum Siculis, auctore Hesychio, hippodromus diceretur καμπὸς (nempe ἐπεὶ τὸ καμπῶς. i. flexu, qualis fiebat in circis post metam fervidis evitatam rotis, ut loquitur poeta †) Latini quidem, ubicunque esset foli planicies flectendis aquis idonea, id σμικροδοχῆ generis *campum* * Virgil. 3. appellarunt. At in mari planicies ejus, cum non turbat, sed placidum stat ventis, ab æquitate dixerunt *maris equor* *, vel simpliciter *æquor*: quemadmodum & *aqua*, juxta Varronis, Julij Scaligeri, ac aliorum etiam sententiam † (ille *æquor* ab æquore, hic * *æquor* ab aqua, nos cum Caninio, & *æquam* † & *æquor*, ab Dorico αἰκὸς, hoc est *æquus*, sive *levis* deducimus) quemadmodum, inquam, *aqua* propriè est, cum æqua: unda verò in tempestatibus: unde Plautus †: *Tam placida est,*

† *Horat.*
ol. 1. lib. 1.
* *Virgil. 3.*
Georg.
† *lib. 4. de*
L. L.
* *lib. 2. de*
L. L. cap.
26. & 28.
† *Mosstell.*
act. 3. sc. 2.

quæ

quàm aqua. Videmus autem, poëtas significationes hæcæ principes, ac nativas, in *campi*, & *agroris*, nominibus commutasse. Nam & de æquore ait poëta *Æn.*

-- *Campos salis are v. rebant:*

& vicissim de campis sive agris idem inquit *Æ. Georg.*

At prius ignotum ferro quàm scindimus aquor.

Quemadmodum de terrâ quoque conjunctim interdum dicitur *aquora campi*. Lucret. lib. *III*: *Volvitur, & plani raptim petiit aquora campi*. Cicero lib. *I*. de *Divin. Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes*. Et apud Sidonium lib. *IV*. epist. *XXI*. eopse modo legere est: *Taceo illud aquor agrorum.*

Similis est ratio in eo, quod & *flores* pro *stellis*, & *stella sideraque* pro *floribus* ponuntur: quia nempe, quod in cælo sunt stellæ, id in terra sunt flores. Flores quidem pro *stellis* dixit Manilius lib. *V*:

*Tunc conserta licet cæli fulgentia templa
Cernere seminibus densis, totisque micare
Floribus, ut sicca curvum per litus avenæ.*

Ac simili tralatione Plato cælum vocat *λειμώνια* †, ut etiam Clemens † *pratum*. Alexandrinus observat in *ν. Στραυματίων*. Atque ejus exemplo Georgius Pisides † nuncupat *λειμώνια πολλῶν ἀστέρων* *. Contra *stellas* pro *floribus* dixit Columella:

*Verùm ubi jam puro discrimine pectita tellus
Deposito squallore nitens sua femina poscit,
Pingit & in varios terrestria sidera flores.*

† in Hexametro.
* *pratum multarum stellarum.*

Silius lib. undecimo:

-- *Monstrant Capitolia celsa,*

Stellantesque docent campos, Cerevemque benignam.

Cui simile, quod Pindarus † *floribus* tribuit *παραπρόθεος ἀκτίνας* †. Vbi scholiastem vide.

Idem commutantur nomina *alti*, & *profundi*: unde *cælum* *profundum* dicitur, & *altum* pro *navi* usurpatur. Reciprocus etiam est usus *canis*, & *custodis*. Nam Æschylus Agamemnone eos, qui rerum custodias agunt, vocat *κύνες*, sive *canes*. Ac similiter Seneca lib. *III*. de *Ira*, janitorem prius *ostiarium*, mox *canem* appellat *catenarium*: quia nempe olim cum *canes*, tum *custodes* etiam, sive *janitores*, in *catenis* erant. Vicissim Virgilius * de *Cerbero* dixit, *custode sepulto*. quomodo & auctor obsecni carminis loquitur, & Columella lib. *VII*. cap. *XII*.

† *od. 6.*
† *radios omnino purpureos.*

* *6. 226.*

Sed de metaphorâ utrimque commutabili satis multa. Accedamus

mus ad ἀνάλουδον, quam paucis perstringere visum. Passim enim se ejus exempla offerunt.

Est verò hujuscemodi tralatio, quòd Homerus inferiorem montis Idæ partem, voce ab animalibus ductâ, vocat πίδα, sive pedem. Nam non vicissim pedem animalis liceat vocare ὑπόδημα, quæ vox significat radices montis, ut Cæsar † vocat. Nec cæli nomen accommodetur æquori; licet æquoris vox transferatur ad cælum, Attius in Atreo †:

† lib. 1. de bello Gall. † apud Non. in Sonere pro Sonare.

Sed quid tonitru turbida torvo
Concussa repente æquora cæli
Sensimus sonere?

Hujus dispariuitatis manifesta est ratio. Nam quòd æquor ab æquitate diceretur: alijs etiam, ubi in planitie nihil emereret, vox ea accommodari potuit. Nisi quis dicere malit, primò nomen æquoris generale fuisse, ita ut omnibus, quæ planitiem haberent æquabilem, conveniret: postea verò nec Ἐχλὺν fuisse mari attributum.

IV. TERTIA METAPHORÆ DIVISIO, IN EAM, QUÆ A MELIORI, ET ILLAM, QUÆ PEDITUR A DETERIORI.

SVMITVR metaphora vel à meliori ad ornandum, vel à peiori Sad vituperandum. Prioris generis exemplum facit Aristoteles †, si dicas, † πωχύνοντα ἔυχεδν †: posterioris, cùm dicitur, † ἐυχόμενον πωχύνει *. Nam utrumque est αἰτιν, sive petere: sed πωχύνει mendicabula; ἔυχεδν verò honestum est, ut quod, si Eustathium * audimus, dicatur quasi εὐχέδου τῶ δού. Certè, ut è sexto Platonis de legibus cognoscere est, utimur eo, cùm aliquid à Deo petimus; eoq̃ue & templa, quæ Judæi inter gentes habebant, meritò appellarunt προσευχας. Vnde Juvenal. sat. III: In quâ te quero προσευχά. Vbi vetus interpres: Προσευχα locus Iudeorum, ubi orant. Nec de illâ mendicandinatione Latinorum deficit auctoritas. Nam Plauti * est: Quia a. 4. sc. senectâ etate à me mendicas malum. Et Prudentij a. 2. † Dum spurca † hymno 2. mendicâ supra.

† 3. Rhetor. † mendicantem precari. * precantē mendicare. † in Iliad. H. p. 574. edit. Rom. * Amphit. a. 4. sc. senectâ etate à me mendicas malum. 2. † hymno 2.

Geminum huic exemplum ex eodem Aristotele adtexam. In sacris Idææ matris honestius erat eorum munus, qui, quòd lampades gestarent, δαδύχοι vocabantur. At illaudatius erat illorum, qui ed quòd pro magnâ matre æruscarent, υπερχύοι audiebant. Prioris itaq̃ue generis translatio fuerit, si metragyrta daduchi, h. e. tædiferi

diferi nomine digneris. At posterioris exemplum est, quòd Iphicrates Calliam, qui daduchus * erat, vocabat *μυραγυγύριον* †, h. e. * Xenophos
aruscatores, sive *asculatores* magnæ matris. Ita enim ex Festo, & ve-
 lib. 6. de re-
 bus Græco-
 rum.
 qui stipem cogebant, è famulorum erant numero, ut scimus è se-
 † Avip. 3.
 cundo Ciceronis de Legg. cùm tamen plura esse potuerint mini-
 Rhet.
 strorum genera, quorum aliqua non cogerent stipem, minùs satis-
 facit Majoragus, cùm vertit *famulos Ideæ matris*. Ed autem *μυρα-
 γυγύριον* appellatio erat illaudatior, quia non multùm differre vide-
 rentur ab alijs mendicabilis: fortasse etiam deteriores forent;
 quandoquidem religionis prætextu fucum facerent simplicioribus.
 Nam & superstitione animos implebant, & exhauriebant ædes:
 unde lege apud Romanos cautum fuit, ut tantummodo *justis die-
 bus cogerent stipem*; quemadmodum ex Tullio † cognoscimus.

† lib. 2. de
 Legg.

V. NIHIL ESSE, A QVO NON METAPHORA DVCI
 POSSIT. QVOD PENE OMNIS GENERIS EKEM-
 PLIS COMPROBATVR.

METAPHORÆ sumuntur à quibuslibet rebus. Ac primò à di-
 vinis. Ut apud Ciceronem *: *Deus ille noster Plato*. Et illo
 Cæcilij Comici apud Symmachum †:

Homo homini Deus est, si suum officium sciat.

Item apud Martialem † est magnificum isthoc Romæ elogium:

*Terrarum Dea gentiumque Roma,
 Cui par est nihil, & nihil secundum.*

Nisi malis, Deæ vocem hic propriè accipi, quia fit, ut apud Poë-
 tam * est,

Inter sidereos Roma recepta polos.

Deæ quidem Romæ, ac templi ejus, meminere Livius lib. XLIII.
 Tacitus lib. IV. Annal. Claudianus lib. II. de laudibus Marcellonis,
 Prudentius lib. I. adversus Symmachum, Ammianus Stiliclinus
 lib. XVI. Spartianus in Hadriano, & antiqui cùm nummi, tum lapi-
 des. A divinis quoque est. cùm Ennius †, Græcos secutus, quibus
 † in phage-
 storū frag-
 mento, apud
 Appuleium
 Apol. 1.
 * Iovis lac.
 † lib. 14. c. 22.
 † Iovis lac.

* epist. 16.
 lib. 4. ad
 ad Att.
 † lib. 9. ep.
 108.
 † lib. II.
 epig. 8.

* Cl. Rustil.
 lib. 1. time-
 rarij.

hic sit vel metaphora, vel paroemia. Magis huius loci est, quoddam *ἀστερον* (ita ostrei genus vocabatur) ab Æolibus dictum, & Ἀσπερί-
 † *auris Ve-* nus †, ut ex Antigono Carytio docet Athenæus. Ambigi autem possit,
 neris.
 num translationibus ijs, quæ sumuntur à rebus divinis, an poeti-
 cibus potius figuratis, accenseri debeat, quoddam in Matronis parodiâ, soleæ,
 planique omnes pisces, dicuntur *ἀσπιδάρα ἀδάσπετον, σάνδαλια immorta-*
lium; Nereidum pura, aliarumque Nympharum marinarum. Non
 tamen verisimile fatis figmentum erit, nymphas pro soleis uti planis
 piscibus: eoque est credibilis, poetam sic pisces eos vocasse, quia
 soleas nympharum referrent. Itidem ad translationem referre non
 dubitem, quoddam Eubulus †, & Alexis *, scintillas è ligno ardenti pro-
 † *apud A-* siliantes, vel, ut Casaubonus mavult, coqui discipulos, vocabant
 sheneum lib.
 3. c. 6.
 † *apud ene-* H *ἠσπιδὸν νύκτας* †.

I. ducuntur metaphora à celestibus, quomodo Periclem
 Olympium * cognominarunt *ὄρο ἢ ἐὸν τοῦ κατὰ πρῶτον μεγαλειότητι* †,
 † *Vulcani* ut in progymnasmatibus scribit Theon: vel potius, quod Plutarchus †
 caves. cenfer, ob eloquentiam; quomodo & Ciceroni *caelestissimum os* tri-
 * *Plin. lib.* buit Paternulus.
 34. cap. 8.
 † *in alijs.*

II. ab elementis: ut apud Plautum Pseudolo *, *consilij gutta*:
 † *ob ma-* apud Maronem in II. Georg. *unda salutantur*, pro copia. Quæ ab
 gnitudine
 reru præla-
 ve gestari.
 † *in Pericle.* aqua sunt. Lucretij est lib. II:

Quæ placidum degunt ævum, vitamque serenam.

Quod ab aëre petatum. Senecæ est lib. VI. de beneficijs cap. IX:
 † *accusare.* *Video istic crystallina, quorum accendit fragilitas pretium.* Cui geminum
 4. apud Quintilianum declamat. XII, *annonæ incendium*: & apud Var-
 ronem lib. III. de R. R. cap. III. *incendere, vel excandescere annonam*:
 quæ loquendi ratio sumitur ab igne, quo nihil vehementius, ut ni-
 hil annonæ caritate gravius. Non jam distinguo *ἀκελῶς* † inter
 ignem elementarem, & nostrum, qui excessus est caloris in elemen-
 to alieno.

Interdum verò etiam ab elemento uno ad aliud ducitur transla-
 tio. Ita scimus, Græcos poetæ Ætnæum incendium vocare *πυρῶς*
 † *fluviu* *πυρῶς* †. Ac Maro similiter I. Georg.
 † *ignis.*

--- Vndantem ruptis fornacibus Ætnam.

Et Cornelius Severus in Ætna: *Ignibus irriguis urat.*

IV. à meteoris, eorumque effectibus: ut cum Græci *νέφος*, & ὄμι-
 † *Phoci-* *βες*, Latini *nubem, imbrem, nimbium*, ac *grandinem* etiam pro copia
cu. usurpant: cum item illi *νέφος* *ἐμπύον*, *hi nubeculam frontis* dicunt: aut
 * *soliman.* cum illi Ptolemæum, Philadelphi fratrem, Pausania † teste, *νεφαστόν* *
 vocarunt

vocatunt propter audaciam, cui simile, quod Maro Scipiadas appellat † *belli fulmina*: cum item dicimus *attonitum* pro percusso, quæ vox propriè signat ἰμπεριβία, & vicini fulminis casu, ac fonitu tonitruum, stupentem.

V. à perfectè mixtis inanimis: uti sunt metalla, & lapides, quæ malè à Cardano † in numero animatorum reponi, rectè ostendit Jul. Scaliger exercitatione c. 1. & c. 11. Ducitur autem ab his metaphora, cum *adamantinus* accipitur pro duro instar adamantis: quomodo eam vocem exponunt Hesiodi, & Apollonij interpres, itemque *Tzetzes* comment. in Lycophr. Eà certe ratione Marti quoque *tunicam adamantinam* tribuit Horat. lib. 1. od. v. 1. Par ratio, cum ἄσθ, aut lapis, ponitur pro stupido: ut in illo Aristophanis in Nubibus: ἄσθ, ἀσθμῶν, ἀσθματῶν †: item apud Plautum *:

--- Egomet credidi

Homini docto rem mandare: is lapidi mando maximo.

Et Terentium †:

Quot res dedere, uti possem persentiscere,

Ni essem lapis.

Neque abhorret ab hac metaphora Græcorum ἄσθ. Nam, ut docent Etymologus, & Aristophanis interpres †, venit à ἄσθ per ἐπείθεον ὄν η, quomodo & à βαιοῖ † venit ἄσθ, & à δειῖ ἰδῖ ἰ; ut quoque scribit Apollonij Scholiastes †. Sed & ἄσθ dicunt, quos obstupescit, atque attonitos reddit admiratio rei: unde ortum est commentum de capite Gorgûs.

VI. à plantis: quomodo Cicero in Miloniana ait, *Delegit à florentissimis ordinibus ipsa lumina*. Vbi, elegantissimo loquendi genere, *lumina florentissimorum ordinum* dixisse mihi videtur, quomodo Homerus inquit, ἄσθ πύρος *, ac Lucretius †, *florentia lumina flammis*. Quomodo item Homerus ζῶπυρος, five πύραλλον; (hoc est ignem cineribus obrutum, *igniculos* nominat Cicero) ἀπύρα πύρος * vocat: quod imitans Maro † *semina flammæ* dixit. Excerpta etiam ἀσθ, ac flores dixere. Ut Tullius ad Atticum †: *Nostrium opus tibi probari letor: ex quo ἀσθ ipsa posuisti, quæ mihi florentiora sunt visa tuo iudicio*. Hinc Appuleius operi suo Floridorum nomen dedit. Ut quo complexus esset excerpta quædam ex schedis suis, eo fine redacta in libellos quatuor, ut inde venustula quædam deponeret, si fortè cogeretur dicere imparatior. Atque hæc etiam caussa est, cur pluribus locis vix cohereant. A plantis etiam est, quod Græci dicunt ἀσθ δάκτυλον, & ἀσθρακίον πύρος, Latini *funera acerba*, aut *immatura*. Nam,

† lapides, numerus, oves.

* Mercator. Scen. summe ego homo.

† Haustus.

† in equis.

† Hezylus epigr. apud Athen. l. 8.

† Ad finem secundæ

Approvati.

* florem ignis, ut loquitur & Capella lib. 2. † lib. 4.

* Odysseus E.

† in libro 5.

† lib. 16.

epist. 11.

† lib. 11.
Orig.
cap. 2.

ut in primo prognosticon ait Julianus, Archiepiscopus Toletanus, (ex quo idem postea descripsit Isidorus †) *tria sunt genera mortis; acerba, immatura, naturalis: acerba infantum, immatura iuuenum, naturalis senum.* Quod tamen discrimen non semper observatur: quia Latinis *acerba* eorum omnium funera dicuntur, qui ante diem de-

* aet. 1. sc.
1.

Qui multa Theba. o populo acerba objecit funera.

VII. ab animali communiter: ut cum Cicero Tuscul. v. caput cœnæ dicit pro primo ferculo cœnæ propriè ita dictæ, quam antecessit debat promulsis five antecessum: consequentibus vero *regiurata*, seu bellaria, quæ & mensas secundas dicimus. Item cum ocellos vocabant, quæ laudabant. Catullus:

*Peninsularum Sirmio, insularumque
Ocelle.*

Eodemque modo loquitur Cicero epist. vi. lib. xvi: item Pindarus, ut observavit Victorius in Varijs suis †. Hujus quoque loci est *ventrem facere* de pariete usurpatum. Alphenus J. C. *Siquando inter ades binas paries esset, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem, aut amplius procumberet.* Quomodo & Galli loqui amant: *Ceste paroy fait ventre.* Aut cum fluvio *pes* tribuitur. Virgil. in Culice:

Castalia & resonans liquido pede labitur unda.

Horat. od. xv. lib. epod.

Levis crepante limba desilit pede.

Item cum *vulnus* tribuitur navi: ut apud Valerium Flaccum lib. 1. ubi ait Argo id curæ fuisse,

--- nequâ

*Parte trahat tacitum puppis mare: fissaque fluctu
Vel pice, vel molli concludere vulnera cerâ.*

Unde obiter etiam discimus, navium rimas cerâ solere obturari: quod paucis observatum arbitror. Item ab animali est, cum Plautus * dicitur *ignis vivere*: aut Lucretio † *nubes ignem trucidare*. Crebrò etiam legas, *occisam*, vel *interfectam rem*, quæ perijt. Ut apud eundem Comicum Mercatore †:

*Vfus, fructus, victus, cultus, jam mihi harumcœ adium
Interemtu 'st, interfectu 'st, alienatu 'st, occidi.*

Et Captivis *:

Occisa est hæc res, nisi reperio atrocem mihi aliquam astutiam.

Eodemque modo loquitur Pseudolo †: nec non Menæchmis *, ut Nonius quoque annotavit. Sed & L. 11. C. Theodosiani. Vnde

vi, legi-

* Aulul.
† lib. 6.
† aet. 5.
sc. 1.

* scen. Quo
villum nunc.
† aet. 1. sc.
si damnosiss.
aet. 3. sc. 2.

vi, legimus, *reparationem negotij semel interfecti postulare*. Estque simile planè, *interficere virginitatem*; quomodo loquitur Appuleius †: & cum Plauto * *virga misera* dicuntur *mori in tergo* alicujus: item Aristophanicum illud, τὸ πευκλίον τῆς θυγατρὸς pro κήλασαι.

* lib. 5. Metam.
* Caprius.
act. 3. sc. 4.
† rationis expertibus.

VIII. à mutis ἀλόγοις †, idque diversimodè. Est cum eorum nomina commutantur: quomodo bovis nomen elephanto accommodari antè diximus. Locutus hoc pacto Lucretius lib. v:

Inde boves Lucas turrito corpore.

Item Seneca Hippolyto *, Silius lib. ix, Aufonius epist. xv.

* act. 1.
vers. 350.

Est item, cum eorum nomina attribuantur inanimis: ut *aries*, *machinæ bellicæ*: *canis*, vel *catellus*, *catenæ*: quod pertinet hoc Plauti Curcul. *

* act. 5.
sc. 2.

— *Cum catello ut accubet.*

Ferreo ego dico.

Est etiam, cum tribuuntur hominibus; ut in illo Stratonici de citharistâ, non tam artis peritiâ, quàm mole corporis, commendabili, ἑδούς, κακός, ἰχθύς, μέγας. Ita enim, ut ex Athenæo † discimus, vterem adagionem divisis efferebat vocibus: pro quo conjunctis dici solet, ἑδούς κακός ἰχθύς μέγας, nullus magnus piscis malus. Atque hoc ab aequalibus est. A volucribus est, quòd *cuculos* vocarent eos, qui, cum uxorem haberent domi, alias tamen amarent. Ita bis loquitur Plautus Afinariâ †. In causa est, quòd avis ea in alieno pariat nido, ac pulli ejus ab alijs educentur avibus: quâ de re Antigonum Carystium vide in Narrat. Mirab. tmemat. L, ac imprimis cix. A quadrupedibus est, quòd meretricem dixere *lupam*: unde *lupanar*, & fabula de lupâ Romulo, & Remo ubera admovente: quæ Faustuli pastoris uxor erat, femina prostituti pudoris †. Simile est, quòd maledicos nominarunt *canes*: quæ res locum præbuit fabulæ de Hecubâ in canem versâ. Plautus Menæchmis *:

† lib. 3.

† act. 5.
sc. 2.

† Dionys.
Liv. Pluc.
Entrop. in
Lactant. l.
1. c. 20. &
Euseb. in
Chron.
* act. 5. sc.
1.

M n. Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem

Græci esse predicabant? M v. non equidem scio.

M e. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.

Omnia mala ingerebat, quemquem adspexerat.

Itaque adeo jure capta appellari est canis.

† canis
Rhetoricus.
* Var. Hist.

Ita Zoilus quoque ob maledicentiam in Homerum, ac Platonem, dictus est κίων ἰμπουδός †, teste Æliano *: quamquam hoc de Zoilo honestè satis sensisse videri potest summi judicij rhetor, Dionysius Halicarnassensis †: quippe qui eum jungat Aristoteli, atque ali-quammultis alijs viris magnis; à quibus, solo veritatis amore, repre-

lib. 11.
cap. 10.
† epist. ad
Cn. Pem-

peium.
hensum

hensum esse Platonem ait, extremum addens, se quoque, tot tantorumque virorum exemplo, in Platonis virtutes, vitiaque inquirere. Est denique, cum non quidem mutorum nomina, veruntamen ea, quæ mutis propria sunt, ad inanima, vel homines, transferuntur. Vt

† 3. *Ann.* Notum Maronis illud † :
ala de velis.

--- *Velorum pandimus alas.*

‡ *Hezr.*
act. 3. 36.
‡

Volare, item pro *celeriter ire*: quomodo Terentius † usurpat. Atque huiusmodi tralationes præbuere occasionem fabulæ de Dædalo, & Icaro: uti & de Perleo advolante ad pugnam cum ceto marino, h. e. quodam maria & terras classe suâ infestante, cui Cepheus Andromedam despondere erat coactus. Multo etiam plurima esse petita ab *ἀλόγως* † vocibus, docet Varro lib. vi. de L. L. Locus in vulgatis est foricinâ nœniâ confossior. Quare eum adscribam, prout emendavit aliter Varro, Jos. Scaliger: *Multa*, inquit, *ab animalium vocibus translata in homines; partim qua sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut Ennij, Animusque in pectore iurat. Plauti, Oggannuit odiosus omni toti familia. Cæcilius, Tantam rem dibalare, ut pro nihilo habueris. Lucij, Hac inquam ruder è rostris, atque heilitabit. Eiusdem, Quantum hinitum atque equitatum. Cum minus apta: Porcij ab lupo, Volatares ululantes. Ennij à vitulo, Tibicina maximo labore mugit. Eiusdem à bove, Clamore bovantes. Eiusdem à leone, Pausam fecere fremendi. Eiusdem ab hado, Clamor it ad cælum, volitatque per æthera vagor. Eiusdem ab hirundine, Nefrende fritinni suaviter, M. Accius in Casinâ à fringillâ, Quid fringutis? Quid isthuc tam cupide cupis? A sue, Suboluerat, ita ruæbat. Sed Ennij de vagitu versus longiùs recedit ab editione Romanâ Antonij Augustini, in quâ est,*

Clamor ad cælum volendus per æthera vagit.

† *Ann. 1500.* Atque ita & antiqua Mediolanensis †, & eâ posterior Aldina *, & reliquæ inde consecutæ. Vt non aliâ sit immutatione opus, quàm ut, metri causâ, *clamos* pro *clamor* scribamus. Vagitum autem, ut Varro hîc ait, hædorum esse proprium, etiam ex illo Plauti liquet in Pœnuli prologo:

Neve esurientes hic, quasi hadi, obvagiant.

IX. translatio ducitur ab hominibus: ut cum Euripides in Alceſtide mortem vocat *ἰστὴν θανάτου* †, quia nempe, sacerdotis instar, homines Diti mactet, atque offerat. Item cum Attius apud Nonium *, & Catullus etiam, mari tribuunt cachinnos: à quo non ablu dit hoc Æschyli in Prometheus *δισχυτῆς*:

† *mortuorū sacerdotem.*

* *in Cæchinnar.*

--- Ποντίων τε κυμάτων

Αΐνειδιμον γέλασμα †.

Quem in locum scholiastem † vide. Cato de re rust. cap. 1 : *Op-
pidum validum prope fiet, aut mare, aut amnis, quâ naves ambulant.*

Virgilius *:

Mene salis placidi vultum, fluctusque quietos,

*Ignorare jubes ? Nam vultui ex eo nomen, quodd voluntatis fit in-
dex, eoque in nullo esse, præter hominem, potest :* ut scribit Tuilius in
primo de Legg.

X. ab artificialibus : ut cùm quis ingenium *habere in numerato* †
dicitur. h. e. ingenio esse sollerti ad res omnes ex tempore confite-
ciendas. Tralatio est à pecunijs. Item in illo Plauti Peria † : *Nun-
quam ego te tam esse matulam credidi.* Sic χύτες pro osculi genere,
quo aures comprehendebant. Vide de eo Pollucem : & quæ de hoc
à Josepho Scaligero, etsi dissimulet, edoctus, annotavit in Varijs
Lect. † Guilhelms Canterus. Item *remigium alarum* : quo Maro
usuf in Dædalo † : non etiam in apibus ; quod memoriæ errore Fa-
bius † scripsit. Appion etiam Plitonicus, seu παλιςωσ, contra quem
Iosephus scripsit, à Tiberio Cæsare vocatus est *mundi cymbalum* ;
quamquam, ut Plinius † refert, publicæ famæ tympanum potius vi-
deri poterat. Helvius Pertinax, (qui malè vulgò *Alius* dicitur)
quodd multis fortunæ casibus exercitus foret, *fortuna pila* † pervul-
gatè vocabatur. Longinus Rhetor, teste Eunapio, audivit *biblio-
theca viva*, & *ambulans muscum* ; quo etiam elogio Phil. Beroaldum
d'ignatus est Picus Mirandulanus.

Nihil denique est, à quo non similitudo, ac proinde metaphora,
duci possit ; ut frustra sit, qui hanc rem exiguis posse cancellis cir-
cumscribi existimet.

XI. Imò videor mihi & novum observasse tralationis genus :
quod petatur non à rebus, sed à verbis : ut in illo apud Athenæum *,
& alios † : *Μη δὲν τὸν οἶνόν Πιλά ποιῆν.* Quo significatur, pincer-
nam non debere vinum effundere in terram, quomodo lutum fieret.
Nempe οἶνός, & Πιλάός, quæ heroum sunt nomina, ponuntur pro
οἶνον *, & πλῆος † : idque non aliâ de causâ, quàm ob vocum simili-
tudinem ; ut hujusmodi commutatio non nisi ad metaphoram refer-
ri posse videatur. Est & nominis similitudo, cùm vox una signifi-
cationes habet diversas, Ut *invocatus* de eo, cujus nomen in talorum
jactu, felicitis ominis causâ, invocaretur : item de eo, qui non voca-
tus convivium accedit. Ac nugatur parasitus apud Plantum †, quia

† fluctum
marinorum
immensum
visum.

† pag. 10.
* 11. edit.

H. St.
* Æn. 5.

† Augustus
de Vincio,
teste Seneca,
& Fabius
lib. 6. c. 4.
† act. 4. sc.
cui homini.

† lib. 6.
cap. 25.

† Æn. 6.
† lib. 8. c. 6.

† præfat. in
nat. Histor.

† Sex. An-
tol. Victor.

* lib. 9.

† Demetrius
de Erym-

veias,

& Eustat-
hium in

Iliad. l. p.
772. edit.

Rom.
* vinum,
† lutum.

† Supra. l. 1.

hoc simile habeat cum scorto, quod utrique *in vocati* vox conveniat, etsi dispari significatione; eò & sibi *scorti* nomen tributum esse. Sic enim loquitur:

*Iuventus nomen indidit scorto mihi,
Eò quia invocatus soleo esse in convivio.
Scio, absurdè dictum hoc derisores dicere.
At ego aio, rectè. nam in convivio sibi
Amator, talos cum jactat, scortum invocat.
Estne invocatum, an non? planissime.
Verum hercle, verum nos parvasi planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat.*

Sed hujusmodi, ut in scena habent locum ad risum captandum: ita extra eam frigent: quod neque se nescisse, satis indicat Plautus, cum ait,

Scio, absurdè dictum hoc derisores dicere.

VI. QUÆ METAPHORÆ IMPRIMIS COMMENDENTUR.

† Ita locum hunc emendo, insertâ particula ut. Errori occasionem præbuit, quod in MSO. literarum emendando, exaratum esset atcollitur ut.

Hoc est, t cum lineola superimpositâ, pro tur. In Gryphiana editione est atcollitur tollitur. Nempè aliquis, et atcollitur (ut est in pluribus libris) emendat, tollitur: quod librarius, quasi perperam omissem, in contextum mox retulit, priori reservato.

EX hisce autem tam varijs translationum generibus, Aristoteles, & Dionysius, optimas esse statuunt, quæ ducuntur a proportione. Verum ex ijs ipsis, in quibus analogia illa cernitur, subinde aliæ quoque alijs antistant. Aristoteli, et Demetrio, optima videtur esse ἢ κατὰ ἐπιφάνειαν καλοῦσθαι, ὅταν τὰ ἀψυχα ἐσπεύοντα εἰσέλθῃται κατὰ τὴν εἰσβολὴν. que in actu est, atque ita vocatur, eo quod res inanimas aliquid agentes inducat, tanquam animâ ac sensu præditas. Eadem est sententia Fabij lib. VIII. *Præcipue*, inquit, ex his oritur mira sublimitas, que audacie proxima periculo translationis attollantur. Et t cum rebus sensu carentibus actum quendam, & animos, damus: qualis est, Pontem indignatus *Araxes*: & illa Ciceronis, *Quidenim tuus ille districtus in acie Pharsalicâ gladius agebat? cuius litus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum?* De re ipsâ optimè Quintilianus, uti & de Maronis exemplo: non item de posteriori, quod è Ligarianâ Ciceronis est desumptum. Nam nulla ubi est similitudo, ibi nec translatio statui potest. Et sanè Fabius ipse agnoscit postea, *μυστοφυλάκας*, sive *σταυρακίους*, dici, cum subjectum, & obtinens; continens, & contentum; possessor, & res possessa; similiaque, commutantur. Atqui, hęc *gladius* ponitur pro *gladiato*, *arma* pro *armato*, *mucro* pro eo, qui mucrone alterum petit. Nâ sententia est: *Quid tu in acie Pharsalicâ gladium stringens agebas?*

bas? cuius latus microne tuo perebas? quid sentiebas armatus? Quare non μεταφορῶν, uti Fabius putabat; sed μετανομιᾶν esse, satis liquet.

VII. DE EVGIENDIS METAPHORIS DVRIORIBVS, ET QVOMODO EARVM DVRTIES TOLLATUR.

VERVM haut sufficit cognovisse, cuiusmodi translationes maximè probentur, cum istiusmodi non semper suppetant; neque omnes, quæ sese offerunt, à vitijis sint immunes; ut omnino magno in metaphoris delectu opus sit. Certè vitiosæ sunt metaphora, quæ ducuntur à re dissimili: vel quæ longè petuntur. Peccant & illæ, quæ à simili quidem sumuntur, verùm aut à rebus transferuntur humilioribus, aut turpibus, aut ad rerum tenuium illustrationem traducuntur à rebus nimi. magnis. De hisce, & alijs vitiorum generibus, deinceps dicendum est.

Ac imprimis quidem observandum, ne petantur translationes à re dissimili: utpote quæ duræ sint, & κενδρωδέεις *, ut loquitur Demetrius. Ita, cum σοφῶν † propriè dicamur corpora, velut linteum, ^{sa.} aut torale; durius eam vocem ad animum transtulit Thucydides † ^{† sternere.} lib. VI. cum ait: Ἰνα Πελοποννησίων σοφίσματα τὸ φρόνημα *. In quem locum ita commentator: Τῶν σοφῶν θεῶν θεοκρίσις ἐπιπῶν ὀνομασίων τὸ σκληρότατον ^{† sternere.} σοφῶν ἔστι· ἀλλὰ καὶ Ἀλκιβιάδου φησὶν †. Durè quoque Plautus Curcul. * ^{† ut animos} dentes famelicos lippive ait: quia humor lentus dentes obsidens quodammodo lippientium oculos imitetur. Nec fortasse minùs du. c. ^{† profertur} quàm novè, dixit Horatius ora navium lib. Epod. od. IV: ^{† mus Pclapōn}

Quid attinet tot ora navium gravi
Rostrata duci pondere?

Certè Julius Scaliger ambigit in Hypercritico, rectène sit locutus poëta, quia rostrum triremibus est, os non est. Ac contrà rostrum fluvij pro ore, durum sit: eoquæ εἰκόνα † prætulit Tullius in XI. ^{† act. 2. sc.} de Legg. *Ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus.* Nam Fibrenus ^{† imagine.} Arpinatium fluvius est: ut præter Ciceronem scribit Silius lib.

VIII.

Ciceroni quoque in tertio de Oratore *Συκκενδρωδέμερον ** videtur illud veteris poëtae:

--- Cali ingentes formices.

Damnat autem hoc Cicero, quia formices non complent integrum circulum, uti cælum. Ita enim scribit: *Quamvis sphe:ram in scenam,*

ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in spherâ fornicis similitudo non potest inesse. Verùm non venit in mentem Tullio, poëtas multa afferre ex sententiâ vulgi: at hoc, sensus iudicium sequens, hemisphærium tantùm in cœlo agnoscit. Certè Horatius quòque Lunam majorem facit sideribus lib. 1. od. XII. & od. xv. lib. Epod. nec carmine seculari metuuit eam vocare siderum reginam. At quantò aliter de his docent Mathematici! Itaque nec poëta elegantissimus, Georgius Buchananus, censoriam metuuit virgulam, quamvis à Ciceronis iudicio hâc in parte discederet: ut qui scripserit Psalmo XXI:

*Qui templa Olympi farnice flamma
Suspendit.*

* lib. 1. cap. 9.

* Conjecta-
neus in lib.

3. Varr. de
R. R.

† malim
vocant, ut
est apud
Festum.

† Ita est in
MSSis, &
editione Ci-

ceronis o-

mnium an-

tiquissima.

Reponunt
aliquisulam,

quod est
sulsum, ut

prosa est
prosa. Sed

cum subli-
me præces-
serit, sulum

hic redun-
dabit.

* in apolo-
gia pro Chri-

stianis.

† in protre-
ptico, & im-
primis lib. 5

Στρωματ.
* lib. 3.

Vt de Iusto Lipsio nihil dicam, qui in præclaro opere de constan-
tiâ †, hunc in modum loquitur: *An non & illi homines eadem stirpe
rectum & satum? sub eodem cœli fornice? in eadem terra pilâ?* Quamquam in
summi illius viri iudicio, hæc quidem in parte, nō ita multum præsi-
dij ponendum: cum nemo diffiteri possit, eum modum minimè te-
nuisse in vocibus præcis, poëticis, duris: ut eruditioni ejus non paul-
lò ampliùs debeant literæ, quàm styli exemplo. Redeo igitur ad an-
tiquos. Sanè si fornicis nomen in cælo tantopere displicuit Tullio,
quanto minus ei arrisisse putandum nomen *subliminis*, h. e. liminis
superioris: quo de cœlo usus Ennius in Thyeste; ut qui juxta magni
Scaligeri * emendationem scripserit:

Aspice hoc sublimen candens, quem invocant & omnes Iovem. Quam-
quam mihi quidem dubium non est, quin rectum sit, quod in vul-
gatis legere est: *Sublime candens*: quomodo & Cicero dixit in se-
cundo de Nat. Deor. *Vides sublime fustum & immoderatum æthera.* Nec
puto de veritate hujus lætionis ambiget, qui versus istos Euripi-
deus legerit apud Athenagoram *, ac Clementem †:

Ὅλας τὸν ὕψος, τὸν δ' ἀμείνων αἰθέρα,

καὶ πῦρ κτεεῖ ἕχουθ' ὕψος ἐν ἀγυάλαις;

Τέτοις ῥαίμινε Ζεῦα, τὸν δ' ἠγὲ δεῖο.

Videsne sublimem hunc, & immensum æthera.

Omnem suo qui continet terram firm?

Hunc tu Iovem putabis, hunc credes Deum.

Quare nihil mutandum: nisi fortè *sublimem* malis: de quo non
contendam. Nam *sublimus* pro *sublimis*, dixere Lucretius, ac Sal-
lustius: ut è Prisciano, ac Nonio cognoscitur.

Sunt verò & alia temerè à veteribus culpata, ut dura. Quinti-
liano † quidem durior videtur tropus, *capitis nives*, pro canitie.

Respicit

Respicit autem illud Horatij †:

lib. 4.
od. 13.--- *Tequiaruga**Turpant, & capitis nives.*

Verùm oratori quidem non conveniat hic sermo. Pro poëta verò nullam hęc video duram translationem, quia cogitandum, ab eo per contemptum ita appellari canitudinē anus emeritæ. Cæteroqui Fabio assentiam, cum aliàs magis hæc phrasis videatur convenire laborantibus porrigine, quandoquidem talibus caput furfures quasi farina obsident; unde Serenus non Septimius ille, sed Sammianus:

Cum caput immensâ pexum porrigine ningit.

Sunt autem quædam remedia à Demetrio præscripta, quibus emolliantur translationes ἀπαιεῖς ac parum moderatæ. Una est ratio, adjectio epitheti. Exemplum ejusce rei adfert Demetrius ex Theognide, qui τῶρον, sive arcum, appellat φέρμεγα ἄχορον †. Intelligit autem arcum tensum, ita ut cornua penè coëant. Talis enim & figura est lyræ: cujus duo manubria, cornuum instar, vara sunt & camura, unde ea à Πτολμῶο κέβρα * vocantur. Homerus πῆχους † nominat. Scitè autem Demetrius ait, Ἡ ῥέ φέρμεγξ κινδυνώδης ἐστὶ τῶ φέξῃ· πρὸ ἀχρόδου ἡσφάλισαι. Quorum sententia est, arcum durè, nec sine periculo, lyram posse vocari: sed securè aliquem sic loqui, si epitheto præmuniat; ut si addat, *chordarum expertus*. Similiter tonitru durè vocaris σάλπιγξ, sive tubam. Sed mollitur tralatio epitheto, si cum Tryphiodoro † voces ἡεγνίαν σάλπιγξ, hoc est *caestem tubam*. A quo non abludit illud Nonni in tertio Dionysiacò †:

† *lyram
nervis ca-
rentem.** *cornua.*
† *brachia.*† *vers. 314.*
† *vers. 358.**Βρονταῖος πατάροισι Διὸς μικήματο σάλπιγξ.*

Idem Latini observant. Lucretius lib. 1v, & Varro Marci pore *cæli cavernas* dixere: sed ille epitheton *magnas*, hic *aureas* adjunxit. Catullus * etiam navem non ἀπλωῶς *σινγνιτῆ* appellat: sed *volitantem flamine*. Item Virgilius vestium tincturam vocat † *Assyrium venenum*.

* *carm. de
nuptiis Scie-
ti & Tullios.*
† *S. Georg.*

Alterum remedium, cujus Tullius meminit in tertio de Oratore, est mutatio metaphoræ in imaginem, sed brevem; quia si longiores simus, non tam imago fuerit, quàm collatio poëtica. Addit autem Demetrius, periculosius Platonem crebrò uti translationibus, quàm Xenophon imagines potiùs sectatur. Neque hæc ejus sententia repugnat Aristoteli, qui lib. 111. rarum imaginum usum probat in pedestri oratione, *Χρῆσιμων*, inquit, ἡ ἡκρότης ἐν λόγῳ ἀλιγάκις †· πρὸς πᾶσι γὰρ *. Non, inquam, præstantissimi hi duo Rhetores dissident, quandoquidem Demetrius locutus est de imagine breviori, nec

* *In soluta
quoque ora-
tione utilia
est imago:
sed varè
rari.*
† *Nam poësis
magis com-
venit.*

multum à metaphorâ discedenti: at Aristoteles intellexit id iconum genus, quod ornatam & copiosam continet similitudinem. Atque hæc de se fusiùs Victorius comment. in lib. I. I. Rhetor. Aristot.

* imagine.

Huic autem rationi, quâ metaphoræ duritiem *εἰσαοίη* * tollimus, confinis est ea, quam observavit Eustathius. Monet enim eruditissimus ille Episcopus Iliad. 8. ad leniendam translationum audaciam interdum comparationem adhiberi. Ita Virgil. lib. XI:

--- Vacuusque per ora cucurrit

Ausonidum turbata fremor: cœn, saxa morantur

Cum rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur.

Pro fremore murmur dicere debuisset, Nunc, quia alterum posuit, subdit comparationem. Similia Homeri loca duo cum verbis Eustathij, quibus artificium hoc explicat, vide apud Ioannem Hartungum Cent. III. cap. VI. II. Neque enim visum nobis aliena cum pulvisculo in cumeras nostras convertere. Fortasse autem & alia ratio est, quâ, cum ob aliquam dissimilitudinem obscurior videtur metaphora, huic rei liceat mederi. Nam veteres quidem, quoties metaphora esset ignotior, declarationem ejus adungere solent: ut aliquot exemplis ostendit P. Victorius lib. I. I. Var. Lect. cap. XI. Horum verò usus remediorum est multò maximus, quia, ut ait Tullius lib. III. de Oratore, *Persecunda esse debet translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irruisse, atque ut precario, non vi venisse, videatur.* Estque eò diligentius istorum *ιατρῶματα* * habenda ratio, quia multi, dum ea negligunt, in frigidum incidunt orationis genus. Certè & in ipso Platone reprehendit Dionysius Halicarnassensis, quòd utatur duris metaphoris, non habitâ ratione *ἀναλογίαις*. Interim tamen Platoni ignoscendum putamus, ob difficultatem grandiloqui characteris: eandemque etiam ob causam ignoscendum Demostheni, quòd duriores interdum adhibeat translationes: unde inimicus ejus Æschines dicebat, eum dicere *ὀρίματα, ἢ ἀλλὰ δῶματα, non verba, sed portenta.*

* remediorum.

VIII. DE METAPHORIS LONGE PETITIS.

ALTERVM translationis vitium erat, si simile sit longè ductum. Itaque Tullius in tertio de Orat. ait, se malle *scopulum patrimonij*, quàm *Syrin*; voraginem bonorum, quàm *Charybdim*. Et ratio in mundo est, quia notiora sunt genera, & species, individuis. Certè scopulum, & voraginem viderunt multi, pauci Charybdim, & Syrtim.

& Syrtim. Atqui, ut Tullij verbis utar, *facilius ad ea, quæ visa, quam ad illa, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur.* Longè etiam simile dicitur, cum Plautus ait, *duo greges virgarum ulmeorum*, h. e. fasces. † p. ad. a. ff. 1. sc. 3.
 Par ratio est, cum Martianus Capella † dicit, *astrorum populus*, † initio lib. 7. lib. 6. epist. 2.
 ac Sidonius Apollinaris, † *scelerum populus*, pro multitudine eorum.
 Nam et si Manilius aves appellet *aërios populos*, & *populos captos* de piscibus dixerit; ac Columella itidem lib. IX. cap. XII. de apibus usurpet: audacius tamen transfertur ad inanima, vel animatorum adjuncta. Verùm Græcorum hi morem sequuntur. Moschus Idyll. β'.

Εὐτὶς δὲ ἀτρεκέων πομαίνεται ἰθὺς ἐρείπων †.

Itidem; si Antonium Maioragium † audimus, longè petita metaphora, frigidamque efficientis compositionem, exemplum fuerit Appulei isthoc * : *Ipsa vocis immutatio desultoria scientia stylo respondet.*
 Cui geminum illud Martiani Capellæ: *Decenter levitate pernix desultoria gestiebat.* Verùm mihi quidem immeritò & hinc, & alibi sæpe, flagellari videtur Appuleius. Bella certè translatio est ab equis desultorijs; quòd, ut in Cireensibus ex equo uno in alterum subitò defilirent; ita & Appuleius subitò, ac desultoriè. à studijs philosophicis ad ludicra se receperit.

† Cum & veracium pascitur populus, h. e. ceteris sententia somniorum.
 † commentus 2. Rhet. Arist.
 * lib. 1. Met.

IX. DE TRANSLATIONIBVS NIMIS GRANDIBVS, VEL HUMILIBVS NIMIS.

TERTIVM vitium est, si ad rerum humilium illustrationem sumamus translationem à rebus nimis magnis. Itaque Tullius vitiosum esse ait, *tempestas commissationis*: ut quod majus sit, quàm res exigat.

Quantum vitium priori contrarium est; si nempe à rebus humilioribus sumatur translatio. Quamobrem, ut ait Tullius, vitiosum quoque fuerit *commissatio tempestatis*. Est enim minus, quàm res possit. Hæc ipsa de re ita Fabius: *Deformitati proximum est humilitatis vitium: τεινωσιον vocant, quæ rei magnitudo vel dignitas minuitur. ut, Saxeæ est verruca in summo montis vertice.* Respicere autem ad id videtur, quòd Marcus Cato in libris Originum *verrucam* dixit pro loco edito asperoque, ut scribit Agellius lib. III. cap. VII. Quamquam hæc quidem loquendi ratio, meo iudicio, excusationem meretur, ob summam similitudinem: præsertim cum humilitatis vitium tollatur epitheto *saxeæ*.

Cur verò nec à rebus humilioribus translatio duci possit, in causâ est, quòd ea, ut docet Demetrius, voluptatem ac magnitudinem adferre debeat orationi: at si à rebus exiguis metaphora peratur, translatum minus eo valebit, quod expellit: ut quod sit angustius proprio; quemadmodum probat Tullius † isthoc L. Attij in Atreo:

† 5. de O.
Orat.

Quidnam est obscuro? quid te adiri abnutas?

Nam, ut inibi Tullius ait, *melius esset vetas, prohibes, absterres: quoniam ille (Thyestes puta) dixerat:*

--- *Illico isthic, ne contagio*

Mea bonis umbrave obsit.

Qui locus plenius adducitur in III. Tuscul. Quæst.

Nonnihil autem in hujus vitij declaratione à Tullio recedo. Is enim lib. III. de Orat. distinctas translationum culpas facit, si minores sint re significatâ, & si angustiores fuerint proprio. Mihi autem posterior isthoc vitium sub priori omnino comprehendere videtur.

X. DE METAPHORIS A RE FOEDA PETITIS.

† lib. 3. de
Orat.

* lib. 8.

QVINCTA translationum culpa est, si à re turpi & fordida ducantur. Talis est (ut M. Tullij † verbis cum Quintiliano * utar) *morte Africani castratam Remp. & stercus curie Glauciam*. Signatur autem C. Servilius Glaucia, qui quæstor fuit anno Urbis Iocxli, vel potius Iocxlii, homo improbus, sed peracutus, & callidus, ac Hyberboli, quem Atticorum comœdia notavit, simillimus: ut est apud Ciceronem libro de claris Oratoribus. Horatius † quoque, ob eandem causam, notavit versum illum M. Furij Bibaculi *:

† Sat. 5.
lib. 2.

* in prag-
matia belli
Gallici, peste
Acroni.

† in d. Lucr.
in r. clp. uo.

Iupiter hibernas canâ nive conspuat Alpes.

Valde fallitur doctissimus Giffanius †, cum putat, sciram atque elegans esse hoc loquendi genus: atque ita Horatium loqui exemplo Lucretij, cujus est illud lib. I I:

Praterea lumen per cornum transit, at imber

Respuatur.

Neque enim si commodè dicatur laterna respuere pluviam cornu suo: eò decorè à Jove ipso conspui dicantur terræ, quoties nungit. Neque Horatius, quod ille putavit, sic serid loquitur; sed quod Furius fordidius extulerat de Deo, hoc ille *καρδιακαυ* Furio ipsi non sine sale tribuit, ut monet Acro: unde vellem, non hoc, & multa alia

alia refeciffet Cruquius. Melius de nobili grammatico meritis foret: etfi sic quoque est, quod ei debeamus.

Addam alterum exemplum. Cùm nervus, ut Græcè *νεῦρον*, etiam fit *ῥόδιος*, unde Tibullus in Phallicis, *Repente nervus excitet libidinem*: & Juvenalis †, *mensura incognita nervi*: item *, *jacet exiguum cum ramice nervus*: ab eodem translatum videri queat, *nervos intendere*. ^{† Sat. 9.} ^{* Sat. 10.} Sanè, id nisi dicamus, non video, quo jure Rufinum reprehendat B. Hieronymus. Nam cùm Rufinus dixisset: *Quid tibi videntur habesne ultra aliquid, quò nervos tue loquacitatis intendas?* excipit Hieronymus: *Et indignaris, si putidè te loqui arguam, cùm comædiarum turpitudines, amatorumque ludicra, Ecclesiasticus scriptor assumas?* Certè, ab intendendo, Catullo † Horatioque * *tentum* in viro vocatur id, quo † ^{Carm.} discernitur homo mas, an femina sit, ut Varronianà † utar periphrafi. Et deorum vehiculum, *tensam*, quàm *tentam*, appellare maluerunt, ne turpe verbum sonaret in sacris, teste Diomede. Cùm autem Comicos nominat Hieronymus, Terentianum † isthoc respicit: *Fac sis nunc promissa appareant. Sive adeò digna res est, ubi tu nervos intendas tuos. Quem in locum ita Donatus, Hieronymi ipsius præceptor; Virum, inquit, obscane hoc, ut servus? an metaphorice? ubi laborare ac periclitari debeas, &c.* Quamquam nec rationibus destituar, quibus subnixus, Rufini, si libeat, patrociniū suscipere queam. Nam quid si dicam, translationem esse ab instrumentis musicis, quæ, quia nervis intenduntur, *ἄρτα*, & *ἄρτορα* appellantur à Græcis? Vel potiùs quid si asseram, metaphoram peti ab athleticis, ac pugilibus? Ut cūque est, cùm in nervis sit robor, neque *ἄρτα* * dicatur ^{* in numero} *nervum intendere*, sed in plurativo *nervos*: videri meritò queat, non magis obscænum esse *nervos intendere*, quàm *contendere*: quo usus ipse Tullius Verrinà secundà: *Magnam, inquit, onus, & mihi periculosum, verum tamen dignum, in quo omnes nervos atatis industriæque meæ contenderem.* Eodemque modo *se contendere*, & *contendere vires*, legitimus apud Lucretium lib. iv. Neque in eo veteres imitari veritus est Petrus Bembus epistolâ ad Sebastianum Corradum, quæ legitur lib. vi: *Quantum, inquit, tibi debeam, statues ipse, qui eâ in re nervos, atque ingenium intendisti tuum.* Hæc eo lubentiùs adduxi, quòd nasutorum quorundam mores non nesciam; qui, quoties hanc loquendi rationem reperiunt in viris seculi nostri ac superioris, ipsæque eruditione juxta ac sanctimonîâ celebribus, Rhetorum, ac Grammaticorum auctoritate moti, nescio quod *καταπατορ* commissum somniant. Ita enim illi hoc vitium appellant: cùm nempe

‡ lib. 3. cap.
de oratione
orationis.

malâ consuetudine, ut Fabij † verbis utar, in obscenâ intellectum sermo detortus est; ut ductare exercitus, & parrare bellum, apud Sallustium. Sed hæc quidem, ut idem inibi ait, dicta sancti & antiquè videntur à nobis; quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium. Tamen vitandam, quatenus verba honesta moribus perdidimus, & evincentibus etiam vitis cedendum est. Itidem Martiano Capellæ lib. v. tanquam inhonestum improbatum illud Comici *: Arrige aures Pamphile. Quasi non & Maro ipse de famâ dixerit †:

* Andr.
act. 5. sc. 4.
† 4. Æn.

--- Tot subrigit aures.

† 1. Æn.

Sed boni illi Grammatici, ac Rhetores, nec huic parcendum putarunt. Nonnullis enim, eosque inter Isidoro lib. i. Orig. καλῆματος, atque à re obscenâ ductum videtur illud poetæ †:

--- His animum arrecti dicitis.

Verùm hautquaquam ijs hæc in parte fidem accommodamus. Si quid fuisset istiusmodi, haut usurpâset Maro, qui à virginali pudore Parthenias dictus * est.

* Donatus,
sive quis-
quis vitæ
Virgiliana
est auctor:
item inscri-
ptiones ve-
terum Vir-
gilij codd. ut
Pierius in
4. Georg.
annotavit.

XI. DE METAPHORIS NIMIS CONDENSATIS.

SEXTVM vitium est, si metaphoræ sint frequentes, ut non illustrent orationem, sed obscurent; non voluptatem adferant auditori, sed eum tædio compleant. Nam quemadmodum offendit civem bonum, si advenâs in urbe suâ plures videat, quàm indigenas: ita probo formandæ orationis iudici displicet, si plura translata in oratione cernat, quàm propria. Itaque ne hæc in parte impingamus, tum tantùm usurpabimus translatum, cùm aut proprium deest, vel translatum proprio aut significantius est, aut decentius. Nam (ut superiùs dicebamus, Porcium Latronem dicere folere) *summa est dementia detorquere eam orationem, cui rectam esse licet.* Quamquam hoc quidem Porcij dictum, locum non habet, cùm translatum proprio est usitatum. Nam & in metaphorâ, & in alio quovis tropo, interdum usu venit, ut qui propriè loquitur, minùs videri queat loqui propriè, quàm qui impropiè; quia impropria vox est magis in vulgus nota, clariusque rem ob oculos ponit, quàm propria. Ita impropriè, ac partim μεταρροειῶς, partim σωμαροχινῶς, hominum dicitur calamitas, strages, aut clades; cùm calamitas propriè conveniat calamitis fegetis grandine quassatis; strages sit arborum cæsarum stratarumque; clades verò dicatur, cùm tempestate fracti sunt arborum ramî, à κλάσθ. i. ramus. Quin Alexander Aphrodisiensis † consuetudinem

† in 1. τῶ
ἀναλυτ.
ὄστ.

dinem plenam esse scribit translationum: ut non immeritò Deme-
trio videatur πάντων ἢ σωήθειαν ἢ μάστιγα μεταφορῶν διδάσκαλος †.

omnibus,
Et imprimis
translationum,
con-
suetudine
gesta.

XII. DE TRANSLATIONIBVS POETICIS.

SEPTIMUM vitium est, si metaphoris utamur soli poetæ con-
cessis. Diligenter enim cavendum, ne omnia, quæ huic permiffa
sunt, Oratori convenire putemus. Negat Fabius, se, auctore Ho-
mero, dicturum, *pastorem populi*: nedum quis Oratorem ferat, qui
cum Horatio * de Euro dicat: *Per Siculus equitavit undas*: et si sic
locutus sit Euripides Phoenissis, & ejus exemplo Oppianus in III.
Αΐλιου. Neque orator pro bonis poetis, *aves*; pro malis *cicadas*
usurpet; quamvis ita loquuntur poetæ. Nam quemadmodum Ma-
ro in Eclogis pro poetis dixit *cygnos*, & Horatius † Pindarum vocat
Dircæum cygnum; atque idem Varium appellat *Mæonij carminis*
alitem †: ita poetæ Græci *χοικῶς* * se vocant *θεῖος ὄρνιθας* †, suaque car-
mina μέλι πικρῶν Μουσῶν †. Malos verò ab ijs *cicadas* dici, argumento
est isthoc Simonidis, ut quidem legendum putamus, Theſeium Scali-
geri, & Casauboni * filium secuti.

* od. 4. lib.

‡ lib. 4. od.

‡ lib. 1. od.

* generis

nomine.

‡ divinas

aves.

‡ carminis

alaia Mu-

sarum.

* lib. 15. Ani-

mad. in

Athen. cap.

8.

‡ Phabus

docuit Igr-

Davidas cæ-

rinem, sive

Musiam,

quam cica-

de, modorū

nescia, co-

ronarunt

coronia

* lib. 8.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

‡ lib. 15. 2.

Neque obscura est ratio translationis, cum poetæ boni suavem lufci-
niarum, vè cygnorum cantum referant: mali autem raucum quid-
dam, cicadarum instar, strideant. Interim, ut dixi, longè hæc remo-
ta sunt ab usu Oratorum.

XIII. DE METAPHORIS NON IN EODEM GE-
NERE PERSISTENTIBVS.

OCTAVVM vitium faciunt, cum non persistitur in eadem me-
taphorâ; sed ab unâ transilitur in alteram. Certè vitiosè dix-
eris, offendisse te scriptum *in calce capitis*: neque ita loqui debet, nisi
qui calcaneum in cerebro habet. Itidem nec redè dixeris, *fructum*
haurire, pro *capere*: neque *illotis manibus aggyedi*, pro *attingere*; aut
illotis pedibus attingere, pro *aggyedi*. Hâc de re ita Fabius *, quo loco
de allegoriâ agit: *Id quoque imprimis est custodiendum, ut quo ex gene-*
re cæperis translationis, hoc desinas. Multi autem, cum initium à tempe-
state sumserunt, incendio aut ruinâ finiunt, quæ est inconsequentia rerum fo-
dissima. Itaque sciam isthoc Plauti Menæchmis †:

O 2

Clam,

Clam, inquit, uxorem, ubi sepulchrum habeamus, & hunc comburamus diem.

P. E. Age sanè igitur, quando aquam oras, quam mox incendo rogam?

Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus. Nam, ut significet Comicus, probè ac pollucibiliter diem esse transigendum; perpetuà utitur translatione à cadaveribus, quæ olim lota unctaque rogo imponebant; ac comburebant. A dolijs viniarijs sumtà perficitur metaphorà in illà Augustini interminatione: *Maledictus, qui offert florem iuventutis sua diabolo, & fecem senectutis Deo reservat.* Nam & *florem vini* aut *Liberi*, pro vino odorato ac præstantissimo, dixerit Ennius, Nævius, Pacuvius, Plautus †, & Lucretius ‡.

Verùm hoc Rhetorum præceptum de perpetuà translatione perpetuum non est. Scimus enim elegantissimè diversas sæpe conjungi metaphoras. Cicero pro Roscio Amerino: *Nequaquam similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. Q. Ennius †:*

Enni poeta salve, qui mortalibus

Versus propinas flammeos medullitus.

Cui simile illud Virgilij in Ciri:

Qua simul ac venis hausit sitientibus ignem.

Et hoc Catulli †:

-- *Tennis sub artus*

Flamma dimanat.

Nisi cum aliquibus non tam de aquà, aut aère, elementis humidis, putemus *liquidum* propriè dici, & *manare*; quam de igni, qui videri queat ob raritatem difficillimè ex elementis suo contineri termino; de quo anxie discurrere minimè hujus est loci.

Quin idem Catullus etiam, ut observavit disertissimus Muretus, triplicem amat conjungere. Exemplum geminum habes carmine in Phafelum. Prius est;

Nec ullius natantis impetum trabis

Nequisse praterire, sive palustralis

Opus foret volare, sive linteo.

Natare enim aquatilium est, *ire* terrestrium, *volare* avium. Alterum est: -- Nam Cythorio in iugo

Loquente sæpe sibilum edidit comã.

Nam & *coma* ponitur pro frondibus, & *coma* dicitur *loquens*, & *sibili* vox à serpentibus sumta est. Sic triplex est metaphorà in illo Horatij epist. 1. lib. 1.

Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,

Si modo

† Cissel.
Sc. idem
milibima-
gna. & Cur-
cul. añ. 1.
sc. 2.
‡ lib. 3.
* tertius Sat.
apud Non.
in Propi-
nare &
Medulli-
rus.
† arm. 52.

Si modo cultura patientem commodet aërem.

Prima est ab *ἀλόγοις*, quæ fera sunt, ac propriè mansuescunt, & curantur, ut loquitur P. Nigidius * historiâ de animalibus, h. e. curantur ac domantur. Altera à fructibus, qui acerbi sunt, ac propriè mitescunt. Tertia ab agris, quorum est cultura.

* apud Pri-
scianum
cap. de com-
onibus.

XIV. DE TRANSLATIONVM CAUSSIS.

Quemadmodum autem vestimenta primò usurpata sunt, ut corpus muniretur aduersus aëris injurias; eadē tamen pōst etiam adhibita sunt ornatus, & decoris gratiā: itidem translata primò genuit necessitas, pōst celebravit delectatio. Necessitatis fuit *divor- sium* in uxore, *pes* in navi, *ὀφθαλμὸς* aut *gemma* in vitibus: quòdque *durum* dicimus hominem, aut *asperum*.

Neque tantum necessitatis est, cum proprium deest, sed & cum translata est significantius; ut in illo Maronis †: *Invadunt urbem sermo vindque sepultam*: quod significantius est, quàm oppressam. Par ratio, cum dicimus, *incensum irā, inflammatum cupiditate, & lapsum errore*. Nam, ut inquit Fabius †, *nihil horum suis verbis, quàm his arcessi- zis, magis proprium erat.*

† 2. *Æn.*

† lib. 8. c. 6.

At ornatus est, quòd *ἀφ᾽ ἑσθῆος* & *stos* accipiuntur pro ornamento; ut apud Catullum, *Flosculus Inventiorum*. Et, *stos olei*, h. e. decus palæstræ.

Ad ornatum quoque refer, quæ ad variandam orationem adhibentur: ut cum, quod primò propriè dictum est, postea dicitur translata.

Sunt & hujus loci, quæ pudoris gratiā immutantur. Nam quod turpe est, id inornatum est. Fallebat autem, & fallebatur Bryfo Sophista, quique eum hæc in re soli è philosophis secuti, Stoici †, ac Cynici, cum ita argumentarentur; si duo vocabula idem significant, aut ambo pariter obscæna esse, aut neutrum. Siquidem, ut bene respondet Philosophus *, aliud alio magis proprium est, magisque rem ob oculos ponit. Deinde res sunt, quæ & honestæ simul sint, & turpes, diverso respectu; ac proinde vocabula, quæ rem expriment quæ honesta, ipsa etiam honesta sunt; ac turpia sunt, quæ eam significant quæ turpis. Cicero lib. ix. epist. ad Patum; *Liberis dare operam quàm honestè dicitur! etiam patres rogant filios: ejus operæ nomen non audent dicere*. Rem simili illustrabo: Muli nascuntur ex asino, quod iners est animal. Nascuntur pariter ex equa, quod animal generosum est. Itaque eos parvi facere videtur, qui asini progeniem vocet: at qui sobolem equarum appellet, honorificè de ijs

† *Cic. 1. de*
Off. & lib.
5 epist. ad
Patum. item
Fabius lib.
9. in fin.
cap. 3.
* *Arist. lib.*
3 Rhet.

loquatur. Scivit id Simonides, qui cum vituperare vellet mulas, appellavit eas ἡμίους †. At cum laudare constituisset, ita eas compellavit: Χαίρει' ἀλλοπόδιον θυγατέρες Ἴππων *. Par ratio est in obscænis; uti & sordidis: quorum utraque iccirco solum, quâ honestatis partem habent, honestè exprimantur. Atque inde antiquis, ut libro quineto ait Arnobius, mos fuit res turpes & fadas prolatu, honestioribus convesfirier dignitate. In re adeo clarâ haut necessum est faculam exemplorum prælucere, velut ad spissas evincendas tenebras.

Porro ea, quæ voluptatis, atque ornatus gratiâ, usurpantur, propriè magis dicuntur μεταφορικά: at quæ necessitatibus causâ celebrantur, ea rectiùs vocantur ὀνόματα. Nam in his primi linguæ autores, quamvis proprium ac peculiare nomen imponere poterant; tamen, quo consilio alteri priùs nomen aliquod fecerant, eodem, ob similitudinem, huic idem nomen communicarunt: unde fit, ut non interdum, aut à quibusdam, sed semper, atque ab omnibus, voces hæc usurpentur, haut aliter atque si propriè forent. Atque id, quod dico, præter Porphyrium Tyrium *, sensit & Demetrius. Nam juxta hunc σφοδρῶς, & κλεις, & κτήρες, cum de corpore dicuntur, ἢ κτὶ μεταφορῶν ὀνόμασι, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα, διὰ τὸ εἰκέναι τὸ μὲν κτηνὸν μίρον, τὸ δὲ κλειδὸν, τὸ δὲ σφοδρῶς †. Qui profectò locus scrupulum injicere poterat, si quis existimaret, metaphoram esse, quandocunque ob similitudinem quippiam appellatur nomine alteri primùm competente.

Quæritur autem apud Ciceronem de Oratore, cur magis alienis delectemur, quàm proprijs. Nam ubi proprio dēstituitur, necessitate cogimur uti translato. Verùm etiam in maximâ propriorum verborum copiâ, translatis magis delectamur. Ejus autem rei quatuor ibidem rationes adferuntur. Prima est, quia ingenij est transfilire ante pedes posita, & alia aliunde petita substituere. Altera est, quòd tum is, qui audit, aliò ducitur cogitatione, neque tamen aberrat; quæ maxima est delectatio. Tertia est, quòd singulis verbis res ac tota similitudo conficitur. Quarta est, quia metaphora ferè rem sensibus admovet, maximè oculorum; qui sensus est acerrimus. Estque & hæc ratio, cur metaphorica magis sint perspicua ijs, quæ propriè efferuntur: ut scribit Aristoteles in tertio Rhet. cap. 11. ùm ait: τὸ σαφές, ἢ τὸ ἡδὺ, ἢ τὸ ξανκὸν ἔχει μάλιστα ἢ μεταφορῶς *. Verùm repugnare hoc videtur ei, quod idem inibi dixerat: σαφὴ μὲν (λέξιν) ποιοῦ τὰ κύρια: καὶ ταπεινῶν δ', ἀλλὰ κεκοσμημένων τὰλλα ὀνόματα †: quod ipsium etiam scribit in sexto Topic. cap. 11. πάντων σαφέστερον τὸ κτὶ μεταφορῶν λεγόμενον †.

† semiasinos.
 † Salvete
 voluntarium
 equarum f.
 ða.

• in Cæzari.
 Ari.
 stot. cap. 17.
 * non per
 translationem
 nominata
 sunt, sed per
 similitudi-
 nem: quia hæc
 quidem pars
 peccini, hæc
 autè clavi,
 illa verò
 verticillo si-
 militudo est.
 • perspicuū
 & suave,
 & peregrini-
 um, maxime
 habet me-
 taphora.
 † perspicuū
 quidem di-
 ctionem ef-
 ficium pro-
 pria: non
 humilè ue-
 riò, sed orna-
 tum, alia
 nominata.

μῶρον †.

^{μυστος} †. Verùm facile nos hinc expeditus, cùm non uno aliquid modo perspicuum dicatur. Est enim, quod perspicuum sit secundùm intellectum, ut quod propriè ac pressè rem signat: est item, quod perspicuum sit secundùm sensum, ut quod rem similitudine quasi ob oculos ponit. Certè esse aliquid ^{κατὰ νόμον} † obscurum, quod ^{κατὰ} † ^{† secundum} ^{intellectum.} ^{† secundum} ^{sensum.} [†] clarum sit, & contrà; indicat quoque B. Augustinus lib. de principijs Dialect. cap. VII. Quæ intellectui rem meliùs expriment, philosophus sectatur: quæ sensui magis rem proponunt, eligit orator; ut cui sit cum populo negotium. Atque hinc cognoscere est, cur Aristoteles voces ^{μεταφορικά} à definitionibus arceat. Neque enim eæ docent, ^{ὅτι τὸ τί ἐστίν, ἀλλὰ ποῖόν ἐστι} non quid sit, sed cui simile sit.

XV. MANTISSA DE TRALATITIA SIGNIFICATIONE, QUAM IPSVM TRALATITII VOCABVLVM OBTINET.

AT QVÆ hæc de vocibus translaticijs sufficere mihi videntur. Nisi fortasse, voce ipsâ invitante, aliquid etiam appingendum de significatione eâ, quâ hoc tralaticij vocabulû trãsfertur ad omnia vulgaria, communiaque. Vt in illo Petronij Arbitri: *Cùm apparet futurum non tralatitium bellum.* Nam et si *statarij* vox proba sit, & ^{ἐργάτορας} † notet, uti in veteribus exponitur glossis: tamen nec Petronio, nec loco isti, satis convenit. Alibi etiam similiter dixit: *Intelligebam, me non tralatitiã de formitate insignem.* Item, *Nec Giton me aut tralatitiã propinatione dignum iudicabat.* Et, *Præteriens aliquis tralatitiã humanitate lapidabit.* Phædrus * quoque ait, *more translaticio.* * ^{fab. 38.} Et Suetonius in Nerone †, *funere translaticio.* Vbi poterat videri eò respexisse, quòd propriè *translatitia* sint *funera*, quando quis peregre, vel in hostili solo, defunctus est, eoque necesse est corpus domum transferri: in cuiusmodi exsequijs non temere adhibebantur victimæ, epulæ, ludi, & similes funerum honores. Sed potiùs censo, respexisse communem illam tralaticij significationem, quam dixi. Nam & in Augusto * similiter *ius tralatitium* posuit pro ordinario, & quod vulgò obtineret. Et in Nerone † idem *translatitias postulationes* * ^{cap. 7.} vocat eas, quæ sapius se offerant, & facile expeditantur. Amant ita loqui Jurisconsulti, qui dicunt, aliquid fieri *translatitiè*, pro perfuntoriè, & negligenter. Vt, *Translatitiè defungi munere accusandi.* l. i. §. prævaricatorem. D. ad S. C. Turpil. *Injuriam non tralatitiè persequi,* in lege

in lege Dei, five Mosaicarum & Romanarum legum collat. Tit. 17: & familia id genus alibi. Queritur, unde hic loquendi modus originem traxerit. Vir doctissimus, Stephanus Pighius, † conjectat, ortum duxisse à ludionum infimâ ac vulgari turba: ut quam Valerius † eò *translati* nomine appellet, quia pro ludorum occasione sæpius huc illuc per scenam transferretur. Sed nec Valerius id voluit, quod Pighius putabat: nec à re scenicâ vox ea petita est: sed eò spectarunt, quòd, quæ aliunde transferuntur, nova esse non possint. Quod clarè nos docet Aconius Pedianus, his verbis: *Translatitia veteres dixerunt, non nova, nec nuper inventa, sed aliunde translata.* Hæc ille ad verba ista Ciceronis Verrinâ III: *Sed in re tam usitatâ satis est ostendere, omnes antea jus ita dixisse: & hoc vetus edictum translaticiumque esse.* At clarè imprimis hanc ejus vocis proprietatem arguunt illa Tellij ad Appium *: *Rome composui edictum, nihil addidi, nisi quod publicani rogaverunt, cum Samum ad me venissent, ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum, diligentissimè scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumtus civitatum: quo in capite sunt quadam nova, salutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector. Hoc verò, ex quo suspicio nata est, me exquisivisse aliquid, in quo te offenderem, translaticium est. Vbi translaticium vocat illud edicti caput, quod non ipse composuisset; sed ex Appij edicto totidem verbis transtulisset in suum. Vnde colligit, gravem sibi injuriam fieri, quando dicitur, hoc egisse, ut Appium edicto suo deformaret. Nam, inquit, caput illud, unde eam sumunt suspensionem, non tam ipse scripsi, quàm ex tuo, mi Appi, edicto exscripsi. Similiter loquitur ad Att. lib. III, epist. XXI. Ea, inquit, rogatio tria capita habuit. Vnum de reditu meo. Alterum caput est translaticium, de impunitate, siquid contra alias leges, ejus legis ergo, factum sit. Sententia est, totum illud caput de impunitate esse vetus, quia omnibus illud legibus apponi solcat: Siquis ejus legis causâ quicquam contra alias leges egerit, id ei impune fore. Ceterùm Ciceronis quoque ævo non de jure solùm, sed alijs etiam rebus, dici solere; argumento erit illud Cælij ad Ciceronè ipsum epistolâ v: *Tamen si, inquit, hac de re puto te constitutum, quid facturus esses, habere: tamen, quò maturius constitueres, visum est, ut te facerem certiozem, nosli enim hac translaticia. Quasi dicat, nosli sic fieri solere. Ut translaticia hic quoque dicantur, quæ ex consuetudine dicis causâ transferuntur ad omnes epistolas. Sed quid vocabulo unî tantopere infistimus?**

† annot. in
Val. Max.
lib. 2. cap.

4.
† lib. 2. cap.
4.

* lib. 3.
epist. 8.

DE METONYMIA.

METONYMIA est, cum causa externa ponitur pro effectu, vel sub-
jectum pro adiuncto, aut contra.

Est itaque quadruplex; causæ, effecti, subjecti, adjuncti.

Metonymia causæ vel efficientem causam ponit pro effectu, vel finem pro eo, quod ad finem destinatum est.

Contra Metonymia effecti vel effectum propriè dictum usurpat pro efficien-
te, vel destinatum ad finem pro fine.

Ad Metonymiam subjecti pertinent exempla, quibus Deus ponitur pro
loco cui præsidet, vel dux pro exercitu, vel possessor pro re possessâ, vel
pro tempore id quod est aut fit in tempore, vel nomen rei signatæ pro
signo, vel objectum pro eo, quod circa illud versatur.

Ad Metonymiam adjuncti refero, cum continens ponitur pro contento, vel
tempus pro re que in tempore est, vel signum pro signato, vel pro ob-
jecti id, quod circa illud occupatur.

I. METONYMIÆ VOX EXPONITVR, AC DEFI-
NITIO, ET DIVISIO EIVSDEM.

METONYMIA, ut Cicero*, atque ex eo Fabius † scripsit, * in orato-
re. Rhetoribus *συναλλαγὴ* appellatur. Nos tamen Metonymiæ
† lib. 8. c. 6.
nomen retinemus, non quia magis tropi hujusce naturam exprimat;
sed quod hodie, & multis retro seculis, non apud Grammaticos
modò, sed & Rhetores ipsos, sit pervulgatus. Ac *συναλλαγὴ* quidem
submutationem sive immutationem notat: *μετωνυμία* verò *κτ' ἀλλεῖν* est
transnomen, ut *ἀνθρωπινα* pronomen: at *μετονομασία* esset transnominatio,
ut *ἀντρομασία* pronominatio. Donatus † tamen, & Isidorus †, transno-
† lib. de
barbarismo,
† tropis, &
† schemati-
† uni.
Parum exasciata, inquires, hæc definitio est, in quâ definitum † lib. 1. O.
† rig.
† lib. de tro-
† pis S. Scrip-
definitionis pars est, & quod definitio cum metaphorâ commune
est, id ejus differentia statuitur. Fateor, sed seculo hoc illi tribua-
mus, non Isidoro, aut Bedæ. Et quanto quæso rectiùs præstantissi-
mus Fabius? cui metonymia definitur *nominis pro nomine positio*. Sci-
licet metaphora quoque, ac synecdoche, nomen non ponunt pro no-
mine. Quare per me licet istiusmodi descriptionibus sese oblectent
Democriti populares, & Arcades *βαλαροφάτοι* †. Veram autem defi-
† standi-
† zoni.
nitionem

nitionem nōrit, qui sciat, metonymiam commutare nomina rerum, quæ conjuncta quidem sunt naturali vinculo, non tamen ita, ut alterum sit de alterius essentiâ, quemadmodum supra † diximus.

† cap. 5.
hujus lib.

Hoc verò qui sciat, is distributionem ignorare vix possit. Cùm enim conjunctorum alia spectent rem quâ sit, ut causa & effectus; alia quâ est, ut subjectum & adjunctum: minimum quatuor erunt modi primarij; causæ, effecti, subjecti, adjuncti. Vel, si *metonymia* de qua postea dicemus, subjicere metonymiæ visum est, summum erunt sex: nempe præter eos, quos diximus, hi duo fuerint modi, antecedentis, & consequentis.

II. DE METONYMIA CAUSSÆ EFFICIENTIS.

METONYMIAM causæ duplicem faciunt; unam efficientis, alteram materiæ. Quam divisionem mox ventilabimus. Metonymia causæ efficientis alia est causæ primæ ac principalis, alia instrumentalis, vel secundariæ.

*Ecl. 16.
19.

Prioris generis est, *Israël* pro *Israëlitis*, *Benjamin*, vel alius patriarcharum, pro tribu ejus. *Habent * Mosen, & Prophetas*; pro scriptis Mosaicis, & Propheticis. *Homerus* pro ejus pœmatis, *Livius* pro historia Livij. Juvenalis sat. VIII:

--- *Rara sine Mentore mensa.*

id est, toreumate. Huc etiam referenda sunt ea, in quibus aliquod gentilium numen ponitur pro eo, quod invenisse, aut efficere putabatur. Maro III. Georg.

--- *Lucinam, justosque pati Hymeneos.*

† lib. 2.
Hist. Nat.
cap. 101.
* Ser. vna
7. Æn.

Lucina pro *partu*, quem credebatur faciliorem præstare. Nimirum, quia, ut Plinius † ait, *Luna femineum ac molle sidus atque nocturnum, servit humorem, & trahit.* Ovid. IV. Met. fab. I LX:

--- *Sola Menecides intus*

* Ath. 1. sc. 2.
† sic rectè
sorrigunt,
quia curio
eis *χαιρὸς*
dandi *εὐ-*
sum pro ac-
cusativo
adscissit.
* Eum. 167.
4. sc. 5.

Intempestivâ turbantes festa Minervâ.

Minerva pro lanificio, cui præest *: uti & artibus alijs. Figmenti hujus causam docet Servius in Ecl. XI, & exinde Isidorus lib. XIX. Orig. cap. XIX. Quæ Cereris & Veneris cura credita sit, Plautus indicat Rudente *:

Cererem te melius, quàm Venerem sectarier.

Amori † hæc curat, tritico curat Ceres.

Hinc nomina eorum pro rebus, quas curent, & procurent, passim invenias. Ut in calcato illo Terëtij dicto *: *Sine Cerere & Libero frigeat Venus.*

Venus. Vbi satis cōstat, per *Cerere* significari fruges, per *Liberum* vinum, per *Venerem* sive *apodionā*, sive ipsam *μῆτιν*, quam *corporale concilium* Arnobius appellat. Ita & Comici locum interpretatur M. Minucius in Octavio. *In eandem*, inquit, *sententiam* & *Perseus* philosophatur, & *annectit inventas fruges*, & *frugum ipsarum repertoires*, *isdem nominibus*: ut *Comicus sermo est*, *Venerem sine Libero*, & *Cerere, frugere*. Arnobius extremo libro quinto: *In usu sermonis vestri Martem pro pugna appellatis*, pro aquis *Nepturnum*, *Liberum patrem pro vino*, *Cerere pro pane*, *Minervam pro stamine*, pro obscenis libidinis *Venerem*.

Monet Fabius †, hæc dici licentiùs, quàm ut fori severitas ferat. † lib. 8. Cicero tamen in Milonianâ ait: *Adde casus*, *adde incertos exitus pugnarum*, & *Martemque communem*. Sed non minùs hâc numen accipere possumus, quàm in ille Homericô *: cap. 6.

Εὐωδὸς † Ἐὐνάλιος καὶ τε κταίοντα κατέκτα.

Accommodatius illud pro Marcello: *Quos amisimus cives*, eos *Martis vis perculit*, non *ira victoria*. Nec enim Deus, sed prælium opponitur victoriæ. Apud historicos verò crebrum est, *Vario Marte*: & *Incerto Marte*. Etiam Valerij est in secundo Memorabilem cap. 1: *Proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit*. Atque ita sæpe Veneris vocabulo etiam usus Cornelius Celsus *.

At extra scenam nimix fuerit licentiæ, *Cerere salutare*, pro *gustare panem*: *salutare Liberum*, pro *gustare vinum*. Quomodo arbitrantur Comicum loqui in Amphitryone, sive is Plautus ipse, sive alius potius, vetus ille, sed Plauto tamen non paullo junior, qui ea, quæ deesse huic comœdiæ putaret, haut illepidè supplêrit. Verba ejus sunt *:

Nec Bacchum salutem hodie, nec Cerere, ni purgari jufferas
Vasa---

Ita enim non ineptè emendant *: ut sententia sit, nec panem, nec potum, hodie ori admoveam meo, nisi tu jufferas. Quæ si vera est conjectura, *salutare* dixerit Comicus, pro *ori admoveere*, quia *σοδὺν* *εὐμῶσι* †, *Deum salutare*, & *adorare*; quod viri eruditi & interpretantur, *ad os admoveere*. In Deorum enim salutatione eminus stantes, ne ore profano Deos tangerent, manum ori admovebant, ac suavia baatur. Quin multi volunt, id propriè esse *adorare*. Nos subtili isti etymologiæ ad sensum accommodare non possumus: de ritu tamen adsentimus: ut cujus meminerint Lucianus in Demosthenis encomio, item *ἐπι ἐρχίσινας*, Plinius lib. xxviii. cap. 11. & lib. xlii. cap. 8. & c.

* II. 2.

† Cōmunis

Mars, inq.

vicem per-

mitis per-

mentem.

* lib. 1. c. 3.

& alibi.

† Amphitryone Sc.

Di. nostram

scenam.

* præmitte

Gaspere

Scoppio

lib. 3. Veri-

simil. c. 8.

qui tamen

sententiam

hanc retra-

bat lib. 3.

suspensam

lectionum

Epist. 4. 9.

† æqualium

vim habet.

† Lipsius l.

2. Elect. c.

6. Muretus

l. 10. cap. 1.

Scoppius lib.

1. Verif. cap.

8. & c.

111. Appuleius lib. iv. Metam. Apolog. & Florid. Hieronymus contra Rufinum, & in Oseam cap. xiii.

Ab metonymiâ causæ principalis venio ad eam, quæ est causæ instrumentalis: quam à Peripateticis ad efficientem referri, satis constat. Vt *lingua* pro sermone; quomodo linguam Romanam, Græcam, Hebræam dicimus: vel pro obtrectatione; ut apud Tullium lib. ix. ep. ii. ad Varronem: *Vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus*: vel pro eloquentiâ; ut apud Apostolum i. Cor. i. *Si linguis angelorum loquar*. *Angelicam* verò metaphoricè dixit pro præstanti, quia summa omnia tribuebant angelis: unde dicebant, *panem Angelorum* †. Nisi malis manna ita vocari, quia etsi specie non differret à vulgari manna; tamen angelorum ministerio diversimodè fuerit productum, ac qualitatibus alijs ornatum: uti ex **xxvi**. Exod. cognoscere est. Instrumentalis quoque causa ponitur pro effectu, cum manus accipitur pro opere. Propertius lib. i. **111**. Eleg. **xx**:

Aut certè tabula capient mea lumina pictæ,

Sive ebores exactæ, seu magis are manus.

Itidè Cic. lib. vi. i. epist. ad Att. & alibi, *manum* dixit pro *scriptione*: ac Græci quoque eodem loquuntur modo, teste Polluce, & Suida: neque aliter Galli, & nos in sermone vernaculo, ac linguæ item aliæ.

Ad Metonymiam quoque efficientis referenda sunt ea, in quibus affectus, aliâ qualitas, vel actio, ponitur pro effectu suo. Cic. pro Milone: *Principum munus esse ducebat, resistere levitati multitudinis*. h. e. tumultui, quem levitas concivit. Imprimis hoc genere gaudent Hebræi. Ut Mich. vi. i. 9. *Iram Domini portabo*. h. e. poenam, quæ ab ira proficiscitur. Sic *elemosynâ* (quo propriè misericordia significatur) pro dono, sive opere misericordiæ, ut Mat. vi. i. & alibi. Simile quoque; hoc Lev. v. i. *Anima, que peccavit, feret iniquitatè suam*. h. e. poenâ iniquitate promeritam. Levit. xix. x3. *Opus mercenarij non permanebit tecum*: hoc est, mercedem opere promeritam non retinebis in diem postero. Plal. cxx. 2. *Laborem tuorum annuum manducabis*: hoc est, cibum labore proprio partum. Osee iv. 8. de Sacerdotibus: *Peccata populi mei comedent*. h. e. hostias pro peccato oblatas. Quomodo & i. Cor. v. 21. de Christo legas: *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso*. Vbi priùs peccatum sumitur propriè, deinde *metonymicè*, pro hostiâ piaculâri, cuius peccatum est causâ. Quamquam hic & metonymiâ subjecti statuere possis: quia victima, quæ mactaretur pro peccatis, peccata in se quodammodo reciperet: quò pertinebat, quò sacerdos

dos hostiæ imponeret manus, atque ei peccata quasi transcriberet.

Hujus etiam loci est figuratum illud loquendi genus, quod ἀρθερω-
παράθεσιν vocant. Nam ad metaphoram quidem pertinet, quatenus
Deus homini assimilatur: ut cui nunc membrum humanum tribua-
tur, etsi sit spiritus: nunc affectus hominis adscribatur, etsi sit ἀπαθής.
Ad μεταστροφάς verò referri debet, quatenus per membrum intelligen-
tur potentia, quæ membro illo exercetur: affectu item designatur
effectus, qui in homine ab affectu ejusmodi proficiscitur. Ut ma-
nus *, vel brachium † Dei pro potentiâ ejus. Oculus † pro cura & pro-
videntia. Ira & furor Dei † pro ultione ac pœna. Pœnitentia pro
mutatione vel beneficij in pœnam, vel pœnæ in beneficium; prout
Deus nunc boni, nunc mali, dicitur pœnitere. Itidem oblitio † voca-
tur, cum non opitulatur: expergescere ac vigilare † dicitur, cum succur-
rit. Atque ita in alijs.

III. DE METONYMIA ILLA, QUAM VULGO MATERIÆ VOCANT.

ET hæc de metonymiâ efficientis, præter quam alteram quoque
statuunt μεταστροφάς causæ; quam materia appellant, quia hæc
ponatur pro materiato. Et certè crebrum esse hoc loquendi genus,
nemo sanus negaverit. Ita homo dicitur terra †, quia è terra sumtus
est: semen mulieris † pro filio mulieris. semen Davidis † pro posteris, li-
gnum * pro cruce è ligno, pelles † pro tentorijs inde factis. Theo-
phrastus φολίωνα * appellat unguentum palmeum: κύων †, oleum ex
cipro arbore Ægyptiâ: κέρον † item κύρον ἡβ. ρορ † sive Σάπρον, prout
vocari scribit Athenæus †: nempe à Susâ, quo Persis & lilium signi-
ficatur, & urbs Persidis à liliorum copiâ, ut testatur Stephanus
πρόλιον, ac Hebræa quoque lingua confirmat. Eadem loquendi ra-
tio est, cum in Plinio legimus humanas dapes, & humanos potus, pro
eo, quod pari alibi religione vocat reliquias cibi, & humorem, quem
profundimus. Imò quia unam variorum esse rerum materies solet,
eò & metonymica ejusdem vocabuli significatio variat. Ut cum
cornu pro laterâ corneâ dicit Plautus *, pro arcu corneo Maro †:
aut cum idem Maro † aurum dicit pro phiala aurea, pro arcu auri-
to poëta antiquus apud Varronem *: aut cum ferrum sumitur nunc
pro gladio, ut interimere ferro; nunc pro vomere; ut †, At prisus igno-
rum ferro quam scindimus aquor. Aut cum as accipitur vel pro pecu-
niâ,

* Num. 12.

13.

† Exodi

15. 16.

† Psal. 33.

18.

† Exod. 15.

7. Exech.

7. 19. Ioan.

3. 36. Rom.

3. 5.

† Hof. 4.

Esa. 49.

24. 25.

† Psal. 7. 6.

† Genes. 3.

† ibidem.

† Psal. 18.

* 1. Petr.

2. 24.

† 2. Sam. 7.

Hab. 3. 7.

* palmam.

† Cyprium.

† lilium.

† unguentum

è lilij.

† lib. 12.

* Amphitr.

1. 1.

† Ecl. 10.

* 1. Ed.

* lib. 6. de

L. L. exre-

struione

Scalgeri

† 3. Geor.

† 1. Met. niâ , ut passim fit ; vel pro tabulâ ex ære , ut in illo Nafonis † :

--- Nec verba minantia fixo

Ære ligabantur.

i. leges non incidebantur tabulis æneis. Quo de more vide L. Io. Scoppam lib. 1. Collectan. cap. xiv , Paulum Manucium lib. de legg. Rom. Turnebum lib. xxv. Advers. cap. xxx. Anton. Augustinum lib. de legibus cap. xv1 , & Barnabam Briffonium lib. 111. de form. Ac hæc quidem evincere videntur, aliquam esse metonymiam materiæ.

Verùm, licet in his, ac sexcentis alijs id genus, materiam pro materiato poni, lubentes agnoscimus: neutiquam tamen ex eo consequi putamus, rectè à Rhetoribus quoque aliquam statui metonymiam materiæ; cùm, quæ hæctenus exempla adduximus, & quæcunque alia ejus notæ afferri queunt, rectius ad synecdochen partis essentialis referantur. Non ventilabo diu, aut lusorijs armis hanc causam agam. Certè materia pars est essentialis effecti sui, ac magis quidem propriè pars nominatur, quàm species; quæ Philosophi dicitur pars subjecta generi. Quare, si synecdoche est, cùm pars subjecta ponitur pro toto genere; multò magis fuerit synecdoche, quandoquocunque pars essentialis, cujusmodi est materia, ponitur pro toto, quod constat materiâ & formâ. Quod sicui stat sententia, mordicus vulgatam tenere opinionem; is per me licet dicat, esse simul metonymiam materiæ, & synecdochen partis; quia, etsi in exemplis allatis idem subiecto fit materiatum, & compositum; fortasse tamen aliud fuerit considerare materiam, ut ponitur pro materiato solo; quia cùm hæc naturali tantùm vinculo conjungantur, eo pacto fuerit metonymia: aliud autem sit considerare materiam, ut ponitur pro composito; quia cum materia sit de essentiâ compositi, juxta hunc considerandi modum futura sit *συνανδοχη*. Verùm quid quæso, aliud est materiatum, quàm compositum? Scilicet vulgus, cùm materiam accipit pro materiato, materiatum philosophorum more intelligit abstractè. Quare, nisi Ixioni similes, umbram pro re, errorem pro veritate, amplecti velimus: fateamur necesse est, longè antitare priorem sententiam; quæ cùm materia ponitur pro materiato, non minùs facit synecdochen partis essentialis, quàm cùm forma ponitur pro formato; E. G. anima pro homine; quam ipsimet appellant synecdochen partis.

Nec verò hoc solum evicisse contenti sumus. Aliud quoque, hoc nobis concessio, sequi putamus. Id verò est, *επινοησιμῶς* laxè nimis de-

finiri

finiri tropum, quo causa ponitur pro effectu, aut subiectum pro adjuncto, vel contra. Nam cum materia, aut forma, accipiuntur pro materiato formatove, causa profecto ponitur pro causato; nec tamen metonymia est, sed synecdoche. Huic definitionis vitio medicinam fecerimus, si non *ἀπλῶς causa* dicamus, sed *causa externa*. Eo enim essentiales causae excluduntur.

IV. DE METONYMIA FINIS.

QUAEADMODUM autem nimis metonymiae pomercia extendunt, cum ei synecdochica adjungunt: ita nimis eadem coarctant, cum quodammodo silentio suo damnant metonymiam finis pro eo, quod ad finem destinatum est. Horatius certe in arte poetica dixit,

*Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quae canerent, agerentque peruncti fecibus ora.*

Quo loco Franciscus Luifinus per *poemata* intelligit scenam, quae propter poemata fiebat: ut sententia sit, scenaria à Thespide plaustris esse circumductam, in quibus ejus canebantur poemata, & agebantur. Quamquam, ut ingenuè, quod sentio, dicam, mihi quidem magis verisimile fit, *poemata* hic proprie accipi: ut sententia sit, Thespidem, quod scena necdum esset inventa, poemata sua plaustris circumgestasse, atque ex ijs tragoedias docuisse. Nec Horatiano hoc defecti, exemplis omnino destituimur. Nam dixit Terentius †: *Si meus esses, exemplum omnibus curarem ut esses*. h. e. animadverterem in te dignis modis, quod alij ex te caperent sibi exemplum. Crebrum etiam est *custodia* pro *custodibus*. Ut apud Catullum *, *vigilat custodia*. Et Maronem †,

--- noctem custodia ducit

Insonnem...

Et Stoici eam Logicæ partem, quae docet argumentum in figurâ ac modo disponere, quod de re totâ melius certiusque judicari queat, *judicium* appellant. *Εὐχαιστία* quoque per metonymiam finis dicimus pro cœnâ Domini. Et hæc de duplici metonymiâ causæ.

† *Adelphi*
act. 5. sc. 2.
* *in carmine*
nuptiali.
† *9. Æt.*

V. DE METONYMIA EFFECTI PROPRIE DICTI.

SECUNDUM metonymiæ genus priori contrarium est. Nam complectitur exempla, in quibus per causatum intelligitur causa. Hunc autem modum in duos vulgò dispefcunt. Prior est, cum effectum proprie dictum accipitur pro efficiente; alter, cum materiatum ponitur pro materiâ.

Metonymia effecti est, quando, qui poetarum mos est, epitheton effecti proprium causæ tribuitur efficienti: ut in illo Virgilij t,

Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.

Nam morbus est efficiens morbo affecti quâ talis, & senectus reddit senes. Cum autem palleant, qui morbo affecti sunt, & senes sint tristes; effecti utriusque *ἐπίτροπος* utrique tribuitur efficienti. Similiter Prudentius in Hamartigeniâ, *Nec fluxu voluptas Diffinat*. Sic loquitur, quia homines voluptatibus dediti disfluunt. Nec hujusce elegantiz omnino expertes sunt Oratores: quippe, qui, teste Fabio, dicant, *precipitem iram, hilarem adolescentiam, seque otium*.

Verùm hoc de tropi genere immane quantum discrepare videntur Fabius, & Beda presbyter: ille enim effectum pro efficiente, hic efficientem pro effectu poni ait. Fabij sunt ista: *Illud quoque, & poetis, & oratoribus, frequens, quo eum, qui efficit, ex eo, quod efficitur, ostendimus*. Postilla subdit isthæc exempla: *pallida mors, pallentes morbi, tristis senectus*. Longè verò aliter venerabilis Beda t: quippe qui intelligi velit per efficientem id, quod efficitur: sicut *pigrum frigus, quod pigros homines faciat, & timor pallidus, eò quod pallidos homines reddat*. Verùm si, quod Beda ipse agnoscit, *pallida mors* haut aliud est, quàm pallorem adferens; si rectè *pigrum frigus* interpretatur pigros reddens: per effectum profecto intelligitur efficiens, ut bene Fabius sensit. Quamquam nec deerit fortasse, qui, ut Bedam de manifestario errore purget, unius verbi trajectione apud eum legendum contendat, *Item efficientem per id, quod efficitur* &c. Verùm calidæ istiusmodi conjecturæ frigidam suffundit, quod Beda mox subjiciat: *Aut contra per id, quod efficitur* &c. Sed quid in re leviculâ tricamur? Superfunt alia, quæque magis in ambiguo sint.

Ac primò quæritur, an cum Fabius, Beda, ac fortasse, quotquot veterum aliquid de metonymiâ scriptis consignarunt, haut alia hujus generis exempla adferant, quàm in adjectivis & *ἐπίτροπος*: scircò necesse

t lib. de tropis sacra Scriptura.

neceffe habeamus eorum fubfcribere fententiæ, qui ~~parvulus~~ effe-
 & i in iftis tantummodo locum habere exiftimarunt. Nobis quidem
 canis d'genu ep'adu t videntur. Dixit certè Horatius lib. I. od. IX:

Donec viventi canities abest

Morofa.

† extra
 curricula
 ferri.

Vbi canities pro fenectute ponitur. Ovidij eft XI I. Met. fab. v.

--- *Nec habebat Pelion umbras.*

hoc eft, arbores. Cicero in Milonianâ: *Si mors P. Clodij falus ve-
 ftra fuerit.* hoc eft, falutis cauffa. Multa etiam hujufmodi fe offe-
 runt in facris literis. Vt Genef. xxv. *Due gentes funt in utero tuo.* hoc
 eft, gentium auctores, Eſau, & Jacob. III. Reg. cap. IV. *Mors
 eft in olla.* hoc eft, mortiferum quid. Et Chriſtus ab Apoftolo * dici-
 tur nobis à Deo factus *fapientia, juſtitia, ſanctificatio, & redemptio.* h. e. 30.
 ſapientiæ objectum ac doctior, & noſter juſtificator, ſanctificator, &
 redemptor. Itidem cap. I. Apocalypſ. verſ. IV, etſi Spiritus S. *ſan-
 ctus* * unicus eſt; ratione tamen virtutis & operationis ſe in Aſiati-
 cas ſeptem Eccleſias exferentis, Johannes numerum effecti tribuens
 efficienti, ſeptem nominat ſpiritus coram throno Domini verſantes,
 à quibus æquè, ac à Patre & Filio, gratiam & pacem Eccleſijs optat:
 medio autem loco Spiritum S. inter Patrem & Chriſtum interſerit,
 quia longior de Chriſto inſtituendus erat ſermo.

Alius iterum ſe offert error vulgi; cujus de commentis propemo-
 dum dicere liceat illud Lucillij:

Pergula pictorum, veri nihil, omnia falſa.

Cujus enim pretij eſt, quod ſuavilidij illi pertendunt, metony-
 miam effecti non habere locum in verbis? Atqui Perſij eſt ſat. I I I:

--- & intus

Palleat.

Nam propriè intus pallere qui poteſt? Sed quia timor cauffa eſt
 palloris, *palluit* uſurpat pro *simuit*. Eodem modo, ſed paulò mol-
 liùs, dixit Horatius †:

Dum pueris omnis pater, & matercula pallet.

† lib. 1.
 epist. 7.

hoc eſt, liberis timer. Et de Titio Septimio, poetâ lyrico, ac tra-
 gico †:

Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus.

† lib. 1.
 epist. 3.

hoc eſt, extimuit. Simile eſt illud Maronis †:

Regina è ſpeculis cum primùm albefcere lucem.

† 4. Æn.

Vidit.

Albefcere enim luci tribuit, hoc eſt ipſi cauffæ alboris, cum pro-
 priè

pricè competat rebus, quæ luce illustrantur. Par ratio, cùm *mirari* dicitur pro *ignorare*. Vt Terent. Eun. † *Miror, quid ex Piræo abieris*. Vbi sic, ut dixi, interpretatur Donatus. Sed pleniùs idem in illud *Andriæ* †: *Miror, unde sit*. Vbi hæc annotavit: *MIROR veteres cum VNDE pro NESCIO ponebant. Nam admiratio ab ignorantia descendit*. Addit deinde, sic etiam accipi in Plautino isto †:

† prologo
Aulularia.

Siquis miretur qui sim, paucis eloquar.

Vulgò quoque cùm dicimus, *Primus hoc ille observavit*; quid aliud volumus, quàm, *observando deprehendit*?

* nomen.

At enim, inquit, *μετωνυμία* venit ab *ὄνομα* *, eoquæ à Fabio definitur, nominis pro nomine positio. Homines acutos! quasi non verba quoque dici possint *ὀνόματα* *. Nam id nisi esset, non opponerentur *ὀνόματα τοῖς πρῶτοις* †, nec definitio *ὀνοματοδύς* † esset *ἀντιδυσπρόβλητον ὀνοματοδύς* *, nec verba, cujusmodi sunt *tingere, pipire, boare*, rectè vocarentur *ὀνοματοποιήματα* †: quæ qui in dubium revocare volet, eadem intermortuam Pyrrhonis & Arcesilai *ἀπαταλίσια* † ab Orco in lucem protrahere sese studeat.

* nomina
† nomina
rebus.

† nomina
in.

* opposita
rebus.

† nominum
fissiones.

† incompre-
hensibilitate-
rem.

* lingua
Latina cõ-
mentario

2. præceptio-
ne 5.

† lib. 1. de
Elocutione
cap. 12.

† lib. 3. od.
1.

Monent præterea Rhetores, cùm effectus ponitur pro causâ, non debere eam obscurè nimis colligi esse effectu. Bellè quidem; at de exemplo, quo id adstruunt, hautquaquam adstipulor. Certè Hieronymus Rhegius *, & Ludovicus Carbo †, damnant Horatium, quòd dixerit †, *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat*: pro, sunt quos certamen Olympicum delectat. Verùm idem nulla hic est vel obscuritas, vel duricies. Nam Græcos, quod suo, imitatur Horatius. Ii eni m, quia in certaminibus equorum cursu pulvis excitari solet, pro *ἐναντίον* dicunt *κονίον*, quod propriè notat *ὄνον ἐγείρον*, atque, ut Horatius loquitur, *pulverem colligi*. Et hæc de metonymia effecti.

VI. DE IIS, IN QUIBVS METONYMIAM MATERIATI STATVNT, DEQVE METONYMIA DESTINATI AD FINEM.

QUOD verò ad metonymiam materiati attinet; sunt qui negent, materiatum unquam pro materia poni: sed, siquod ejus exemplum apud idoneum reperiat scriptorem, metonymiam id materiati fore, haut diffitentur. At hac in re bis peccant. Nam materiatum pro materia sumitur, cùm Deus sic loquitur apud servum suum

faum Mosem †: *Pluam vobis panes de celo.* hoc est, manna, unde si † Exod. 16. ant panes. Etiam, rogantibus Israëlitis, *man hu,* id est, *quid est hoc?* † respondit Moses *, *Iste est panis, quem vobis Dominus dedit ad vescendum.* Ac, ne solum Hebræos sic loqui putemus, Maro in eclogis *vers. 16.* ait:

Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

Serta pro floribus. Nec tamen hæc est metonymia materiati, cum materia sit materiati causa interna: ad metonymiam autem non alia pertineant, quam quæ non junguntur vinculo essentiali. Vel si exemplum hoc ad metonymiam referre lubet; fuerit metonymia finis, quia solemus flores legere eo animo, ut inde sertum fiat. Sin sertum non ut finem, sed ut materiatum, consideremus: erit synecdoche totius essentialis pro parte. Nimirum quia, quod primum est intentione, id ultimum est executione: eò unum idemque & finis est, quando intenditur, & materiatum sive effectum, postquam animus effecit, quod proposuerat. Ut nihil impediatur, quo minus aliquid sit, tum metonymia finis, tum synecdoche partitis: non item metonymia materiæ, quia materies minimè pertinet ad metonymiam: ut satis apertè mihi videor monstrasse. Quare verbum non addo, cum ne operam abuti dicar in re clarâ firmandâ; tum ne fiat illud, quod Varro vocat, caprinum prælium.

Quemadmodum autem, cum de metonymiâ causæ agunt, malè omittunt metonymiam finis: itidem in metonymiâ causati malè prætereunt eam, quæ est destinati ad finem. Magis fortasse nomini suo consulissent, si in sacrâ paginâ adfidui esse, quam dicis causâ, versari maluissent. Nam, ut cætera mittam, exemplum istiusmodi *μετωνυμίας* est in illo Abimeleci cap. xx. Genes. *Eccè is tibi est operimentum oculorum.* Vbi Abrahamus dicitur Saræ esse velamen, h. e. is, ob quem ea velari debebat in subjectionis signum *. Nec nationum scriptores hoc loquendi genus nesciunt, ut Catulli loco ostendamus, cum ad *μετάληψιν* peruentum erit †. Et hæc de metonymiâ causati.

* *AN E-*
phes. 5.
vers. 9.
† *cap. 10.*
hujus lib.

VII. DE METONYMIA SVBIECTI, ET AD- IVNCTI, GENERATIVI.

CÆTEROS *μετωνυμίας* modos, qui complures sunt, revocant ple-
rique Rhetores ad *μετωνυμίας* subiecti, & adjuncti. Sed, etsi Peri-
pateticis accidentium subiectum, fundamenti ratione, semper est

substantia; unde ea *subiectum inhaesivum* vocatur; ratione verò attributionis subiectum vel substantia est, quomodo homo subiectum est eruditionis, paries coloris; vel accidens, quomodo linea dicitur longa, tempus breve: tamen ex eorundem sententiâ neque continens subiectum est ratione contenti, neque patronus ratione clientis, aut dux ratione exercitus. Quare latius multò, quàm subiecti & accidentis voces accipit Aristoteles, subiecti & adjuncti nominibus utuntur illi, qui duplicem faciunt metonymiam subiecti, duplicem item metonymiam adjuncti: ac quidem, cum continens ponitur pro re contentâ, vocant *μετωνυμίας* subiecti in se recipientis; quoties dux pro exercitu, patronus pro cliente, deus pro loco, aut possessor pro re possessâ usurpatur, metonymiam statuunt subiecti ad se recipientis: item, si virtutes vitiaque pro personis ipsis usurpantur, metonymiam esse aiunt adjuncti inhaerentis; & cum signum ponitur pro signato, metonymiam appellant adjuncti adhaerentis. Idem iudicium esto de his, qui adjungunt metonymiam, tum obiecti, tum ejus, quod circa illud se occupat. Verùm dici potest, latius naturâ suâ patere adjuncti vocem, quàm accidentis: quippe etiam substantia substantiæ, ut brachium scapulis, virgultum trunco, adjungitur; non autem accidit. Itaque, etiam de nonnullis horum aliter statuam, ut suo aperiam loco: tamen ipsa subiecti & adjuncti vocabula retinebo; cum ne madidam memoriam juventutis novis turbem vocibus; tum ne laureolam videar in mustacijs quærere.

De metonymiâ antecedentis, & consequentis, hoc quidem loco nihil addere visum est, quia multò rarissima sunt eius exempla, quæ non ad aliquod aliud *μετωνυμίας* genus referri queant: ut fortasse vix eorum nunc habenda esse ratio videatur. Verùm hæc de re pluribus in *Μεταλυσει*. Nunc de singulis, quos antè recensuimus, modis singillatim agamus.

VIII. DE METONYMIA SUBIECTI.

TERTIVS igitur *μετωνυμίας* modus est, quo subiectum ponitur pro adjuncto. Subiecti autem voce nunc aliorum, quos dixi, exemplo, utar admodum laxè, & ex parte etiam valde improprie: nempe pro eo, cui quid inest, vel adest, vel circa quod aliquid verfat. Ut triplex sit metonymia subiecti; una recipiens in se, altera ad se recipientis, tertia obiecti, sive subiecti occupantis.

Metonymia subiecti, cui quid inest, nunc usurpat subiectum pro quali-

qualitate five affectione, quæ inest; nunc pro actione, quæ in eo fit; nunc pro corpore five substantiâ, quæ eo continetur.

Primi generis videtur, cum *jecur*, quod cupiditatis sedes est, juxta Platonem, pro placito five libidine accipitur. Pacuvius Chryse*:

-- Nam istis, qui linguam avium intelligunt,

Plusque ex alieno jecore sapiunt, quam suo,

Magis audiendum, quam auscultandum, censeo.

Interdum etiam pro sapientiâ usurpatur; ut veteri Epigrammate in Catonem Grammaticum †:

En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.

Ubi & simili *μωρωτά* cor pro sapientiâ sumitur. Quemadmodum etiam apud Plautum *Perfâ* ‡:

Di istam perdant. Ita cata est & callida.

Habet cor, quam dicit, quæ opus est!

Cæterum, ut Tullius ait 1, Tuscul. *Alij in corde, alij in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum.* Eaque est causa, cur *cerebrum* similiter sumatur. Ut cum *Caper* grammaticus ait, *Qui cereber dicunt, sine cerebro vivunt.* hoc est, non sunt sanæ mentis. Horatii est*:

-- O te, *Bollane, cerebri*

Felicem!

hoc est, O te beatum, ob mentem aded præclaram ac generosam.

Itidè Græci *σφύρας* vocant *σφύρας*, ut in nobili illo Epicharmi † dicto:

Νῆρε, ἢ μὲν ἄρα ἀνθρώπων, ἀπὸ τῶν ταῦτα τῶν σφύρων.

Nam *σφύρα*; hic sapientiam significare, ostendit illud Q. Ciceronis: *Quamobrem*, inquit, *Epicharmeum illud teneto, Nervos atque artus esse sapientie non temere credere.* At propriè *σφύρας* sunt membranæ, quibus cerebrum & cor involvuntur; et si Eustathius ita vocet τὸ διάσφύρας; nonnulli etiam *σφύρας* propriè mentem, at *μωρωτά* diaphragma, significare tradant. Verùm res tanti non est, ut super eâ necesse sit haberi doctorum comitia.

Atque ut *jecur*, cor, *cerebrum*, pro sapientiâ; ita, quia in vultu pudor relucet, *frons*, & *os*, sæpe sumuntur pro pudore. Vnde Catullus ‡:

— Pudorem

Ferreo canis exprimamus ore.

Perfij verdè est *fat. v*:

-- Exclamet *Melicerta*, perisse

Frontem de rebus.

De utroque ita Donatus in Eunuch. * *Os duryum*, os impadens: ut * *act. 4. sc. 7.*

* apud Cic.

lib. 1. de

Dromat. &

ex parte a-

puâ Non. in

Auscula-

re.

† apud Suet-

on. de il-

lust. Gram-

mas.

‡ Act. 4. sc.

Satin A-

thens.

* lib. 1. sat.

9.

† Apud

Dionem

Christo-

mun. lib.

act. 4. sc.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

11.

contra mollis frontis dicuntur, qui sunt reuerentes, Atque hinc lucem caput illud Asinij Galli de M. Pomponio Sabino t:

† apud Sueton. de illust. Græm.

Qui caput ad levam deicit, glossemata nobis
Præcipit. os nullum, vel potius pugilis.

Os nullum, hoc est, nullius pudoris: os pugilis, hoc est, durum, quale est pugilis, quod cæstibus crebro feritur. Durum autem os, pro impudenti; quomodo Terentium loqui Donatus notavit, ut vidimus.

Metonymiæ subiecti ejus, cui qualitas sive affectio quomodo-cunque inest, vicina est illa, in qua per locum, ubi aliquid fieri solet, intelligitur actio, quæ in eo fiat. Cic. 1. de Orat. Age verò, ne semper forum, subfella, rostra, curiamque mediteris.

Sed longè usitatissima est illa, cum per locum signamus substantiam, quæ locum illum occupat. Ut Genes. VI. II. Terra corrupta erat. id est, homines. Deut. XXXI. II. Sicut aquila nidum suum excitat ad volandum. hoc est, pullos suos. Ita Janus locus erat Romæ in foro *, sic dictus ab duabus †, vel, ut Acron ‡ putat, tribus Jani statuis. Sed per μετῶνυμιας continentis ponitur pro foeneratoribus, trapezitis, ac mercatoribus, qui eo in loco habitabant, aut versabantur. Horat. epist. 1. lib. 1.

* Seneca in Συναγωγῶν κωμῶσιν.
† P. Victor. in 8. Reg. urbis.

--- Hac Janus summus ab imo

Prodocet.

Ubi libri plerique pradocet: sed prodocet est in MSSis, & vet. editr. † & scripturam hanc agnoscit quoque Jacobus Magnus Tolletanus *, qui ante annos vixit ducentos. Maro 1. Georg.

‡ in lib. 2. sat. 3.

Poculaque inventis Acheloia miscuit uris.

Nam aquam intellexit per pocula Acheloia, id est, aquea. Veteres enim, Eustathio * teste, Acheloum pro quavis aqua ponebant. Vvas itidem pro ipso accipit vino: sive metonymiâ continentis, sive potius per metonymiam vel synecdochen materiæ pro materiato. Juvenalis sat. xvii:

† ut Venetâ anni 1479.
* lib. 5. Sophology cap. 15.
* Iliad. β. pag. 353. edit. Rom.

Quàm tu Coryciâ semp̄r qui puppe moraris,
Atque habitas, Coro semper tollendus, & Austro,
Perditus ac vilis sacci mercator olentis.

Vbi per vilem, & olentem saccum, intelligit opobalsamum, aliâve mercem fætidam; ut vetus scholiastes exponit: vel, quod longè verius, crocum signat; ut argumento est, quod Coryciæ navis fiat mentio. Corycus enim croco nobilis. Is Ciliciæ mons est: unde, ut Horatius † Corycium dixit crocum, ita Lucretius * Cilicem, ac spi-

† lib. 2. sat. 4.
* lib. 2.

eam Cilissam pro eodem Naso in Fastis †.

† lib. 1.

Nonnulli in hujusmodi exemplis metonymiam subiecti esse negant. Atque hi ad *συμειδιολω* referunt, ac pro se facere arbitrantur nomen *συμειδιολω*, quod *comprehensionem* sonat. Verum aliter locus comprehendit locatum, aliter totum comprehendit partes: idem numero locus aliud atque aliud locatum recipit: at partes sunt de essentia totius. Adde quod nec semper *τρομα* convertantur cum re, cum non sit *consul*, quisquis consulit Reip. & ut tropum opponamus tropo, quamvis *μετωνυμια* sonet *transnominacionem*, non tamen semper metonymia est, cum nomen pro nomine ponitur; quandoquidem hoc omnibus tropis commune est.

Etsi autem hæc esse *μετωνυμια*, nobis quidem certum sit, non arbitrarium: minimè tamen ijs adstipulamur, qui hanc vocant *μετωνυμια* subiecti. Nam quemadmodum *μετωνυμια* esse agnoscimus, quia continens & contentum naturali quidem vinculo conjunguntur, at non ita, ut alterum sit de alterius essentia, uti in synecdoche fit (nam id si esset, non maneret unum numero continens, mutato subinde contento) ita *μετωνυμια* quoque adjuncti esse arbitramur, quia continens sit locus, contentum sit locatum: locus autem corpori locato accidit, cum commune sit corporum accidens; uti & tempus; quemadmodum quarto *φυσικῆς ἀκουστικῆς* libro ab Aristotele docetur ex tripode, non dico Apollinis, verum rectæ rationis. Sed exemplis quoque pugnemus. Maronis est †,

--- *Cælo gratissimus annis:*

pro cœlitibus. Eiusdem est *,

--- *Ille impiger hausit Spumantem pateram:*

† 8. *Æn.*

* 1. *Æn.*

pro vino. Et *Roma* pro Romanis crebra est. At *Dij* non sunt adjunctum cœli, nec vinum pateræ accidens est, nec Romani urbis: verum *Dij*s, vino, civibus, accidit locus, quo continentur. Falsi videntur istiusmodi argumentatione: Subiectum continet: locus continet. Ergo locus est subiectum. Verum aliter accidens est in subiecto, aliter locatum in loco. Deinde nec investes pueri nesciunt, ex puris affirmantibus illegitimè in secundâ figurâ contexti *συλλογισμῶν*, quando maior non recipitur. Et hæc quidem paucis dicta sunt pro sententia nostrâ; quam non ponimus nos, sed proponimus. Quod si veritatem non semper ex altissimo Democriti puteo extrahere quiti sumus: at certè huiusmodi quæstionibus exercebimus ingenia juventutis, & eliciemus eruditorum iudicium.

Porrò

Porro aliud quoque hinc colligimus : nempe *μετωνυμίας* subiecti fore, non cum tempus pro re, quæ in tempore est, sed, quod in tempore est, pro tempore usurpatur. Nam res, ut in loco, ita in tempore est, ac tum locus, tum tempus, ut dixi, sunt rei accidentia, atque, ut vocant, circumstantiæ. Est igitur *μετωνυμία* subiecti, cum *messis* sumitur pro tempore messis. Ut illo Pliniano lib. **XXII**. cap. **XIII** : *Semen (urticæ) colligi messibus oportet. Et lib. XXIV. cap. XIV: Flos mori per messes colligitur.*

IX. DE METONYMIA SVBIECTI AD SE
R E C I P I E N T I S.

VIDIMVS de metonymiâ subiecti in se recipientis. Nunc expendamus ea, quæ referunt ad metonymiam subiecti ad se recipientis. Primum eorum genus est, cum possessor ponitur pro re possessâ. Ut apud Maronem * :

* 2. *Æn.*--- *Iam proximus ardet**Ucalegon* : pro domo Ucalegontis.

Item cum hominem devorari dicimus, cujus consumuntur opes.

† *act. 4. sc.*
Malus &
nequam.

Plautus Pseud. †.

*S i. Jamne illum comesurus es? B A. Dum recens est.**Dum datur, dum calet, devorari decet.*† *act. 2. sc.*
*2.*Sermo est de caculâ, cui nomen Harpax. Idem Asinariâ †, cum Libanus cognovisset ex Leonida, advenisse chlamydatum cum pecuniâ pro asinis: quærit confestim, *Vbi is homo est?* ac subijcit Leonidas : *Iam devorandum censet, si conspexeris?* hoc est, emungendum† *in Claudio*
cap. 9.
* *juxta re-*
stitutionem
Carrionis,
& Phœnycij;
ut cervi
suis serui
nequam;
caues, pa-
rasiti.
† *occipede.*
† *aliquem*
duorum boum,
& unius esse
plausivi do-
*minum.*argento. Nec aliter capiendum illud apud Tranquillum †, *Clau-*
* *dium venalem pependisse.* Atque ab hac metonymicâ locutione origo est fabulæ de Actæone comesto à canibus suis, hoc est, adulatoribus ac parasitis. Quod pertinet illud Varronis * : *Crede mihi, plures domi-*
nos cervi comedere, quam canes. Quod si Actæon occupasset, & prius suos
*canes comedisset, non nugæ saltatoribus in theatro fieret.*Sunt qui in talibus credant esse *μετωνυμίας* adjuncti, quia possessor sit tanquam contentum : quomodo Ucalegon adibus, rex arce suâ continetur. At, puto, non dicent, etiam bubus eum contineri, cui haut aliæ opes essent, quàm rusticæ : etsi eum vocarint olim *ὀκτάπους* †, quo significabant, *8vo † ποὺν δ' ἐπάρτου ἔδ' ἄμα ἄνεις μίας*, teste Luciano in Scythia. Quamto igitur rectius possessor dicitur esse subiectum rem possessam ad se recipiens; quia opes, ac omnia fortunæ bona, accidunt

accidunt hominibus. Adde quòd litèr lite dirimere conantur, cum incertum sit, num contentum rectè statuatur adjunctum. Nos quidem, subjèctum esse, suprà docebamus; in quo si verum viderimus, hæc quoque perorata lis est. Pronunciabunt eruditi *tu* *disponunt* †.

Atque ex his etiam liquet, cujusmodi *metonymia* sit, cum Deus loci ponitur pro loco. Nam quamvis hæc ex vulgi sententiâ metonymia adjuncti fuerit, si Deum considerare, ut contentum; locum, ut continens: tamen metonymiam subjècti esse, negari nequit, si Deus consideretur, ut dominus loci; locus autem, ut regnum, quod quasi sortitò ei obtigerit. Maro vi. Æn.

— *Primsque in faucibus Orci.*

Quæ ad verba ita Servius: *Deum posuit pro loco: ut Iovem dicimus, & ærèr significamus. Horat. † Manet sub Iove frigido Venator. Orcum autem Platonem dicit. Nec enim per Charonta possumus intelligere inferos dictos, quia minor potestas pro imperio numquam ponitur; sed illa, quæ tenet imperium. Nequis mihi hic nebulas aliquas, aut officias. Disertim enim confirmant hæc sententiam nostram: nisi quis tam ineptè desipiat, ut nondum videat, eum, qui imperium tenet, subjèctum quodammodo esse ejus, in quod imperium sit adeptus. Iridem autem Neptunus, ac Venus, interdum usurpantur pro rebus, quibus præsidet. Nævius †:*

Coquus edit Neptunum, Venerem, Cerecem:

ubi panis significat r per *Cerecem*, pisculenta per *Neptunum*, olera per *Venerem*, utpote hortorum præsidem, teste Plauto, Varrone, Plinio. Ne M. Antonio Delio credas, qui † *Liberum*, vel *Palladem*, pro *Venerem* substituendum putat, contrà omnium veterum, & novellorum codd. fidem. Nec *Iupiter* tantum pro ærè, aut cœlo, accipitur; ut fit in Horatij loco à Servio suprà adducto, atque alibi sæpe; sed & pro vento; ut in illo Catulli *:

— *Sive utrumque Iupiter*

Simul secundus incidisset in pedem.

Porro totum hoc à poëtis factum ad opinionem vulgi, plures Deos pro variis naturæ partibus statuentis. De quo longè aliter philosophi: qui unum esse Deum credebant, nec Vulcanum igni præesse, sed ipsum esse ignem putabant: ac par in cæteris ratio est: unde Minucius Felix in Octavio: *Zenon interpretando Ionem ærè, Iovem cælum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum, & cæteros similiter vulgi Deos, elementa esse monstrando, publicè arguit graviter & revincit errorem.*

† quæ sententia placet.

† lib. i. od. 1.

† Apud Festum in Coquus.

† commentario in Oedipum Seneca.

* Carm. 4.

Non desunt eruditi, qui, uti est metonymia causæ efficientis, cum *Bacchus* pro vino, *Ceres* pro frugibus sumitur: ita eodem etiam referunt, cum *Iupiter* pro aëre, *Neptunus* pro mari accipitur. Sed planè falluntur. Neque enim *Iupiter* à poëtis æthera, aut *Neptunus* mare dicitur condidisse: imò hæc fuisse aiunt, priusquam illi nascerentur è Saturno, & *Rhea*: sed fortitò hoc ijs imperium obtigisse, fabulantur. At *Liber* vini inventor, *Ceres* frugum, *Minerva* lanificij inventrix credebatur.

Etiam ad metonymiam subjecti ad se recipientis pertinet, cum dux ponitur pro exercitu. Ut cum ab *Annibale* apud *Cannas* cæsa esse dicimus sexaginta Romanorum millia. Nimirum *Hannibali*, velut subjecto, accessit, & quasi accidit imperium in exercitum, haut aliter ac hominibus contingunt opes; ac gentium *Dij*s potestas & jus in portionem aliquam orbis obtigisse putabatur.

Nec dissimilis ratio videtur, cum *patronus* sumitur pro cliente, *advocatus* pro reo. Ut pro *Roscio Amerino*: *Primum à Chrysgono peto, ut pecuniâ, fortunisque nostris contentus sit; vitam & sanguinem ne petat.* Vbi Orator sibi tribuit *Roscij* partes, quia eum receperat defendendum.

Nec subjectum solum ad se recipit personam, sed quandoque & rem: quomodo Deo, vel homini, simulachrum accedit, regis conditioni sceptrum, vino hedera, & ita in alijs: unde nunc res pro signo, nunc signum pro re figuratà usurpatur. Prius loquendi genus ad metonymiam subjecti adhærentis pertinet. Ut *I. Corinth. xi. 10*: *Ideo debet mulier habere potestatem supra caput.* hoc est, velamen, signum potestatis, quam vir in mulierem habet. *Macrobius lib. i. i. Satur. cap. i. ii.* quod est de jocos *M. Ciceronis*: *Nec Q. Ciceroni fratri circa similem mordacitatem pepercit. nam cum in eâ provinciâ, quam ille rexerat, vidisset clypeatam imaginem ejus ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam (erat autem *Quintus* ipse statua parva) ait: Frater meus dimidius major est, quam iocus.* Iocus est ex ambiguo. prius enim frater per *ætrorvulæ* signati pro signo, posteriùs propriè sumitur.

Tertium subjecti genus superest, quod aliter *obiectum* vocatur, vel *materia, circa quam*. Hoc quoque usurpatur interdum pro re, quæ circa illud occupatur. *Cicero* pro *Milone*: *Inter arma silent leges.* hoc est *judices*, quorum est juxta leges sententiam ferre. *Virgilius Ecl. i.*

Formosam resinare doces Amaryllida sylvas.
hoc est, carmen de *Amaryllide*. *Lucanus* in *ix*:

Pharsalia nostra

Vivet, & à nullo tenebris damnabitur avo.

hoc est, poema de Pharsalia. Vbi & metonymia est continentis, *Pharsalia* pro prælio in Pharsalicis campis commissio. Item Synecdoche, quia poeta à nobilissimâ parte eorum, quæ narrat, operi nomen imposuit, consilio non tam malo, quàm summo viro, Cæsari Scaligero, videbatur*.

* lib. 6. de
re poet. cap.
6.

X. DE METONYMIA ADIUNCTI INHÆRENTIS.

SEQVITVR metonymia adjuncti; quæ similiter est vel adjuncti inhærentis, vel adhærentis, vel circa objectum suum occupati. Metonymiam adjuncti inhærentis duplicem faciunt. Vna est contenti pro continente. Vt illo Catulli †:

*Oramus, si fortè non molestum est,
Demonstres, ubi sint tua tenebra.
Te campo quasivimus in minore:
Te in circo, te in omnibus libellis.*

† carm. 36.

Libellis (quomodo etiam est in principe Catulli editione, quæ Regij Lepidi prodijt*) dixit pro tabernis librarij. Et probat id Scaliger quoque: ut geminum sit illis, quando Attici dicunt, ἐν ἰχθυῶν †, pro ἐν ἰχθυοπωλείοις*, ἐν λαχῶν †: pro ἐν λαχνοπωλείοις †. Similis fuerit metonymia, si versu primo rectum est *tenebra*; ut est in eadem Regienſi editione, item MSSis. Sumetur autem pro loco tenebricoso: quomodo & loquitur Matthæus Euangelij cap. XXI. 13. *Con-*

* an. 1421.

† in pisci-

buis.

* in foro

piscario.

† in cler-

buis.

* in foro

olitorio.

† 2. An.

excite eum in tenebras exteriores. Altera adjuncti inhærentis metonymia statui solet, cùm virtutes vitiaque ponuntur pro personis ipsis: ut in his Plauti; *deliciae pueri, scelus viri, flagitium hominis*: item in illo Maronis †;

*Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno
Disce omnes.*

Vbi *crimen* ponitur pro reo, quia sententia est; Ex uno Sinone disce, omnes Græcos esse insidiatores. Quamquã, si ad vivũ omnia, philosophorum more, refecemus, non fuerit hæc *metonymia* adjuncti. Quod docebo tam clarè, ut, si fallam, vix recussem, quin fides in talibus parũ mihi propitia sit in omne ævum. Sumamus hoc Terentij †:

Vbi illic scelus est, qui me perdidit?

Non hic *scelus* pro homine ponitur; sed pro scelesto. At *scelus* adiunctum quidem est hominis: verùm scelesti non adiunctum est, sed

† Andr.
act. 3. sc. 5.

forma essentialis; haur aliter atque sanitas est forma essentialis hominis sani, quâ sanus; aut sapientia sapientis, quâ talis. Nam si scelus scelesti adjunctum esset, aut sanitas sani, aut sapientia sapientis; ut arbitrantur, qui tantum dicis causâ philosophiam degustarunt: posse scelestus sine scelere, sanus sine sanitate, sapiens sine sapientiâ esse, intelligi, ac definiri: quandoquidem hæc accidentium natura est, ut abesse possint sine subiecti interitu. At homo sine scelere, sanitate, ac sapientiâ, & esse, & intelligi, & definiri potest; scelestus autem, sanus, sapiens, sine illis non potest. Quod si quis contra pertendat, quæro, quam scelesti formam essentialem putet, si scelus non sit? aut unde quemquam sanum dici arbitretur, si non ob sanitatem? aut per quid sapiens sit talis, si per sapientiam sapiens non sit? Quod si alia forma adferri nequit, fateamur necesse est, cum huiuscemodi nomina commutantur, accuratè loquendo, hautquaquam esse *μετανομαζον*, sed synecdochen formæ; de quâ capite proximo acturi sumus.

V. DE METONYMIA ADIVNCTI ADHÆRENTIS, ET OCCVPATI.

N VNC persequamur ea, quæ retulere ad metonymiam adjuncti adhærentis. Huiusmodi est, cum tempus ponitur pro eo, quod est in tempore. Plautus Sticho *: *Ve atati tua*. id est, tibi. Idem Menæchmis †: *Sibi inimicus magis, quam atati tue*. Par ratio videtur †, cum *seculum* pro genere, aut multitudine ponitur. Lucretius

lib. I I:

--- parit omnia secla ferarum.

id est, universam ferarum propaginem, sive omnes feras. Et lib. v:

Lanigeræque simul pecudes, & bucera secla.

id est, boves. Nam *bucera* dicuntur, quibus ingentia sunt cornua: quia *βου*, & *κέρας*, in compositione augent: unde *κέρας*, sive larus dictus *βουρά* *, atque Herculi dicatus est ob voracitatem †: & equus Alexandri vocatus *βουκόρα* **, non à bubuli capitis similitudine, ut putavit Festus; & fortasse etiam Strabo †, (qui sic dictum ait à latitudine frontis;) sed vel ab iniusto bubuli capitis signo *, (quemodo *νοστρον* dicti, quibus iniustum K †, seu potius Kophe †) vel, quod nec minus placet, à capitis magnitudine.

Præterea hæc refer, cum signum ponitur pro signato. Ut quando nomen, quod rei signum est, teste Aristotele *, pro re ipsâ accipitur.

* *Ad. 4.*
sc. 2.

† *Ad. 4.*
sc. 3.

* *Athenæus*
lib. 10.

* *Nisi*
sc.

κατ' ὄψιν

οὐδὲ dici

sc. de serie

temporis:

primò autè

animam,

vel corpus;

rei serie no-

ter: quippe

quod sic se-

quendo. *Ve*

enim à spe-

cio specu-

lum, ita à

sequor se-

culum.

† *Aristo-*

phanis sibi-

liastes.

* *lib. 5.*

* *lib. 5.*

* *lib. 5.*

* *lib. 5.*

* *lib. 5.*

pitur. Ita Græci, Hebræorum exemplo, *μαλαί* & * dicunt pro *μαλά* †: * *dicunt*
 & apud Æschylum est, τὸ *Θυεαίων* *ἄρομα*, pro Thebanis: apud Livium, † *esse*.
nomen Romanum, pro Romanis: apud Val. Catonem in Diris,
Et felix nomen agelli, pro agello felici.

Item cùm per *sceptrum* notatur regnum, per *fascēs* consulatus, per
vitem munus centurionum. Juvenal. sat. xiv:

Scribe puer, vigila, cassas age, perlege rubras

Majorum leges, aut vitem posce libello.

Quem in locum ita vetus scholiastes: *Vi centurio fias, da libellos,*
id est milita. Vitis enim insigne centurionum est, à Libero patre inventum,
qui primus triumphavit, & inventor vitis est.

Par quoque ratio, cùm per *pubem* signatur juvenus, per *cani-*
tium senectus. Aut cùm *indumentum* pro ipsâ personâ accipitur.

Tibullus †: *Sit tibi cura togæ potior.* Nam intelligit meretricem di- † *lib. 4.*
 tiorem, quæ togata, uti diximus alibi *: itidem pauperior accipien- * *carm. 10.*
 da, & quæ in gynæceo conclusa pensum facit, cùm mox subiicit: 10.
 * *lib. 6. cap.*

Pressumque quasillo Scortum.

Simili quoque metonymiâ, sed significatione dissimili, eandem
toga vocem usurpavit Cicero, cùm dixit:

Cedant arma togæ, concedat laurea laudi; vel, ut alij, lingua.

Nam de eo, itemque armorum vocabulo, ita ipse Tullius †, opti- † *orat. in*
 mus verborum suorum interpres: *Non, inquit, dixi hanc togam, quâ Pisonem.*
sum amictus; nec arma, scutum aut gladium unius Imperatoris: sed, quia
pacis est insigne & otij toga; contra autem arma tumultus atque belli; more
poëtarum locutus, hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio
concessurum. Præter verò hanc metonymiam signi, est & hic meto-
 nymia efficientis, cùm *linguam* dixit pro eloquentiâ. Ita enim lege-
 runt Sallustius, sive Porcius Latro, vel quisquis auctor invectivæ
 in Ciceronem, *Quintilianus lib. 11. cap. 1.* & Plutarchus in Cice-
 rone. Non tamen repugnem, si quis *laudi* potiùs cum Fulvio Ursi-
 no, & Francisco Polleto, legere malit, quàm linguæ cum Victorio,
 & Lambino: tum quia elegantior est *virtutis* *, ut forensia confe- * *oppositio.*
 rantur cum castrensibus, & amborum præmia inter sese: (nam armo-
 rum præmium laurea est; togæ sive forensium actionum laus ac
 gloria:) tum quia optimi & vetustissimi codices *laudi* habent: tum
 quia Cicero studuisse videtur syllabarum antanaclasi; unde illud
 ejusdem:

O fortunatam natam me consule Roman!

tum quia id Tullius ipse comprobare videtur, cùm mox subiicit:

Nam cum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam & cruentis faucibus lauream ad portam Esquilinam abiecasti, indicasti, non modo amplissima, sed etiam minime laudi, lauream concessisse.

† fides.
† quod cre-
ditur.

Resat metonymia adiuncti occupantis; quâ ponitur aliquid pro obiecto. ut quando *spes* † notat *res* †, *spes* rem speratam, amor quod amamus. Proverb. xiii. 12. *Spes, quæ differtur, affligit animam.* i. Sam. i. 27. *Dedit mihi Dominus petitionem meam.* hoc est, rem petitam. Cicero lib. xiv. epist. xiv. *Hem mea lux, meum desiderium.* h. e. Terentia mea, quam sic desidero. Catullus †, & alij, *amores meos*: h. e. quem, vel quam amo.

† eam. 39.

XII. EPILOGVS DOCTRINÆ DE METONYMIA, & VISIO- NE, DEQVE TROPIS EIVS CAVSSA, ATQVE VSV.

ET hæc de speciebus *metonymias*. Quod si subjecti & adjuncti nominibus vim fecisse videamur, laxè aded & improprie ea usurpando: equidem non refragor, quo minus appellatione eorum utarum magis proprie, ac siqua non latis commodè sub ijs comprehendimus, hæc pro distinctis habeantur speciebus. Vt si statuamus, metonymiam aliam esse causæ vel effecti; aliam subjecti vel adjuncti; aliam relati & correlati; aliam signi & signati; & ita porrò alia etiam seorsim memoremus, quæ durius ad *παραχρηστικὰ* illam referantur. Atque idem dictum puta de divisione illâ, quâ *metonymia* quædam dicitur antecedentis, consequentis, vel connexi: ut in Metalepsi explicabimus.

Porrò tropus hic non tam, uti de metaphorâ dicebamus, necessitatis, aut illustrandi causâ, inventus est, quàm ut pariat copiam. Itaque, quod in alijs quoque tropis locum habet, id hic præcipuè observandum, ne novas fingamus metonymias; sed classicorum scriptorum usum spectemus: ut Fabius disertè hoc de tropo monet lib. viii. cap. vi. Eandem ob causam parciùs metonymiam usurpabimus, quàm metaphoram: atque imprimis id de solutâ oratione dictum velim. Sanè, cum tropo hoc intemptiviùs utatur Plato, non immeritò eo nomine reprehenditur à Dionysio Halicarnassensi †. Sunt tamen & *metonymiæ* non pauca in singulis linguis; quorum usum licet frequentes, nihil à propriâ significatione recedere videaris. Nam quemadmodum innumera sunt, quæ in metaphoricâ significatione tantopere frequententur, ut propria penè videatur intercidisse: ita & nonnulla in metonymicâ usitatiores sunt, quàm in propria. E. G. *nubere* primò significat operire, aut velare: unde Varro

† lib. viii.
παραχρηστικὰ.
δενόμητος.

roni lib. xv. de L. L. *Neptunus* dictus videtur, quasi Nuptunus, quod mare terras obnubit, ut nubes cælum: quam & ipsam *ετυμολογία* Arnobius adfert lib. III. Vulgò tamen videre est, haut temere *nubedi* vocem aliter accipi, quàm metonymiâ adjuncti, pro *matrimonio* *jungi*: rarius quidem de viro, quomodo Pomponium esse usum, Nonius * docet; & Tertullianus †, atque alij ejus ævi, loqui solent: passim verò pro *viro jungi*; quia nêpe, ut = Festo, & alijs, notû est, sponse, cùm à marito domum deducerentur, caput solitæ sunt obnubere flameo; sive ob pudorem, quia flamei color luteus * effert, nec pudoris colori absimilis †: sive boni ominis gratiâ, quia flameo uteretur Flamini uxor, cui divortium facere, vel iterum nubere †, non liceret: sive ut eo, velut humilitatis indicio, se obnoxias semper maritis fore testarentur; quemadmodum, præter alios, testatur Ambrosius lib. de Patriarchis, & comment. in priorem ad Corinth.

CAP. VIII.

DE SYNECDOCHE.

SYNECDOCHE est, cùm totum pro parte, aut pars pro toto usurpatur.

Itaque huc pertinent exempla, in quibus genus accipitur pro specie, aut contrariâ species pro genere; item integra essentia, aut tota materia, pro parte essentiali, aut materiali; vel contra pars essentialis, materialisve, pro totâ essentia, aut integrâ materia.

I. DE SYNECDOCHES VOCE, DEFINITIONE, ET DIVISIONE.

ΜΤΝΕΚΔΟΧΗ, juxta Fabium, *variatur sermonem, ut ex uno plures intelligamus, parte totum, specie genus, procedentibus sequentia, vel contra.* Itaque Cyprianus Suarez Synecdochen definit, *tropum, in quo ex parte totum, aut contra, aut ex antecedentibus consequentia intelliguntur.* Verùm fallit falliturque cum Fabio Cyprianus. Neque enim, cùm ex antecedentibus colligimus sequentia, synecdoche est, sed metonymia; ut fufius ostendam in tractatione *Μεταλύσεως*. Hoc loco tantùm utar exemplo à Fabio, & Cypriano etiam, adducto. Id verò est i. hoc Maronis †:

Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci.

Vnde

* in Nubere.
 † lib. 1. ad Marc. cap. 7. & lib. 2. cap. ult.
 * Plin. lib. 21. cap. 8.
 † Iuvenalis scholiastes vetus in sat. 2.
 † Plutarchus in problematis Romani, Tertull. lib. de Exhortat. cast. cap. ult. & lib. 1. ad uxorem cap. 7. Hicronymus lib. 1. adversus Iovinianum &c.

† Ed. 2.

Vnde apparet, noctem: appropinquare. At hæc est metonymia signi, quia quoddam boves diurno functi labore stabulum repetunt, id indicium est noctis appropinquantis. Quare tum tantum *συνεδοχὴ* est, cum totius & partis nomina commutantur; quæ res & huic tropo nomen fecit. Nam *συνεδοχὴ*, quam quidam *intellectionem* appellant, *ἡ ἀλήθεια* ab auctore ad Herennium transfertur *comprehensio*: totum autem partes suas comprehendit, ac partes comprehenduntur a toto. Et hæc de voce, ac definitione.

Cum autem, totum, & pars, trifariam accipiantur; tot quoque erunt modi *συνεδοχῆς*. Ac primò est totum universale; ut genus ratione specierum, & species ratione individuorum: huic autem respondet pars subjecta; ut species ratione generis, & individua ratione speciei. Nisi fortasse aliquis existimet, genus magis esse partem speciei, quàm speciem generis. Nam ab actu potius sumenda esse videtur denominatio, quàm a potentiâ: at genus quidem potentiâ continet species, quia quod animal est, potest esse homo, potest item esse bestia: species autem actu continet genus, quia si genus est pars definitionis, erit etiam essentia, cum definitio exponat essentiam rei. At homo potentiâ est pars animalis, quia animal potest esse homo, & non necessariò est homo, cum potest esse non homo. Sed vis hujus argumenti eo claudicat, quòd aliquid esse partem essentia colligit, quia pars sit definitionis, cujus est essentiam explicare. Atqui, si genus est pars *ὑποκειμένου*, cuiusmodi pars erit? Materia quidem propriè dici nequit, cum aliud sit animal, aliud corpus animatum. Nempe hinc videas totum formale, siue metaphysicum, cuiusmodi est definitum, confundi cum toto universali, cuiusmodi est genus ratione specierum, & species ratione singularium. Differunt autem hæc partes plurimum. Nam genus est ens completum, e.g. animal. At materia, e.g. corpus animatum, est pars substantia. Forma autem restringit universalitatem materiae, ut differentia universalitatem generis. Quare *ἀναλογία* quidem est inter ea: at idem non sunt. Fortasse autem hæc, & fusiùs, & subtiliùs, tractare videmur, quàm huic conveniat loco, aut facultati. Verùm, cum Varrone dicam,

Si displicebit tam tibi latum mare.

Tantum parato spongiam delectilem.

Nunc singulos *συνεδοχῆς* modos lectoribus illustremus exemplis.

II. DE SYNECDOCHE GENERIS.

A *Cσωωνδοχὴ* quidem generis est *creatura* pro homine : quæ loquendi ratio, more Hebræo, usurpatur Marci cap. xv. 15. & ad Coloss. cap. 1. 13. Item *mortales* pro hominibus : quomodo, poetarum exemplo, loqui amat Sallustius. Vt in Jugurthinâ: *Vbi & incolere, & mercari consueverant Italici generis multi mortales.* Item : Sic à multis illi mortalibus honestissimâ suffragatione consulatus petebatur. Simile est *ἀστρον* *, pro caniculâ, sive Sirio, apud Xenophontem, Theophrastum, alios : item pro Sole *sidus*, Horatio, Plinio, Senecæ; cujus illud Thyeste †:

Astrum cucurrit limitem sidus trahens.

Pro quo postea † ait:

O Phæbe patiens, fugeris retro licet.

Atque iterum *: --- *verterit cursus licet*

Sibi ipse Titan.

Ejusdem generis est *Pergama*, pro arce Troianâ. Quamquam Servius †, quod generatim pro arce accipitur, id putet fieri per synecdochen speciei. Sed non dubium, quin *Pergama* Ionica lingua † in 2. *Æu.* primò arcem significent. Ideo fortasse nomen Troiæ addidit Stephichorus †:

*Οὐδ' ἴκει Πέργαμα Τροίης **.

Et Euripides Helenâ †:

Ὡλεσεν, ὦλεσεν

Πέργαμα Δαρδανίας †.

Item Lucretius lib. 1:

Nec clam durateus Troiâ Pergama partu

Inflammâsse equus.

Par etiam ratio est, cùm Græcis *ὄπρις* † κατ' ἔξωλον ponitur pro gallina: aut cùm Latinis *olus* usurpatur pro brassica, aut *piscis* pro lupo: de quo Scaliger Conjectancis in Varronem. Aut cùm *τὰ ἀνόητα* Aristophanes posuit pro libidine illicitâ καὶ ἀποροδοσίαις: ut in *Nebulis*: *ὄιντ' ἀπέχει, καὶ γυναικίων, καὶ ἄλλων ἀνοήτων **. Vbi vide, quæ in hanc mentem scribit Græcus interpres. Eademque loquendi ratio apud Hebræos locum habet: quibus *nebalâ*, quod propriè *stultitiam* notat, sæpe de stupris usurpatur. Vt Deuter. xx. 1. 2. *Morietur, quia stultitiam fecit in Israël, fornicando in domo patris.* Et Thamar Amnoni ait 11. Sam. x. 1. 12. *Ne facias stultitiam hanc, h. e. flagitium*

† in palinodis sua, recte

Platonem

Phædro.

* Neque

iviisti ad

Pergama

Troiâ.

† vers. 190.

† Perdidit,

perdidit

Pergama

Troiana.

† avio.

† Et vino

abstinet, &

exeratis, &

reliquâ omni

stultitiâ.

tium hoc. In Hebræo est, *Al-raafêb hannebalâ hazôt*. In Græco, *Μη ποινὴς τῆς ἀποποιήσεως ταύτης*. Latini quoque ita locuti: unde apud

† *act. 1. sc.* Plautum Bacch. †

1.

Huic etati non conducit, mulier, larebrofus locus.

B A. *Egomet apud me, siquid stultè facere cupias, prohibeam.*

* *libidinosè*
parare.

Nam *stultè facere* usurpat pro *ἀνορθαίειν*, hoc est ἀποποιήσασθαι *. Menæchmus quoque apud eundem † à Messenione monitus, ut sibi ab

† *Menach-*
mis act. 2.

Erotio meretriculâ caveret, respondet seruo:

Mibi dolebit, non tibi, siquid ego stultè fecero.

sc. 2.

Et Lyconides adolescens, qui Euclioni se purgitare conabatur de stupratâ filiâ, similiter ait *:

* *scen. pe-*
nult. Au-
lul.

Quin tibi vitro supplicatum advenio ob stultitiam meam.

Sic alloqui, quod generatim notat *ἄποφωρῆν*, sive *affari*, *εἰδικᾶν* sumitar pro *ἐσυμβῆδεναι*, sive alloqui cum affectu, & solatij ergo. Varro lib. v. de L. L. prout Ant. Augustinus emendavit: *Hinc adlocutum mulieres ire aiunt, cum eunt aliquem locutum consolandi causâ*. Catullus †:

† *epig. 39.*

Quâ solatus es allocutione?

Et mox:

Paullum quidlibet allocutionis

Mæstius lachrymis Simonidæis.

Nec aliter Valerius Max. lib. 11. cap. vii: *Incertis gratulandi prius, an alloquendi officio, fungeretur*. Vt optimè ex MSSis sex restituit Pighius.

III. DE SYNECDOCHE SPECIEI.

SYNECDOCHE SPECIEI est, cum loca omnia arcena *Terre* vocant, quamvis ea propriè in Thessaliâ sint. Ita apud Pausaniam legimus, *τῆματα Σινεδίας ἐν Βοιωτίας* &c. & Dionysius in *ἑρηνύσει*, *Μηδίας τῆσαν* nominat. Eadem Synecdoche in nominibus *stupri*, *incestus*, & *flagitij*, frequens occurrit. Nam stuprum committitur cum non nuptâ, h. e. virgine, aut viduâ, ut restantur juris civilis interpretes, qui eo ab adulterio distinguunt. At nonnunquam generalius accipitur, ut quoque comprehendat adulterium: velut cum Cicero † vocat *stuprum*, quod Clodius commiserat cum Cæsaris conjugem. Nonnunquam etiam ita latè usurpatur, ut pro quolibet ponatur dedecore; velut cum Nævius ait apud Festû †, Saturnijs istis verbis:

† *in Eison.*

† *in Stuprom.*

Seseque ei perire mavolunt ibidem,

Quam cum stupro redire ad suo populares.

Item: *Magnum inde stuprum populo fieri pergetis.*

Et

Et *incestus* propriè committitur cum consanguineis, aut affinibus, aut mulieribus sacris: unde idem Cicero *incestum* vocat adulterium † *pro Domo Clodij cum Pompeià, uxore Cæsaris, qui tum temporis Pontifex Maximus erat. At interdum latè ponitur pro qualibet pollutione.* *suæ, & de Haruspiciis responsis.* Ita Maro vi. *Æn.*

--- Totamque incestat funere classem.

Item *flagitium* pro quovis accipitur probro ac dedecore: quomodo homines eruditissimi interpretantur illud Plauti *:

Majore cum flagitio reddes postea.

* *Epid. act. 3. sc. 4.*

Sed hinc commodiùs pro efflagitatione sive pipulo accipiatur. Eà verò, quã dixi, significatione clarè usurpat Tullius in Miloniana: *Divisa est sententia, postulante nescio quo. Nihil enim necesse est omnium flagitia proferre.* Atque eodem modo in septimo ad Atticum dixit, *flagitiose imparatus.* Ac, teste Nonio & Isidoro, propriè est in libidine; quomodo etiam usurpat Scipio Africanus apud Gellium lib. vii. cap. xi. Hinc *flagitare*, pro *stuprare* *: ut cum *stupris inter-* *tibus flagitatus*, dixit Cato, teste Festo. i. stuprum passus: ne cum Budæo †, aliisque, existimes *flagitare* hic esse, ad stuprum sollicitare. Par fuerit ratio vocis *luxuria*, si rectè scribit Thomas Aquinas in † *initio annotationis. poster. in Path. dictas.* *Epist. ad Ephesios*, eà voce propriè signari libidinem. Sed tum Latinæ, tum Græcæ linguae imperitia, in præcipitium abduxit magnum doctorem. Nam & *ἀσώτεια*, quo Paulus utitur, & *luxuria*, quod apud interpretem est, generatim locum habent in ijs, qui omnia obliquiunt. Glossæ vet. *ἀσώτεια*, *luxurior*, *prodigo*, *belluor*. Atque id ipsum *ἐπιμολογία* quoque confirmat, cum *ἀσώτεια* dicantur à *σώζω*, quòd eos servare nemo possit, quia, decoctis in lo omnia, semet ipsos perditum eant: quã de re illustris existat locus apud Aristotelem libro Nicomachiorum quarto. Addam aliud quoque humiliter synecdoches exemplum. *Sacer* propriè à Festo is esse dicitur, quem populus judicavit peccasse contra leges sacratas, cujusmodi hominem qui occiderit, non sit parricida: sed per *συνεδοχὴν* species sumitur generatim pro quovis improbo ac malo. Turpilius †:

Etiã me irrides pessime ac sacrerrime?

Item pro re execrabili, quomodo & Plinius * hanc vocem accipit, idque exemplo Maronis, qui *sacram auri fumem* dixit †: et si haut desint, qui cum Codro Vrceo *sacrum* hinc pro magno poni existiment, Græcorum imitatione; qui eà ratione *ἱερός ὄνομα* † vocant, quæ Plutarcho * *ἀπυροσύνας* †; quique eodem modo dicunt *ἱερός ὄνομα* *, *ἱερός ἀγῶνας* †: quã de significatione vide sis Calium Aurelianum

* *Vide Gui. Forsterium lib. 2. Select. cap. 11.*

† *in initio annotationis. poster. in Path. dictas.*

† *Demetrio, apud Nonium in Sacrum. xl. 33. c. 1. § 3. Æn.*

† *sacros morbos. * in vita Agestilai, itemque in Apophthegmatis.*

† *desperanti, os sacrum, † sacram antheam.*

lib. 4. el. 1.
 † Ennio in
 Medea, &
 Catullo de
 nuptijs Peli-
 & Thetidos.
 † 2. Aen.
 * 2. Georg.
 † lib. 2. de
 raptu Pro-
 scriptis.

lianum lib. 1. *Xpōison* cap. 14. Quod si tanti id esset, contenderem, etiam *abiegnum* per *synecdochen* speciei pro ligneo sumi, cum equus Troianus Propertio * dicitur *abiegnus*: aut alijs † Argo navis vocatur *abiegna*. Et si non ignorem, velle aliquos, & equum verè ex abiete fuisse, quia Maro † dicat, *Sectaque intexunt abiete costas*: & ex eadem fuisse materie Argo navem, quia abies fit apta fretis, ut idem Maro * ait, & Claudianus †, atque alij. Et hæc de primo *synecdochis* genere.

IV. DE SYNECDOCHE TOTIVS ESSENTIALIS.

EST verò & totum essentialia, quod constat materia, & formâ: quomodo homo constat animâ ac corpore, ædificium materiâ & structurâ. Huic toti respondet pars essentialis. E. G. anima ratione hominis. Totum verò essentialia crebrè poni pro parte, ac partem item essentialia non rarè accipi pro totâ essentiali; indicium faciunt exempla, quæ subijciam. Siquidem *Synecdoche* totius essentialis est in illo Mariæ apud Johannem †, *ἡ ἐγὼ τὸν κύριον μου, ὃν ἐν οἴκῳ καὶ ἐν οὐρανῷ ἔσμεν ἀπὸ τοῦ* sustulerunt dominum meum, nec scio ubi posuerint eum. Nam *κύριος* seu dominum vocat corpus Domini, nomine totius intelligens partem. Id enim magis placet, quàm quod scripsit Gregorius Nyssenus, epistolâ ad Eustathiam, Ambrosiam, & Basilissam, ubi id factum ait, *δὲ τὰ τῶν ἐκκεκέρτω δὲ ἰσότης* *. Nempè simile est

† cap. 20.
 vers. 13.

* propter in-
 harentem ei
 Deitatem.
 † 6. Aen.

*Nomen, & arma locum seruant; te, amice, nequiri
 Conspicere.*

Vbi Servius: *TF, pro, tuum corpus: ut, Nunc me fluctus habet.*

Quemadmodum verò homo hîc nominatur pro corpore: ita aliàs pro anima accipitur. Vt in illo Luca cap. xvi. 23. *Et (dives) apud inferos vidit Abraham procul, & Lazarum in sinu eius.* Vbi *dives, Abraham, Lazarus*, sumuntur, pro animabus eorum. Quod si flamma nihil aliud est, quàm aër accensus: etiam ratione folius aëris intelligi debet, quod flamma dicitur *uri*: quomodo, sed *ἡ ὑστέρω*

† epistola
 mio Julia &
 Malg.

--- At tibi

*Pectore uritur intimo
 Flamma.*

Sanè flamma non uritur, sed urit. Toti igitur tribuitur, quod in proprio sermone convenit materiæ.

V. DE SYNECOCHE PARTIS ESSEN-
TIALIS.

SYNECOCHE verò partis essentialis est, quâ (ut inquit Epiphanius in Ancyroto) *ἰσθδν ἢ ἀρθρωσῆς καλῆς τῶ ἀνθρώπου δῶ τῆ ἰσθῆ ἰσθματ* & vulgò solent hominem vocare de nomine alterius partium, ex quibus constat. Ita à materiâ quis nominetur, si dicatur *δεσποτῆς δυνδονοτα σωματων**, ut apud eundem Epiphanium est. Locuti autem ^{† herus in} hoc pacto Aristoteles, Demostheres, alij: ut inter alios ostendunt ^{† etlogina} Magius lib. I. Miscellan. cap. XII, & Radulphus Fornerius lib. II. Rerum Quotidianarum cap. XXV. Ac Latini quoque itidem corpora dicunt pro fervis: ut è Digestis scimus. At è formâ intelligitur totum in illo Heracliti; *Αὐτὴ ψυχὴ σφοδρῶτα* anima sicca sapientissima, h. e. homo sobrius. Item cùm Polybius lib. XVI. inquit, *ἀπαλυνμῆς ἴσθ ψυχῆς* deplorata est anima. h. e. hominis deplorati. Sic Horat. lib. I. Sat. v:

-- Namque

*Plotius, & Varius, Sinesse, Virgiliusque,
Occurrunt; anima, quales neque candidiores
Terra tulit, neque quis me sit devinctior alter.*

Nec solum sic loquuntur *οἱ ἰσθδν**: sed videas etiam in S. Literis (ut ^{† externi;} B. Fulgentij ἱ verbis utar) *& carnis solius, & anime nomine, plerumque* ^{† seu gentilit.} *naturæ humane plenitudinem nuncupari.* Tantum posterioris nuncupationis exempla adferam. Ira Ionas cap. V. ait, *Postulavit animam suam mori.* hoc est, semet ipsum. Et Lucæ XII. fatuus adhortatur *Iesu Christi* animam suam, ut edat ac bibat: quem locum cum quodam Platonicis, ac duobus Xenophontis locis, confert H. Stephanus lib. I. cap. I. Schediasm. Sed & Genes. XLVI. 27. dicitur, cum Jacobo in Ægyptum descendisse septuaginta animas. i. homines: & Stephanus Act. VI. 14. ait, non quidem numerum proficiscentium; sed familiam Jacobi, (quæ distinguenda sunt) cùm in Ægyptum descenderet, fuisse animarum septuaginta quinque: nempe præter Iacobum, & annumeratis etiam in familiâ quatuor uxoribus Iacobi, & duobus filijs Iudæ jam antè defunctis: quomodo Mosis, & Stephani verba. optimè reconciliat Clarissimus lozer meus, Franciscus Iunius. Et hæc de synecoche totius essentiæ, ac partis essentialis.

VI. DE SYNECDOCHETOTIUS INTEGRALIS.

DENIQUE est & totum quantitativum sive integrale; quod constat membris, quorum alia ab alijs distinctam diversamque habent quantitatem, & extensionem. Istiusmodi est materia ratione partium, à quibus constituitur. E. G. corpus humanum ratione spirituum, humorum, & partium sive membrorum, h. e. capitis, colli, pectoris, ventris, & artuum. Huic toti respondet pars integralis, quæ & *materialis* dicitur: velut caput in humano corpore, aut tectum in ædificio. Istiusmodi totius partisque commutatio constituit tertium synecdoches modum; de quo deinceps agendum.

Synecdoche totius integralis seu materialis est, *Fontemque ignem-*

† 12. *Æn.* que ferebant †, pro parte fontis. Item, cum Plauto † dicitur *ulmorum* † *Amphitr.* *Acherons*, cujus in tergo, non integræ ulmi, sed decerpæ ex ulmo virgæ (unde & alibi *uberem ulmeam virgidemiam* † pro eodem dixit) confumerentur, ac quasi morerentur; ut loquitur apud eundem † *Rudeme* tribunus ille vapularis, ac ulmitriba:

Va illis virgis miseris, qua hodie in tergo morientur meo.

Terentius Phorm. *

Sed quis hic est senex, quem video in ultimâ plateâ?

Vbi Donatus: Sic dixit, *ultimâ plateâ*, quemadmodum *Maro*: *Imas* *obsedere fores*. Nempe, *ultimâ plateâ*, pro ultima plateæ parte: *ima* *fores*, pro imâ earum parte. Sic Cic. pro *Muræna*: *Ex ultimâ urbe deductum*. Propertius lib. II. eleg. xxv i:

At tu vix primas extollens gurgite palmas.

Appuleius libro III: *Pili mei crassantur in setas, & cutis tenella duratur in corium, & in extimis palmulis perdito numero toti digiti coguntur in singulas ungulas*. Pertinet huc etiam *Homericum* illud *Iliad. B.*

Ἄλλοι τὸ μὲν ἴα θεοὶ τῶ, καὶ ἀνθρώποι ἐπὶ κοροπυλά,

εὐδὸν πάνυ χροί.

Scio, olim reprehensum fuisse *Homerum*, quod finxerit *Deos*, ac *bellaces viros*, totam dormire noctem. Sed pro poetarum principe causam dicit philosophorum princeps, *Aristoteles*, libro *de multis per* *ποικιλίαις*: ubi ait, vocem *πάνυ χροί* *μεταφορικῶς* (*tropum omnem ab Aristotele metaphoram* vocari, alibi † diximus) accipi oportere. Sic enim loquitur: *τὸ ἴδ' ἅπαντες, ἀντὶ τῶ πολλοί, καὶ μεταφορῶν εἶρη*. τὸ *ἴδ' ἅπαντες* est: *ἴδ' ἅπαντες* est multum. Quorum sententia est, cum *Homerus* ait, dormisse eos

† *Ceteri* quidem *Dijque, & equites galati, dormiebant tam nocte.* † libri huius c. 6. *scilicet*. † *illud enim omnino* pro multis per *εὐκρίσιαις* dicitur est: quippe omne est multum.

eos *omnem* sive totam noctem, *συνεκδοχικός*, intelligi debere *nullam* sive magnam noctis partem. Fortasse tamen non minùs excusare possis Homerum, si dicas, aliud esse *καθ' ὅσον*, aliud *τὸ ὅσπερ*: illud ἀπλῶς notare ἀναπλήρειν ὡς ἐστὶν ὕπνου †: hoc verò τὸ ἐκκελευθῆναι ἀπαρκετεῖν †

† *decom- bere ad capiendam somnum.*

Est idem *synecdoches* genus apud Maronem III. Georg.

In foribus pugnam ex auro, sólidoq; elephanto.

Vti & III. Æn.

Dona dehinc auro gravia, scëlloque elephanto.

Vbi Servius, *Elephanto pro ebore*. Nempe *elephantus* pro elephanti dente, sive, ut Pausanias † dicere jubet, cornu. Ovid. 1. Met.

Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit.

Atqui Eurus etiam ab Indis spirat ad Nabathæos, Arabiæ populum. Sed *Nabathæos* dixit poëta pro toto Oriente.

Huc etiam refer, quando *aternum* dicitur, non quod semper fuit, atque erit: vel quod non fuit quidem semper, sed perpetuò tamen futurum: verùm illud etiam, quod non desinet, dum ipsi erimus vitales. Terent. Eunuchus †:

At nunc dehinc spero aternam inter nos gratiam

Fore.

hoc est, duraturam, quamdiu superstites erimus. Horatius †:

Serviet aternum, qui parvo nesciet uti.

hoc est, dum vivet. Qui *aternum* pro diuturno hîc accipi dixere, non satis vim ejus vocis expresserunt.

† *act. 5. sc. 2.*

† *lib. 1. epist. 10. ad Eufum.*

VII. DE SYNECDOCHE EA INTEGRÆ, QVA PERSONÆ CHRISTI TRIBVITVR, QVOD VNIVS PROPRIVM EST NATVRÆ.

QUÆRITVR, quid statui debeat de ijs, ubi de Christi personâ dicuntur, quæ ei tantùm ratione unius competunt naturæ. Puto, propriè quidem *synecdochen* totius vocari non posse: attamen posse, ob qualemcunq; similitudinem, eò reduci: & potiùs quidem ad *synecdochen* totius integralis, quàm essentialis: quia totum essentialè est natura alia à partibus componentibus: quomodo nos propriè nec animæ, nec corporis appellationem sortimur; sed hominis, qui tertiâ quædam natura est, ex animæ corporisque naturis composita. In Christo verò ita coalescunt natura divina, & humana, ut maneat Deus, quod erat, & fiat, quod non erat, eoque Deus pariter

pariter atque homo fit, ac nuncupetur. Qualis unio hoc præstat, ut & de Deo dicantur, quæ humanæ sunt propria naturæ: & de homine, quæ non competant, nisi naturæ divinæ. Tale est illud Christi apud Matthæum †: *Ἰδὲ ἐγὼ μετ' ὑμῶν πάσης τῆς ἡμέρας ζωῆς ἡ σωτηρίας τῆς αἰῶνας*. *Ecce, ego sum vobiscum omnibus diebus usque ad finem sæculi.* Quod de humanâ naturâ intelligi nequit. Quemadmodum neque hoc Ioan. vi. 58. *Antequam Abraham foret, ego sum.* Item, quod *Filius hominis descendisse de celo* dicitur Ioan. i. 15. & vi. 62. *Contra de divinâ accipi non potest hoc Act. xx. 28. Deus ecclesiam*

† cap. 20. vers. ult.

* *Δείπνα.*

† part. 3. quest. 2. art. 4.

acquisiuit proprio sanguine. Item quod B. Virgo dicitur *Μαρία*. In huiusmodi igitur exemplis, quod personæ tribuitur, intelligi debet ratione alterutrius naturæ. Quam locutionem eð ad synecdochē referimus, quia persona quodammodo est totum quid: naturæ duæ sunt, quasi partes. Hoc enim commune habet hęc persona cum toto physico, quod utrobique sit compositum quid: hoc commune habent duæ naturæ cum partibus physicis, quod utrobique sint componentia. Sanè & Origenes contra Celsum, alijque Patres dicunt, naturam humanam esse compositam cum Verbo; sic tamen, ut compositio hæc non sit aggregatio, sed unio personalis. Quâ de re fusè Damascenus lib. i. i. Orthodoxæ Fidei cap. i. i. & aliquot seqq. Videtur autem persona commodius *compositum* dici, quam *totum*: quia divinitas admodum durè & improprie dicitur pars, cum hoc nomen vi suâ signet aliquid incompletum, & toto imperfectius. Quod acutè vidit Thomas, cum monet †, compositionem Christi ex naturis non esse ratione partium, sed potiùs ratione numeri. Nempe id voluit, non requiri ad compositionem partes; sed numerum duorum, vel plurium, unde aliquid componatur. Atque idem Scholastici illi innuunt, qui triplicem statuunt compositionem, *ex his, cum his, & huius ad hoc*. Primi generis est, ex materia, & forma. Alterius est, animæ, & corporis, subjecti, & accidentis. Vbi unum, vel informat alterum, vel illi inhaeret, ut subjecto. Tertij generis est, quæ Durando dicitur *compositio secundum dependentiam inexistentis*, vel etiam *compositio secundum subsistentiam*. Quali humanitas Christi componitur cum persona Verbi: quia persona etiam ante incarnationem substitit, sed in natura divina; post incarnationem verò etiam in humana, quæ sustentatur à *Λόγῳ*: unde à scholasticis dicitur, in unione hæc duas naturas se habere sic: ut terminativū & terminatum, sustentans & sustentatum, vel, ut eorū voces, barbaras licet, referē, velut sustentificans, & sustentificatum.

VIII. DE SYNECDOCHE PARTIS
INTEGRALIS.

HUIC modo ex adverso respondet *synecdoche partis* materialis sive integralis: ut cum Cicero non semel *Achæiam* ponit pro totâ Græciâ: cujus ratio est, quod, cum Romani Græciam subegerunt, Achæi Græciæ obtinerent principatum. Item cum *apicem*, quod propriè significat virgam ex modicâ lanâ in summo Flaminis pileo †. usurpat idem pro pileo Flaminis I. de Leg. *Nec dubi- † servius*
to, quin idem & cum *Egeriâ collocatum Numam*, & ab *aquilâ Tarqui- in 2. JEN.*
nio *apicem impositum putent*. Et Lucanus lib. 7.

Attollensque apicem generoso vertice Flamen.

Aut cum Perlius sat. v. *umbonem* pro togâ posuit:

— Totâque impune *Suburrâ*

Permisti sparsisse oculos jam candidus umbo.

Nam *umbo* (quem & in togâ Tertullianus † agnoscit) in ditio- † lib. de Pn-
rum togis propriè vocabatur pars ea, quæ ob rugas concurrentes, † lib. de Pn-
nodoque artifice constructas †, protuberabat, *umbonis* sive *clypei* † Macrobinus
instar. Candidum verò *umbonem* vocat, quia intelligit togam viri- † lib. 2. Sa-
lem, quæ alba erat tota; non purpureo prætextâ limbo, ut illa præ- † rva. cap.
rorum, qui ex eo dicti *prætextati*. Similis quoque est *συνδροχῆ*, in 9.
illo Martialis †:

Sic forsân tener ausus est Catullus.

Magno mittere passerem Maroni.

Nam non tantum *συνδροχῆ* per *passerem* intelligit carmen de pas-
sere; sed & *συνδροχῆ* partis per poematum initium intelligit uni-
versa poemata. Meritò autem addit *forsân*, cum Catullus Maronem
ætate antecesserit. Quodd igitur Carullum ait Maroni (*Marino*
enim, quod in veteri reperitur: codicibus, planè est explodendum) sua
misisse *ἱστορίαν*, id poëtice ab eo confictum videri possit. Nisi magis
placet, etsi pleraque Ciceronis, ac Julij Cæsaris temporibus, scripserit,
multò tamen post superfuisset. Quod si est, nullum hic poëticum
erit figmentum; sed verisimilis solam conjectura. Et merito sanè hoc
Josepho Scaligero magis probatur: qui fuisse de eo disserit in anti-
madversionibus Eusebianis ad an. M D C C C C L X, atque iterum ad
annum M D C C C C L X V I I.

Est autem & maximus hujusmodi *synecdoches* usus in sacris Li-
teris. Torquent sese ineruditi in his Christi verbis apud Matthæum

†

XIII. 43:

XI. 40. *Sicut Ionas fuit in ventre ceti tres dies, & tres noctes; ita erit filius hominis in corpore terra tres dies, & tres noctes.* Atqui manifestum est, esse *συνεδοχῶν*. Fastidit synecdochen hanc Faber Stapulensis * in 12. 6. libro de triduo Christi. Sed, si de eo Erasmi * iudicio standum, id *odio factum grammatices, cum quid illi parum conuenit, ut ipsa indicat res, ne cui parum philosophus videatur.* Sanè & Hebræis, & Græcis, & Latinis, vox *diei* ambigua est; ac nunc naturalem, nunc artificialem diem signat. Huiusce ambiguitatis tollendæ causâ, solent Hebræi (quorum loquendi formam Apostoli, ac Euangelistæ, retinent crebrò, quamvis Græcè scribant) cùm intelligunt diem naturalem five civilem, h. e. τὸν ἡμέραν, ponere diei partes, licet res toto die gesta non sit. Statuendum igitur, & partes integrantes *συνεγεσνῶς* hic poni pro toto, & per totum *συνεκδοχικῶς* partem ejus intelligi. Nempe quemadmodum Apocal. v. 11. 15. dicitur *sanctos ante thronum Dei esse die & nocte*, cùm in cœlis non sit nox; sed diu noctuque, id est semper: sic hoc loco, *tres dies, & tres noctes*, ponuntur pro triduo: triduum autem Christus in sepulchro fuit *συνεκδοχικῶς*. Imò haut aliter intelligendum videtur, cùm Ionas in ceto fuisse dicitur tribus diebus & noctibus. Nam ne Ionas quidem triduum fuerit in ceto, si ea omnia, quæ cap. 1. Ionæ narrantur, de die gesta sunt, ac pars illa diurni spatij, quæ supererat adusque vesperum (à quo Hebræi auspicantur diem naturalem) pro integrâ die naturali accipienda est: quæ virorum doctissimorum sententia est. Eamque etiam Iustinus Martyr probasse videtur: ut qui dialogo cum Tryphone Iudæo, hoc pacto de Iona scribat: *Μετὰ τὸ ἐκβραδύσαι αὐτὸν τῆ τέτρῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς κοιλίας τοῦ ἀπὸ τῆς χύδου.* Cùm tertio die ex aluo grandis piscis eiectus fuisset. Par fortasse ratio est, cùm cap. v. 11. Genes. dicitur, *pluisse diebus & noctibus quadraginta.* Neque enim necesse est, intelligi partem dierum noctiumque numerum.

IX. DE SYNECDOCHE SPECIEI PRO INDIVIDVO,
ET INDIVIDVI PRO SPECIE.

PORRO ad Synecdochen generis non tantùm referimus, cùm genus accipitur pro specie, sed etiã, cùm species pro individuo usurpatur: sive, ut Fabij t̄ verbis utar, *cùm res communis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium.* Exemplo nunc unico contentus ero: quia plenius de eo cap. x. agam. Huiusmodi est, ἰσοσῶς & pro Ioanne Euangelista. Ita enim antiqui eum Patres appellant, ac in vetustis etiam

† in 9. cap.
3. de perspi.
uit. nec.

etiam codd. multis Apocalypsis ἀποκάλυψις inscribitur, Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου: pro quo in Complutensi est, τῆς Ἀποκάλυψις, ἢ Ἐπαγγελίας τοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου: ne quis iccirco Apocalypsin alterius, Ioannis presbyteri, opus autemet cum quibusdam.

Similiter ad Synecdochen speciei refero, non tantum, cum species accipitur pro genere; sed etiam, quando singulare sive individuum pro specie sumitur. Vt in illo Martialis †:

*Nulla fatis loco possis excludere: cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.*

† lib. 4.
epigr. 60.

Vbi *Sardinia* ponitur pro quovis loco infalubri, ac pestilenti; cuiusmodi fuisse Sardiniam, præter alios Mela *, Tacitus †, Claudianus ‡, & Sext. Aurelius Victor *, auctores sunt nobis.

* lib. 2.

† 2. *Annali.*

‡ lib. de bello Gildossico extremo.

* in *Geographo.*

Itaque antonomasia (quam distinctum quidam faciunt tropum, & in modos duos proxime allatos dispescunt) Synecdoches est species: quâ de re fufius, ut jam dixi, infra aucturi sumus.

X. DE SYNECDOCHE NUMERI.

CV M autem unitas sit principium numeri; ac numerus Euclidi sit totum quoddam ex unitatibus collectum: ad tertium quoque Synecdoches modum (qui est totius, ac partis materialis) pertinebit Synecdoche numeri; quâ vel numero singulo utimur pro plurativo; vel plurativo pro singulo; vel numero certo pro incerto; vel rotundo pro majori minorive; vel innumeros dicimus pro longè plurimis. Quibus quinque modis aliquid lucis exemplis affundamus. Singularis pro plurativo sumitur, cum Maro † ait:

† *Ecl. 1.*

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Parthus pro Parthis. Item proverbio apud Varronem †: *Romanus sedendo vincit.* Sententia est, Romanos consultando debellare hostem: quomodo imprimis Fabius Maximus Cunctator; rem restituit Romanam. De huiusmodi sermone ita B. Augustinus lib. 11. Locutionum S. Scripturæ, qui de Exodo est: *Et extendit Aaron manus super aquam Aegypti, & eduxit ranas, & educta est rana, & operuit terram.* Repetitio à plurali ad singularem numerum trajecta est. Nam utique rana pro multitudine ranarum positum est. Nescio quo autem modo per loquendam consuetudinem imbutis sensibus hominum, sæpe plus videtur, quod singulariter, quam quod pluraliter dicitur. Nam plus accipitur, cum dicitur, verbi causa, *Est illic miles, quam, Sunt illic milites; Est illic piscis, quam, Sunt illic pisces.*

‡ lib. 1. de R. R. cap. 2.

Pluralis pro singulari accipitur in hoc Tibulli lib. III. El. v.

Nec nos sacrilegos templis admovimus ignes:

Nec cor sollicitant facta nefanda meum.

De sese prius in plurativo; mox, quasi se corrigens, singulo loquitur numero. Sic ora poetæ pro os dicunt: & colla pro collum ait Stautius 1. Silv. de equo Domitiani:

Dextra vetat pugnas, levam Tritonia virgo

Non gravat, & sese prætendens colla Medusæ

Cæci stimulis accendit equum.

Ita legendum ex optimo manuscripto illo Senensi; cujus variantes lectiones codici nostro à magno Scaligero adscriptas, V. Cl. Iacubus Gevartius, quicum eas communicarimus, doctissimis suis in eum poetam animadversionibus bono publico intexuit.

Ad hanc quoque numeri syncdochē pertinet, quod Hebræi plurali utuntur, cum incertum significant individuum. Ion. 1. 5. *Descendit in latera navis*, h. e. in alterutrum larus. Cui simile illud Matth. xxv 11. 44. *Latrones exprobraverunt ei*. h. e. alteruter latronum: ut interpretatur Epiphanius in Panario, ubi de Manichæis tractat. Nisi cui magis placeat sententia B. Hieronymi, scribentis †, quamvis Lucas referat, uno blasphemante, alterum confessum; non tamen discrepare Euangelia: primum enim utrumque blasphemasse; verum paullo post alterum, cum vidisset solem fugientem, terram commotam, saxa disrupta, ingruentes tenebras, ductum peccitudine increpasse alterum. Ioh. vi 1. 45. *Est scriptum in Prophetis*, i. ab aliquo Prophetarum. Nam solum Iesaiam intelligit. Simile est Iudic. x. 1. *Sepultus est in urbibus Gilead*, i. in una civitatum.

† Ioh. Matth.
cap. 7.

† lib. 1. ad.

1.

Numerus certus ponitur pro incerto, cum Horatius † *tergeminos honores* ait pro plurimis, maximisque. Frustra enim hic dissentant, qui fuerint tres illi maximi honores. Sed si eos omnino intelligere visum, non alij profectò fuerint, quàm ædilitas, prætura, & consularatus: utut Porphyrio quaesturam pro ædilitate inter eos reponat.

* Æo. 1. Item in Maronis * illo,

--- *O terque quaterque beati!*

† lib. 1. in

Sornium

Scipionis

cap. 6.

† Eun. act.

3. sc. 1.

h. e. sæpius, vel multum beati. Nugatur enim Macrobius †, cum ad laudem septenarij hæc refert. Apertius idem fit in Terentij illo †, *Millies audi vi*. Item huc refert, cum dicitur Apocalyp. v. 11. *Angelorum in circuitu throni fuisse millies centena millia, & decies centena millia*: quo significatur numerus eorum penè infinitus. Nam reipsa in creatis infinitum nihil est. Vnus immensus reapse; ille qui

ille qui est, qui erat, & qui venturus est, ut appellat Ioannes *; cu- * *Apostol.*
 jus centrum est ubique, peripheria nusquam, ut loquebantur philo- 1. 4.
 sophi.

Adhæc & numerus rotundus accipitur pro majori, aut minori.
 Vt cùm mille dicuntur Græcorum naves ad Troiam fuisse, Euripi-
 des Oreste:

Ω † χιλιάων ἑξήκοντα ὀκτώσδε
 Εἰς γὰρ ἄσπιαν
 καίγῃ.

† Oī qui
 mille navium
 exercitium
 applicuisti
 In Asiam
 Saboe.
 * ad. 4. se.
 Αἰνῶ
 αἰνῶ.

Maro II. Æn.

Non anni domuere decem, non mille carine.

Similiter Latinorum alij. Vt Plautus Bacchidibus *:

*Cum Priami patriam Pergamum, divina mœnium manu,
 Milleñum numero navium, decimo anno post subegerunt.*

Item Ovid. XI II. Met. fab. I:

Nempe ego mille nœo protexi pectore puppes.

Et aliquanto post:

Antidæque Enboicam compleverunt mille carine.

Ac similiter aliquoties Seneca in tragœdijs. Imò Livius quoque
 lib. XLV: *et Chalcide trajicit irium millium spatio distantem portum, in-*
clitum statione quondam mille navium Agamemnonis classis. Scipio

Gentilis * auctoritate Livij refelli eos putabat, qui, cùm poëtae mille * lib. 1.
 naves dicant, finitum numerum pro infinito poni existimant. Mihi Παράρησθ
 verò videtur, Livium ipsum rotundo uti numero, poëtarum exem- cap. 35.
 plo. Nam fuere mille centum & octoginta sex: quemadmodum

comperiet, cui tanti hæc res est, ut numerum inire velit navium re-
 censitarum in Bœotia Homeri. Pausillum abit scholasticæ Euripi-
 dis †, si locus is sanus, quo, supra mille, 918, hoc est, centum &
 quinquaginta quinque fuisse dicitur. Dio quoque Chrysofostomus
 rotundo uti amat: sed qui ad Homericum, atque eum, quem habet
 Euripidis scholasticæ, prope accedat. Nam fuisse tradit mille, & du-
 centas. Imò & Thucydides * ipse tet ait ab Homero referri. Sunt * lib. 1.

similia multa, ubi velgò rotundus numerus præferatur. Vt cùm vo-
 camus LXX. interpretes, qui erant LXXI I: cùm item centumviri apud
 Romanos dicerentur, qui erant centum, & quinque. Cicero etiam
 in Pisonianâ quadraginta annos dicit, qui erant triginta sex: & primâ
 Catilinariâ vigesimum diem nominat pro duodevigesimo, ut Mure-
 tas † observat.

Longè plurima se hujus generis offerunt in sacris Literis. Vt
 Gen. XVII.

Gen. xvii. 17. Abraham dicitur Isaacum geniturus centenarius, cum, nato demum filio, cum numerum impleret. Genes. xxxv. vers. 26. refertur, ut Iacob in Padane Syriae, hoc est Mesopotamiâ, xi i. genuerit filios, inque ijs disertè etiam Benjaminum nomen reponitur. At eodem capite paullo antè dixerat Moses, Benjaminum natum esse, cum parentes è Bethel proficiscerentur Ephratam. Iud. ix. de Abimelecho narratur, ut occiderit lxx. filios Ierobaal. Atqui non ipse modò Abimelech excipi debet; sed etiam Ioatham, qui cædi se subdlexerat: ut ibidem legas. 1. Cor. xv. ait Apostolus, Christum post resurrectionem apparuisse xi i. Apostolis, quia numerus is notior esset. Inde autem Iudam excipi debere, satis est apertum. Nempe Scriptura solet omnibus tribuere, quod penè omnibus competit. Qua de re, plenius, *quod* *Opus* in opere nostro Chronologico dicemus.

Denique & innumeros dicimus pro multò plurimis. Cujus rei passim se offerunt exempla. Sed nihil apertius illo Appuleij in Apologia: *Innumerabilia* (de Ennio est sermo) *piscium genera enumerat.* Ubi, ut bene monuit Scipioni Gentili, sic dicit *innumerabilia enumerari*; quomodo *incredibilia credi*, ait Paullus L. antiqui. D. si pars hæret. pet. Vt enim non innumera, sed planè numerabilia, sint piscium genera, arguit illud, quòd B. Hieronymus in Ezechielem * tradit, ex Oppiano, aliisque ἀλιθινῶν scriptoribus, colligi, haut plura esse cognita piscium genera, quàm centum quinquaginta tria.

† lib. 14. in
cap. 45.

XI. VTRVM ETIAM SIT SYNECDOCHE SPECIEI PRO SPECIE.

CÆTERVM ambigunt quidam, an quatuor synecdoches modis supra assignatis non debeat adijci quintus, quo species ponatur pro specie. Siquidem id interdum fieri, argumento est, quòd Homerus arma semper vocet χαλκία, quod interpretes semper transferunt *ferrea*, quorum sententiam adprobat Cælius Rodiginus lib. xix. cap. x. Sunt qui, ut hanc rem excusent, cum Tzetze † dicant, χαλκίον dici ἄνδρῶνός. Sed τὸ χαλκίον πῦρ ἀλλήλων *. Sed hæc quidem sunt Tzetze digna. Vera autem sententia est, quia arma primò ærea fuerunt, etiam postquam ferrum inventum, ærea fuisse vocata κατα χυσιῶνός, haut aliter atque *auream* atque *argenteam pyxidem* legimus, cum pyxis proprie sit è buxo, quæ Græcis πύξις: idemque in sexcentis alijs factum. Ærea verò arma ferreis antiquiora esse, extra con-

† in Hesiod.
pp. 205.
‡ 43.
* quid ro-
bur affwa-
dat.

trover-

troverſiam poni debet, vel propter illud Heſiodeum *:

Χαλκὸς δ' ἔργα ζῶντο· μέλας δ' ἔκ' ἔστα σίδερος †.

Sed & Pausanias † ex Homero colligit, veteribus non fuiſſe in uſu ferramenta, verùm æramenta ſolùm: unde & II. 4 legimus: χαλκίῳ ἐν κερτάμῳ *. Idem tradunt Euthathius in II. γ. † Lucretius lib. v. atque alij, quos ſciens prætereo. Sed ex his quidem neutiquam conſequitur, quod putarunt. Neque enim ſpecies pro ſpecie, ſed pro genere uſurpatur; æs pro metallo. Idem iudicij eſto de alijs id genus, quæ afferre ſolent.

* ἔργα
verſ. 150.
† ἔρε ο-
περάσαντες
non enim
nigromenter
ferunt.
‡ in Laco-
nicis.
* ὄλλαι
abene.
† pag. 241.
editi, Rom.

XII. QUÆDAM SYNECDOCHICA SIGNIFICA-
TIONE MAGIS IN VSV ESSE, QUAM
P R O P R I A.

QUOD autem de metonymiâ dicebamus, multa in modificatâ ſignificatione eſſe uſitatiora, quàm propriâ, id & in ſynecdoche locum habet. Ejuſmodi apud Græcos ſunt ἀρνῶν, πωλείν, & αἰνῶν, quæ generatim paſſim uſurpantur pro capere, vendere, emere, cùm propriè, teſte Euthathio *, ſignent, conſequi quippiam dando ἀρνῶν, * In Odyſſ. πώλειν, ὄνει †; uti & ἐτυμολογία indicat. Cauſſam huic locutioni de- pag. 138. 2. dit, quòd veterum ſubſtantia conſiſteret in pecudibus: unde & † agnos, apud Latinos ſimili σικωδοχίῳ in uſu remanſerunt, pecunia, peculium, equuleos, ac peculiaris: quo poſtremo propriè uſus Plautus, cùm ſcripſit *:

Etiā opilio, qui paſcūt, mater, alienas oves,

Aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam.

Impropriè quidem, attamen ita, ut alludat ad oves, idem uſurpat Mercatore ‡:

Quin etiā tibi ancillam dabo natam annos ſexaginta

Peculiarem. P. A. Miſenex, tam vetulam? L. Y. Generis Graeci eſt.

Eam ſi curabis, perbona eſt. iondetur nimium ſcitè.

Etiā familia nomen, cùm propriè de ſamulorum cœtu dicatur, longè tamen uſitatius eſt in ſignificatione ſynecdochicâ; quâ tam liberos, quàm ſervos, comprehendit: quomodo patremfamilias, & filiumfamilias dicimus.

‡ St. Amicâ
amico.

IRONIA est, cum per id, quod dicitur, intelligitur contrarium. Cognoscitur autem pronuntiatione, vel è rei naturâ.

I. DE VOCABVLO IRONIAE, ET QVOMODO
LATINIS DICATVR.

DE tribus primarijs tropis vidimus; superest *ἰρωνία*, quâ voce aliter uti videntur Rhetores, quàm alij scriptores. Nam his *εἰρωνεία* est *dissimulatio*, sive *dissimulantia*. Vtroque enim modo transfert Tullius †: qui & autor est *, Socratem appellatum esse *ἰρωνά*, quodd, in dissimulando, is lepore humanitateque longè cæteris antistaret. Minucius Felix in Octavio *scurram Atticum* appellat, secutus in eo Zenonem; à quo sic vocatum esse Socratem, à Cicerone † proditum est. Rhetoribus verò *εἰρωνεία* est, cum per id, quod dicimus, contrarium signamus. Atque id origo quoque indicat. Est enim *ἰρωνία* ἢ *ἰρωνία*, ut *κτ' λέξιν διέλιψεν*, aut *ditterium*, sonet. Quippe dicimus hæc, verùm nihil ejus significamus, quod propriè dicimus. At Latinis aliud esse *dictum*, aut *ditterium*, aliud ironiam; soli nesciunt, qui nihil sciunt. Quare non incommodè fortasse *irrisonem* vertas, ut est apud Iulium Rufinianum: vel *illusonem* potiùs, quomodo nominari Fabius † ait: *In eo, inquit, genere, quo contraria ostenduntur, ironia est: illusonem vocant.* Itaque & Erasmus *εἰρωνίας* transtulit *illusores* apud Lucianum libro *περὶ γυμνασίων*. Nam ubi Anacharhis ait, Athenienses omnes esse *ἰρωνάς ἐν τοῖς λόγοις*: apud Erasmus est, *nasutos in sermonibus illusores*. Nec sanè melius habet Latium, quàm *illusonem*. Nam *simulatio*, quomodo vertit Aquila Romanus, vel *dissimulatio*, ut Latinis etiam vocari ait Julius Rufinianus; multùm ab ironia dissident, cum in hæc contrarium intelligatur; in illis non contrariur, sed id ipsum, quod verbis, aut gestu, innui videtur. Nec satisfacit *cavillatio*, aut *blanditiæ*, nedum *pellicatio*: etsi in Philoxeni glossis sit; *Cavillatio*, *καποθέσια*, *εἰρωνεία*: item, *Pellicatio* (leg. *pellicatio*) *εἰρωνεία*, *ζηλοτυπία*: in glossis autem Latino-græcis, *εἰρωνόμας*, *pellico*, *cavillor*: *εἰρωνεία*, *pellicatio*, *cavillatio*: *εἰρωνόμας*, *blanditiæ*. *Blanditiæ* enim partim latiùs patent, partim angustius. *Pellicatio* verò, seu *pelliculatio*, vel dicitur de vita pellicum:

† A. Acad.
Quest. &
2. de Orat.
* 1. Offic. &
2. de Orat.
† lib. 1. de
Nat. Deor.

† lib. 8.
cap. 6.

pellicum : unde & glossæ Græcolatinæ, *ζηλεύω, pellico: ζήλω*, *pellicanus*: ζηλωτικός, *pellicatio*: vel notat fraudes ac dolos, sive à pellicularum, hoc est pellicum moribus, sive à pelliciendo, quomodo in laceris Festi schedis legas: *Pelliculationem, pro inductionem, à pelliciendo, quod est inducendo, dixit Cato. Cavillatio* autem propriè est Jurisconsultorum ejusmodi, qui, cum cavere nesciant suis, aliquid congingunt, quo se ijs cavere simulent. Vnde in Onomastico veteri, *Cavillo, σπιζωμα*. Quia autem tales suorum simplicitati illudunt: inde est, quòd etiam ad scommata, & jocos, extensa sit significatio: unde idem Onomasticon, *Cavilla, σπῆμμα*. Quare hæc quidem, quàm non fatis exprimant vim vocabuli Græci *ἰρωνία*, fatis liquet.

II. QUID SIT IRONIA, ET QUIBUS MODIS COGNOSCATUR, ALIQUID PER IRONIAM DEBERE INTELLIGI.

AB hoc tropo orditur Rufinianus librum suum de figuris sententiarum, & elocutionis. Sic verò eam describit: *Ironia elocutionis Sallustianâ commodissimè exprimitur, cum aliud in pectore reclusum, aliud in linguâ promittitur habemus, & sententia enunciationis in contrarium à verbis excipitur.* Breviùs Fabius, ut paullo antè vidimus: item Donatus †, *Ironia est tropus per contrarium, quod conatur, ostendens.* Subjungit deinde: *Hanc nisi gravitas prononciationis adjuvet, confiteri videtur, quod negare contendit.* Sed pleniùs Fabius, post verba allata: *Ironia aut prononciatione intelligitur, aut personâ, aut rei naturâ.* Nam si qua earum verbis dissentit, apparet, diversam esse orationi voluntatem. Ita è rei ipsius naturâ, ac circumstantijs, scimus, Platonem ab Athenæ *εἰρωνικός* vocari τῆ Μυσοῦσι φιλοχάρων *Divæ Moneta*. Nam obliviosum dicere voluit, quia eum fugillat, quòd ἀνοήτως † † *dissona* scripssisset de Socrate. Par ratio, cum Cato apud Sallustium * ita *pregnantia* verba facit: *Vos cunctamini etiam nunc, & dabitatis, quid intra mœnia* † bello *C. deprehensis hostibus faciatis? miseremini censeo. Deliquere homines adolescentuli per ambitionem. Atque etiam armatos dimittatis. Ne ista vobis mansuetudo, & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet.* Etiam *εἰρωνικός* fatis indicant, *εἰρωνικός* accipi debere illa Ciceronis priori Invektivâ in Catilinam: *Ad sodalem tuum, virum optimum, M. Marcellum demigravit.* Nam quomodo vir bonus esse potuit, qui sodalis esset Catilinæ? Ut omnino alius hic fit ab illo M. Marcello, quem paullo pòst vocat virum fortissimum, pro quo & oratio-

* *lib. 4.*
cap. 1.

nem habuit. Divina etiam, ut vocat Fabius*, ironia est in initio Ligarianæ; *Novum crimen C. Cæsar*, & *ante hunc diem inauditum* &c. Scio, Trapezuntium in Rhetoricis, Brodæum in Miscell. Ludovicum Carbonem lib. 1. de elocutione cap. xiv. atque alios item, negare, hæc ullam esse ironiam. Sed pro Fabio est, ex antiquis Aquila Romanus; ex junioribus, Marinus Becichemus Scodrensis epistolicarum quæstionum cap. xlii, Franciscus Luifinus lib. 111. *Parægor* cap. xxv, Julius Scaliger in suis de re Poëtica libris, & Franciscus Fabricius commentario in Ligarianam. Ac valida ratio pro his facit. Nam nequiquam novum crimen erat, vel inauditum; quandoquidem omnibus constabat, tam multos contra Cæsarem in Africa pugnasse, quibus jam ipse ignoverat. Quod si obscurius futurum, utrum ironicè loquamur, an propriè; utile sit particulam huiusmodi addere: *Scilicet*, verò, quasi, sanè, profectò, nimirum, aut similem. Ut apud Maronem, *Egregiam t̄ verò laudem. Scilicet t̄ is superis labor est.* Vel contrariam ipsam subdemus. Ut, *Docebit literas, quas non didicit.* Ita ironicè loqui Catonem in verbis allatis, satis arguit, quòd subjungit, si iudices misereantur, fore ut, postquam arma conjurati ceperint, res ea iudicibus ipsi in miseriam vertat. Nonnunquam verò ironia ipso vocum situ cognoscitur. Nam ferè *vir bonus*, propriè; *bonus vir*, *εἰρωνία*; dicitur. Ferè, inquam. Nam non tantum, *virum optimum*, *εἰρωνίως* vocat Cicero, ut antè vidimus: sed &

* *1. En.*
14. En.

* *13. 4. sc.*
8.

bonus vir, extra ironiam dixit Plautus Curcul.* Sedulò autem *εἰρωνία*, & cætera, attendi oportere, ne ironiam putemus, ubi nulla est, vel ubi est, propriè verba capiamus; argumento illud est, quòd hæc parte summos etiam viros decipi videamus. Ita, ut alios nunc mittam, Servius propriè accipit illa Iunonis apud Maronem *En. 1*:

Quippe vetor satis.

In quo eum falli, nemo negarit, qui naturam Iunonis, & Virgiliani loci, consideret. Ac contra *εἰρωνία* esse, idem putat illud *Ecl. 11*:

O formose puer, nimum ne crede colori.

Vbi nulla profectò est ironia.

III. IRONIAM LOCVM HABERE IN QVATVOR OPPOSITORVM GENERIBVS.

Essentiale. **V**erùm interdum usu venire videtur, ut in Ironia non intelligatur contrarium, quod tanquam *εἰρωνία* in definitione posueramus. Cur

Cur enim ei, qui genere cæteraque par sit; at nos, ut multis parti-
 bus inferiores, inluperhabeat; haut liceat dicere: *Scilicet tu genere,*
eruditione, aut fortunis anistias. Nec tamen eo nos alteri præferemus,
 ut superiores; sed unum hoc spectabimus, ut is, cum superior non
 sit, nec sese, ut nobis superiorem, gerat. At hoc ei quidem, quod
 dicimus, contradicit; verum contrarium non est: cum superiorem
 quidem, atque inferiorem esse, contraria sint; at superiorem, ac
 non superiorem esse, contradicant. Neque hæc loquendi ratio ca-
 ret exemplo. Iuvenalis est istud Sat. xv:

*O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
 Numina!*

Deridet autem Satiricus stolidam Ægyptiorum superstitionem:
 qui non solum colebant quadrupedes, uti simiam a, & ælurum sive
 felem b; aves, ut ciconiam c, ac corvum d, unde Coracina sacra, quæ
 apud Coprum fiebant e; ac pisces, ut oxyrynchum f, & anguillam g:
 verum neque plantas, uti porrum ac cepe, divinis afficere honori-
 bus dubitabat: unde Minucius in Octavio, *Ægyptij,* inquit, *cum*
plerisque vobis non magis Isidem, quam ceparum acrimonias, metunt.
 Estque hanc ipsam rem apud Sextum Philosphum legere Hypo-
 tyoseon lib. vi. Sed de totâ hæc eorum stultissimâ religione im-
 primis Strabonem adi lib. ult. & è junioribus Floridum Sabinum
 Subsecivarum Lect. lib. xxi. cap. i. Cum verò poëta *sanctas* vocat
gentes, quarum in hortis istiusmodi succrescunt Dij, ut indicare no-
 luit, eas iccirco revera sanctas esse; ita neque ob id irreligiosas at-
 que impias esse, significare voluit: sed cum absurdo consequenti ab-
 surdum innuat esse antecedens, sensit, non ideo sanctas esse: quod
 priori non contrarium, sed contradictorium est. Quare fortasse di-
 cendum, hæc contrarij nomen latius accipi, ut contradictorium quo-
 que complectatur. Nam & Aristoteles sæpe eo modo loquitur; ut
 cum, primo *quoniam a negodorus,* principia docet esse contraria, atque
 omnes veteres philosophos contraria statuisse principia asserit,

Verum fortasse nec hoc pacto scrupulus planè fuerit exemptus.
 Cur enim de cocco, aut luscitioso, haut dicere liceat, eum tam cer-
 nere acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius? At hæc re-
 pugnant, ut habitus, & privatio. Cur item parens filio, leges præ-
 scribere volenti, dicere non possit, *Nempe tu parens es, ego filius.* Aut
 princeps subditis, *Scilicet subditi imperium habent in principem.* At hic
 relatum sumitur pro correlato.

Quare, ut rem in pauca conferam, sic statuendum videtur, con-

in Deorum concilio.
b Hierodotus in Euterpe, Diodorus Siculus lib. 1. Cicero l. 1. de Legg. & 1. de Nat. Deor. item lib. 5. Tuscul. Quest. 8. Iuvenalis Sat. 23. strecha est emendatio Brodai lib. 7. Miscell. cap. 2. Vide & si voles, Calcegenius epistolarum quest. lib. 1. epist. 38. qua incipit. Sinc alijs, &c. c Lucianus in Deorum concilio. d Elianus in histor. animal. lib. 7. c. 18. e Ambro- sium in epist. ad Rom. cap. 2. f Strabo lib. ult. & alij, de quo vide Brodai lib. 7. Miscell. cap. 2. g Hierodotus in Euterpe, & Anti- phanes apud Athenæum.

trarij nomen in definitione Ironiæ Ciceroniano more accipi. Is enim, uti & Stoici, contraria nominat, quæ Peripateticis ἀρτιμέμνη, sive *opposita*; quæque his strictè appellantur *contraria*, ipse vocat *aduersa*. Itaque definitio minùs fuerit cavillationi obnoxia, si dicamus, *Εἰρωνεία* esse, quâ per id, quod dicitur, intelligitur oppositam.

IV. REFELLVNTVR, QVI NEGANT, OMNEM IRO-
NIAM ESSE TROPVM: ITEM, QVI EAM
CENSENT ESSE MENDACII
GENVS.

AMBIGVNT quidam, num omnis Ironia hujus sit loci. *Fabium* * si audimus, *Ironia alia sit tropi, alia schematis*. Idem † *Ironiam allegoriæ speciem facit. Nos schemata esse negamus, quia semper eâ aliud dicitur, aliud intelligitur. At schemata tam proprijs, quàm figuratis, instituantur verbis. Ironiam autem non esse allegoriæ speciem, cap. xi. ostendemus.*

Sunt & homines ineptè religiosi, qui ironiam aspernentur, ut mendacij genus. Ac subsidium etiam à magno viro petunt, qui ironiam *falsam esse orationem* dicat. At sciant *εἰρωνίαν* esse hoc Dei ipsius Genes. III. 22: *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.* Cui interpretationi ad stipulatur quoque translatio Græca: *Ἰδὲ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἰς ἡμῶν, τὸ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν.* Etiam *εἰρωνίαν* accepere Theodoretus, Gennadius †, atque alij. Iud. x. 14. *Itē & invocate Deos, quos elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustie.* Illustre etiam est hoc III. Reg. xv. 27. *Illudebat illis Elias dicens, Clamata voce majore. Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certè dormit, ut excitetur.* Etiam sic idololatrias ridet Deus apud Prophetam Amos IV. 4: *Venite ad Bethel, & impie agite ad Galgalam, & multiplicare prevaricationem, & offerre manè victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. Et sacrificare de fermentato laudem, & vocare voluntarias oblationes, & annunciate. Sic enim voluistis filij Israël: dicit Dominus Deus. Est & εἰρωνίαν* illud Christi ad discipulos Matth. xxv. 1. 45: *Dormite quod superest, & requiescite: ecce appropinquavit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum.* Gr. *καθὼς ἐστὶ τὸ κοινοῦ, καὶ ἀναπαύεσθε.* Nisi potius hæc *κατ' ἐρώτησιν* † dicta sint, eoque verti debeant, *Dormitis quod superest, & requiescitis?* I. ad Corinth. IV. 8. *Iam saturati estis, iam divites facti estis, sine nobis regnatis. Quæ quia εἰρωνίαν* dixerat Apostolus, eò continuo subjungit: *Et utinam regnetis*

† in *Catenâ*
Græcorum
Pentateuchi
interpreti.

† per *inter-*
rogationem.

regnetis, ut & nos vobiscum regnemus. Neque magis in his falsa est oratio, quàm in metaphoricis: ut cum Christus vocatur *virga* * de *ra-* * *Esa. 11.*
dice Iesse †, *panis vite* †, *vitis vera*, *lapis* † *reprobatus ab aedificantibus*, & † *Ioan. 6.*
factus caput anguli: aut cum Apostoli dicuntur † *piscatores hominum*, † *Ioan. 15.*
Pharisæi viperarum progenies *, & in trecentis id genus. Dicent, et † *Act. 4.*
sermonem esse verum, quia improprie hinc voces sumantur. Quasi † *Matt. 4.*
 non idem fiat in ironia. Quare vel fallitur, vel valde *ἀνόως* locutus † *Matt. 3.*
 est Cæsar Scaliger †, cum in ironia ait *è re notâ falsam intelligi oratio-* † *Luc. 3.*
nem. Neque enim falsa est oratio, ubi animus fallendi est nullus, † *lib. 3. de*
 neque vel is fallitur, qui dicit, vel ille, cui dicitur. † *repticz, cap. 85.*

V. ERRARE EOS, QUI IRONIAM NVNQVAM NON
 IN VERBIS CONIUNCTIS; TROPUS CÆTE-
 ROS, SEMPER IN SINGVLIS ESSE
 VERBIS PVTAVNT.

ET hæc de quatuor primarijs tropis sufficiant: in quibus non pauca fortasse, ut nova, ita absona ijs videbuntur, qui innutriti sint vulgaribus præceptis. Sed liberalibus hæc ingenijs scripsimus: quibus placere debet illud Venufini vatis †:

Odi profanum vulgus, & arceo.

Quare quid illis cum vulgo? cuius commentis jure occentent Sallustianum illud, *Sit fides penes auctorem*. Atque ut magis pateat, similiter nos animatos esse, hinc quoque antequam ad primariorum troporum species accedam, aliquid adtexere est visum contra vulgarem illam troporum distributionem, quâ alios privorum esse verborum dicunt, alios orationis. Certè & illi, quos orationis faciunt tropos, in simplicibus reperiuntur verbis; & quos simplicium esse verborum iudicant, hi etiam totius esse orationis possunt. Itaque cum apud Sophoclem Oedipus *τὴν κακίαν τῆς* * vocat *συνθρομάντην* †, rectè *εἰρωνείαν* esse dicit Scholiastes. Est & *εἰρωνεία*, quod Ptolemæus, qui octavus fuit *ἡγετὴς* † † Ptolemæi Lagi, habuit *φιλομαθῆτος* † *ἑπιπλοσίου* † *ὁπὶ χηλασμοῦ* †; ut tradit Pausanias in Atticis, qui inibi addit, *ὃ γὰρ τινὰ* † *βασιλέων μισθόντα ἱερῶν ἐς τοσοῦδα ἑσπὸς τῆς μισθός* *. Ac pari *χλευσμοῦ* † quidam arbitrantur alios Ptolemæos dictos *φιλαθέλους*, & *ἑπιπλοσίου*: sed dissentiente Plutarcho, quem vide lib. de propria laude. *Ἡρώωνδος* quoque est illud Plauti Rudente *, cum Trachalioni dicenti, *Ita enim vero stultus es?* respondet Gripus, *Salve Thales*. Item si pumilus sive nanus appelleretur Atlas, juxta illud Iuvenalis †:

† lib. 3. *ode*
1.

* *malum*
vatem.
† *vatem*
venerabilis.
† *è posterioris.*
† *Philomac-*
toris appel-
latione per
irrisionem.
* *hanc*
quemquam
scimus ex
regibus eius
topere (uisse
narrati mis-
sum.

† *irrisione.*
* *Act. 4. sc.*
Hæc mox.
† *lib. 3. jst.*
2.

--- *Nannum cuiusdam Atlanta vocamus.*

Quomodo & Martialis * ait:

Haut aliter rideatur Atlas cum compare ginno.

Quo de versu differantem adi Politianum in Miscellaneis † : ac imprimis, quæ in hunc poetæ locum annotavit vir idè, atque amicus summus, Petrus Scriverius : qui sagacissimè est odoratus pro *gibbo*, (ut est in MSSis aliquot, & edit. antiquis) legi debere *ginno*: qui non aliter differt à mulo, quàm quodd mulus ex equo & asinâ; ginnus sive hinnus (qui & Græcis *ιννός*, & *ιννός*) ex asino, & equâ, nascatur : ut pluribus ostendimus in Originum libris.

Est in hisce exemplis simplicis verbi ironia, quam orationis faciunt tropum. Et contrâ *μεταφορά* quoque plurium esse verborum potest. Ut, *emunctæ naris, jugulum petere, in arenam descendere*, & id genus innumera. Ac similiter *μετωνομία*, & *συνωνοχία*, quas semper unius esse verbi, etiã Cyprianus Soarez cum multis putavit, sæpe in pluribus consistunt vocibus. Ita synecdoche est, cum Joannes Baptista

* *Math. 3.* Christo ait *, *Cuius non sum dignus, qui soleas portem.* Sive, ut est
 † *11.* apud Euangelistas alios, *Non sum dignus, ut solvam corrigias calceamentorum eius.* hoc est, ut vel vilissimam ei servilem operam ullam præstem. Itidem synecdoche est in illâ spectri *σπεκτρον* apud Juvenalem *:

* *lib. 4.*
 † *lib. 5.*

Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

Nam quemadmodum *ἡδωλον*, sive spectrum hoc loco signari, ex eo planum fit, quodd mediæ meminerit noctis; spectra autem, prout ab Appuleio * quoque appellantur, sint *noctium occursacula*: ita & synecdochen esse, ex eo patet, quodd & alia sint plurima, quorum occursum diu noctuque fuerit ominosus : ut inter cætera Æthiopis, qui iccirco, si Romano exercitui è castris prodeunti occurrisset, tanquam *σπίρισμα φάθος* *, confestim occidebatur: quemadmodum Appianus auctor est lib. v. Item occursum eunuchi; quem & ipsùm, tanquam malum omen, detestabantur, ut scribit Lucianus *επι σπεκτρον*. Nec ratio de eunuchis obscura est, quandoquidem eos, quasi à confortio humani generis extorres, ab utroque sexu, aut natura origo, aut clades corporis, separavit: ut scribit Mamertinus, oratione eâ, quâ pro consulatu gratias egit Iuliano Aug. Imò claudorum quoque ob imperfectionem, ac simiæ, aut felis, ob deformitatem, itidem infaustus habebatur occursum. Quâ de re vide, quæ Heraldus in Martialem † annotavit.

* *lib. 7.*
 † *epigr. 86.*

Denique & *μετωνομία* plurium esse verborum potest : ut cum Cicero †

cero † urbanè ait, *Gratias tibi agam propediem*. Pro eo, quod est, non † lib. 1. 3.
 dubito, quin præstiturus sis, quod peto. Nam beneficium, sive ope-
 ra præstita, causa est efficiens gratiarum actionis: ut manifestum
 sit, effectum poni pro efficiente. Similiter, cum Pomponius Atti-
 cus, teste Cornelio Nepotè * ; diceret, *se nunquam cum matre in gra- * in vita
 tiam rediisse*. Quod est signum, nullam unquam inter eos querimoniam
 intercessisse. Item in illo Iuvenalis † : † lib. 3.
 Qui digito scalpunt uno caput. --- † in 3.

Quibus verbis per metonymiam adjuncti *μειραεισιν* mollicelli
 & impudici significantur: ut argumento est illud Clodij de Pom-
 peio apud Plutarchum †, *Τὸ ἐπὶ δακτύλῳ κινῆσαι τὴν κεφαλὴν*; Et hoc † in Pom-
 Ammian Marcellini lib. xv 11: *Duo hæc observaverunt* (obrectatores
 Pompeij) *ludibriosa & irrita*; quòd, genuino quodam more, caput digito
 uno scalpebat: quòdque aliquamdiu, tegendi ulcers causa de firmis, fascio-
 là candidà cruris colligabat: quorum alterum *factitare, ut dissolutum*; alte-
 rum, *ut novarum rerum cupidum, asserabant*. Vnde Senatus Critici
 princeps, Iosephus Scaliger, epigramma illud Calvi (non Cinnæ,
 ut errore memoriæ vocat) supplevit, & edidit †, hoc pacto:

Fasciolâ qui crura ligat ---

† in Cata-
lectis.

Quod quamquam placuit aliquando, tamen nunc potius assentio
 Pythæo: qui existimabat, verba illa malè appingi huic carmini:
 quòd non competant molli, sed imperium affectanti, ac quasi dia-
 dema in cruribus gestanti. Scio, distingui illa oportere, quòd fa-
 scias gestaret Pompeius, & quidem cretatas: illud lascivix fuisse,
 hoc tyrannidem affectantis; ut eruditè ostendit *πολυμήτωρ* O. Ca-
 saubonus †. Sed Ammianus, unde se priorem versum supplèssè, Sca-
 liger * agnoscit, clarè loquitur de fascijs cretatis, atque hoc ad re-
 gni suspicionem refert. Epigrammate autem hoc non regnum, sed,
 quòd molles solent, virum † quærere dicitur Pompeius: ut quæ ad
 mollitiem non pertinent, minimè hîc habeant locum. Et sanè fate-
 tur † Scaliger, se in veteri quadam schedâ distichon hoc integrè le-
 gisse, hunc in modum:

*Magnus, quem metunt homines †, digito caput uno
 Scalpit. Quid credas hunc sibi velle? virum.*

† in Suetonio,
Aug. cap.
82.

* in Auso-
niani le-
ctionibus

lib. 1. c. 27.
† in Calvæ
hic viri, ita

vocè ambi-
guâ ἀνδρῶν
ἔστι Δημο-
ναξ ἀπὸ

Lucianum.
† ibidem.

† in MSO.
omnes.

Intellige autem per veterem schedam ineditum Lucani inter-
 pretem: cujus verba vide sis apud V. Cl. Petrum Scriverium erudi-
 tissimis illis animadversionibus in Martialem †. Sed sive Scaligeri
 conjectura, sive, quòd apud Lucani interpretem est, magis placet;
 parer, metonymiam non semper esse singulorum verborum; atque,
 ne solum

† notis in
fragmentis

Spectaculo
vram libello

subjectura.

ne solum Rhetorum vulgus nominemus, errare etiam Alexandrum

Rhetorem, iuxta quem lib. I. ἡ πρός τὸν ἄλλο ὁ ῥήτορας γίνονται ἀρετὴ τ.

Tropus est
versus in
una ditione
consistens.

C A P. X.

DE PRIMARIORVM TRO-
PORVM SPECIEBV.S.

QUATVOR primariis tropis subiiciuntur complures alij, partim ut species eorum, partim ut affectiones.

Species sunt sex, quarum prima ad μεταλλῆσις pertinet, nempe μεταλλῆσις; quatuor proxima ad σωκράδοχλήν, prout ἀντονομασία, κοινοῦσις, σὺλλῆσις, & λιτόσις; ultima denique ad εἰσωνίαν, videlicet εὐφρομισμός.

Metalepsis vocatur, tum quando ex antecedente intelligitur consequens, aut ex consequente antecedens: tum etiam, cum gradatim ex unâ significatione proceditur: in aliam. Hic verò casus sub ambiguo nomine collocamus; quamvis priori quidem modo sit species primarij tropi, posteriori verò troporum affectio.

Ἀντονομασία vel ex proprio colligit commune, vel ex communi proprium. Κοινοῦσις est, quâ proprias laudes alijs etiam communicamus, aut aliorum peccatum communicamus nobiscum, aut quorundam benefacta ac virtutes communicamus omnibus.

Σὺλλῆσις voce ambigua res unâ plures comprehendit.

Λιτόσις negatione contrarij plus significat, quam dicit.

Εὐφρομισμός res ingratas, boni ominis causâ, gratis effert nominibus.

I. DE METALEPSI ANTECEDENTIS ET
CONSEQUENTIS.

DEINCEPS considerandæ sunt Troporum superiorum species, quas, ut vulgus mittam, jam olim præstantissimi rhetores distinctos esse tropos credidere, ac porro alijs persuasum esse cupiverunt, cum tamen non disconveniat ijs primarij alicujus tropi definitio, eoque specie differre non possint. Species istiusmodi sunt sex: Μετάλλῆσις, Ἀντονομασία, Κοινοῦσις λόγων, Σὺλλῆσις, Λιτόσις & Εὐφρομισμός. De singulis videamus, & ut Sallustius loquitur, cum curâ differamus.

Μετὰλλῆσις, quam Latine *transsumtionem* dixeris, fit, cum ex consequentibus intelligimus antecedens. Fundus mihi subscriptorque
ejus

ejus sententiæ est Donatus, qui hunc in modum de eâ scribit in Andr. Act. III. sc. II: *Dicas, pro credas. Non enim dicimus, nisi quod credimus: ab eo quod sequitur, id quod præcedit. Figura μεταλλῆς, à posterioribus ad priora. Idem alibi; Audacter dicito. Et alibi; Fœneratum istud beneficium pulchrè tibi dices. i. credes, dices, senties. Hæc Donatus: atque eo pacto μεταλλῆς pertinebit ad ὑπονοίας. Nam quod dicimus, signum est ejus, quod sentimus; ut sciunt, qui ex Philosopho † didicerunt, scripturam esse signum orationis, orationem conceptum, conceptus rerum. Idem Donatus in Andr. act. III. sc. III. scribit, jubeo μεταλλῆς poni pro volo, cùm Simo jubet Chremetem salvere. Atque in hoc mutili quoque doctissimi hujus Grammatici commentarij à me faciunt. Nam, ut idem inibi ait, volumus animo, jubemus verbis. At verba sunt symbola animi, quemadmodum antè dicebamus. Par ratio est, cùm Græci κλαίω; aut οἰμώζω, ac Latini plorare dicunt, pro δειχέω †.*

† initio lib.
† ἐπι ἐρημ-
ρεύς.

† miserere
esse.

Irterdum autem non ex posterioribus priora, sed contrà ex prioribus posteriora intelliguntur. Quare, si prius illud genus fuerit μεταλλῆς, μεταλλῆς quoque erit, cùm ex antecedente intelligimus consequens. Et certè Isidoro lib. I. Originum μεταλλῆς definitur tropus à præcedente indicans, quod sequitur. Itaque ut μεταλλῆς consequentis est, cùm dicere ponitur pro sentire: ita fuerit μεταλλῆς antecedentis, cùm facere ponitur pro dicere, aut narrare. Ut sit Ecl. VI:

*Tum Phaëtoniadas musco circumdat amara
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.*

Ad quem locum ita Servius: *Mira est canentis laus, ut quasi non factam rem cantare; sed ipse eam cantando facere videatur.* Ac alibi † mo- † in Ecl. 9:
net idem, simile esse hoc Ecl. IX:

--- *Quis humum florentibus ambros*

Spargeret, aut viridi fontes induceres umbrâ?

Vbi, *spargeret*, exponit, *adsperfam floribus caneret.* μεταλλῆς quoque consequentis est, cùm Maro † ait:

† Ecl. 2.

Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci.

Quod signum est noctis imminens, ut diximus, cùm definitionem synecdoches è Fabio petiram convelleremus. Par ratio est, cùm Catullus † ait, nec Atalantæ fuisse gratus aureolâ illud malum, † Carm. 2:

Quod zonam soluit diu ligatam:

h. e. per quod factum, ut postilla haut diu esset ἀχαις seu ἀραφο- † illibata
† i. Quamquam hoc exemplum non tantùm pertinet ad meto- † iungitiam
sis.

nymiam destinati ad finem. Nam cum vulgo velle hoc *μνησινυλας* genus furcillare, id quidem, ut Lucretius concludere solet, desipere est.

Videtur hujus etiam loci esse, *recordari fœderis*, pro servare fœdus; *recordari peccatorum*, pro punire delicta. Nam memoria sive recordatio initi fœderis antecedit, ut causa, ob quam aliquis stet promissis. Recordatio etiam peccatorum præcedit, ut causa, cur aliquis puniatur. Eadem ratio est, cum *ignoro* ponitur pro negligo, aut diffiteor. Ut, *ignorare hominem*, pro aspernari velut ignotum; *ignorare benefacta alterius*, aut *facinora sua*, pro dissimulare, aut diffiteri, quasi nihil tale contigerit. Plautus Amphitr. †.

† *act.* 4.
sc. 3.

Quem omnes mortales ignorant, & ludificant, ut lubet.

Terentius Phorm. †

† *act.* 2. *sc.*
3.

Quia egens relicta est misera, ignoratur parens.

Cicero pro Roscio Amer. *Quorum ego neque benevolentiam erga me ignorare, neque auctoritatem aspernari debeam.* Similiter accipi putant in illo Propertij lib. 1. el. 11:

Cur hæc in terris facies humana moratur?

Iupiter, ignoro pristina furta tua.

* *notis in*
Propertiana.

Vbi Janus Duza F. * *ignorare* interpretatur, *aspernari & cognoscere* nolle, *quasi que mentione indignum negligere.* Atque hanc ejus sententiam & alij sequuntur. Mihi magis placet, *ignoro* hic sumi, pro non credo, sive non agnosco. Quasi dicat. Non possum, ð Iupiter, in animum inducere, ut fidem ijs habeam, quæ de veteribus furtis tuis canunt poetæ. Nam si tantus esses formarum aceps, adeoque in Venerem proclivis, profectò non adhuc in terris ageret Cynthia mea, divinæ formæ puella. Scaliger pro *ignoro* substituit *ignosco.* Sed prius est in editioe principe *, atque aded omnibus libris: nec fanè ullâ mutatione opus.

* *qua Megij*
Lepidi pro-
dyt an.
1481.

Quòd si antecedentis, & consequentis *μετάλωψιν* agnoscimus: causam non video, cur non item statui debeat *μετάλωψις* connexi. Ut apud Hebræos, *tegere pedes*, Iud. 111. 24. de Eglone, Moabitarum rege, & 1. Reg. seu Samuelis, xxiv. 4. de Saule. Quibus in locis vulgatus vertit, *purgare alvum*, aut *ventrem*: Chaldæus autem, *facere necessitatem suam.* Nempe quia Hebræi, uti & Orientales alij, longis uterentur vestibus, eò in *κοιλιοσυρία*, ac universè in conquinniscendo, pedes suos tegebant. Simile exemplum est, cum *χειροτονία* ponitur pro suffragio. Propriè enim *χειροτονία* est manus in sublimem porrectio: sed quia hoc pacto suffragium ferrent, eò & pro suffragio

fragio accipi coepit. Meminit ritus ejus etiam Tullius pro Flacco: *Si sunt expressa, ista praeclara, quae recitantur psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec jurejurando constructa; sed porrigendâ manu, profundendoque clamore multitudinis concitata.* De utraq; verò illâ, & propriâ, & metalepticâ significatione *χειροτονίας*, vide, quae Ioannes Zonaras annotavit initio commentarij sui in Canones SS. Apostolorum.

Quaecunque autem haecenus *μεταλήψεις* exempla adduximus, ea liquet ad *μετωνυμίαν* causâ, vel effecti, subjecti vel adjuncti, pertinere. Sed quaedam, pauca tamen, sunt, quae ad nullam ex quatuor hisce speciebus referri possint. Ut, cum *fuit*, aut *vixit* dixere, pro esse, aut vivere desijt. Vbi *μετάληψιν* esse antecedentis, negare non possumus. Quare cum, quod essentialiter est, id perpetuò inesse debeat; erit fortasse, qui *μετάληψιν*, non quidem tropi speciem dicat, sed tropi genus à quatuor primarijs distinctum. Mihi nihil in quadripartitâ illâ divisione innovare visum, tum quia hæc *κατ' ἐνομήμιαν* dicuntur, qui quomodo ad *ἰρωνίας* pertineat, hoc ipso capite monstrabimus: tum imprimis, quia satius sit *μετωνυμίαν* modos augere, ut sex sint in universum ejus species, causâ, effecti, subjecti, adjuncti, antecedentis, & consequentis. Scio, non vulgus modò, cuius fortasse *ἰασηδίας* Ælij ac Persij non curant legere; verùm etiam eximium Quintilianum, synecdochen id appellare, cum antecedens pro consequente ponitur, aut contrâ. Verùm nunquam hoc conquire poterit, qui legitimam potiùs sententiam, quàm volgivagam, &, ut Tertullianus loquitur, passivam consecrari malit. Certè ut superiùs * etiam dicebamus, tot sunt primarij tropi, quot sunt rerum mutuarum affectiones. At res vel conjunctæ sunt, vel disiunctæ. Conjunctæ vel essentialiter cohærent, vel accidentaliter. Essentialiter, ut totum & pars: accidentaliter, ut causâ externa & effectum, subjectum & adjunctum. Disiunctæ vel amicè conspirant, ut similia; vel repugnant, ut contraria. A primo genere est synecdoche, ab altero metonymia, à tertio metaphora, à quarto ironia. Atqui antecedens, & consequens, junguntur quidem; verùm non essentiali nexu. Neque enim, quòd boves stabulum repetunt imminente nocte, id de noctis essentiâ est, etsi eam antecedit. Quare cum antecedens ponitur pro consequente, aut contrâ, non *συνεκδοχῆ*, sed *μετωνυμίαν* dici debet. Hæc si sententiâ deiciat, sapiunt alij: ego, ut poeta vetus ait, fatuus sim, non modò stultus.

Porro ut in metaphora ob similitudinem, ita hic ob rerum conjunctio-

* lib. 3.
§. 2.

junctionem, reciprocus esse tropus potest. Quemadmodum iccirco, quoddam ex frequenti accessu templa, aliaque, celebratiuum nomen consequantur; eò & frequentare accipitur pro celebrare; & celebrare pro frequentare. Nam Iuuenalis ait * celebrare (malè in quibusdam libb. est scelerare) --- sanum Isidis, & Ganymedis, Et Cererem: ubi celebrare est frequentare. Atque eodem modo Lucretius, initio operis sui, dixit concelebrare. At è contrario frequentare pro concelebrare usurpat Sulpitia in Satirà, cum ait:

Diva quibus numeris heroas, & arma frequentas.

Itaque ut metaphoram, ita & metalepsin, dividere possis in reciprocam, & non reciprocam. Et hæc de eâ μεταλήψεως acceptione, quæ apud Donatum est.

II. DE METALEPSI GRADATIONIS, SEU PLVRIVM TROPORVM.

† lib. 8. c. 6.

ALIIIS verdè μεταλήψις vocatur, cum gradatim ex unâ significatione proceditur ad aliàm. Ita enim de eâ Fabius †: *Supereſt ex ijs, quæ aliter ſignificant, μεταλήψις, id eſt, tranſſumptio, quæ ex alio in aliud velut viam præſtat.* Et clariùs aliquanto poſt: *Eſt enim hæc in metalepſi natura, ut inter id, quod tranſfertur, ſit medius quidam gradus, nihil ipſe ſignificans, ſed præbens tranſitum.* Eodem planè modo μεταλήψεως nomine utitur Eufſtathius †; qui fuſè de eâ ſcripſit in illùm Homeri verſ. II. α.

† pag. 79.
c. de Rom.

Στὴνδεῶν λαοὶσι δαΐδχα μερμύειεν.

Secundùm hanc acceptionem μεταλήψις non tam tropi alicujus primarij speciès est, quàm troporum accidens. Nam ut in allegorià, ita & hîc, quamvis diuerſimodè, est troporum continuatio; quam accidens eſſe, negari nequit. Exemplis res dilucidior fiet. *Μετανομίαν* cum μεταφορὰς habes in illo Virgilij IV. Georg.

*Sæpe etiam effoſſis, ſi vera eſt fama, latebris,
Sub terrâ fodere larem.*

Vbi *larem*, quia Deus erat domesticus, pro domo ipſâ poſuit *μετανομίαν*: *domicilium* autem *μεταφορῶς* dicitur de cavernis apum.

† lib. 1. A.
mor. Eleg.
9.

Gemina ac ſimilis *μετανομία* est in hoc Ovidij †:

Ipe ego ſegnſ eram, diſcinctaque in oſia natus.

Oſium per *μετανομίαν* effecti dicitur *diſcinctum*, h. e. diſcinctos faciens: *diſcinctus* autem ponitur pro negligentî, quæ metonymia adjuuncti eſt. Item in illo Maronis 1. Æn.

— *Tum sylvis scena coruscis*

Desuper, horreniq; atrum nemus imminet umbra.

Nemus dicitur atrum pro tenebricoso, tenebricosum verò ponitur pro denso: densitas autem causa est, cur nemus sit opacum, eoque atrum. Par ratio in illo ejusdem ꝑ:

ꝑ Ecl. 6.

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Item hoc ꝑ:

† En. 3.

--- *Speluncis abdidit atris.*

Nam profunditas causa est, cur sint obscuræ: obscuritas autem efficit, ut atrum aliquid videatur. Σωαιδοχλή quoque geminam cum μετανομή habes Ecl. 1:

Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas.

Nam ex aristis per σωαιδοχλή partis significantur fegetes, per fegetes μετανομή subjecti (res enim, quæ in tempore est, temporis est subjectum) significantur ætates, per ætatem σωαιδοχμήs anni intelliguntur.

Ηoc μετανομήs genus magis convenit poetis, quàm oratoribus: quin rarior quoque ejus usus occurrit apud ipsos poetas; quia, si condenseretur, aut longè nimis ducatur, obscuritatem orationi adfert. Sin nec crebra fuerit, nec dura, laudi dabitur, quia ob gradationem isthanc quandam habet ingenij commendationem.

III. ANTONOMASIA VOX, DEFINITIO, ET ALLATA A FABIO, ET ROBORTELIO, DIVISIONES EXPENDUNTUR.

ANTONOMASIA Latine est *pronominatio*. Sunt qui, puerili errore, per ω, ἀντονομασίαν scribant. Atqui ea, quæ ab ὀνομαζω veniunt, utrumque ο retinent; unde & ἀντονομασία dicendum liquet, non, ut quidam putant, ἀντονομασία. In errorem eos impulit, quòd deducta ab ὀνομα prius ο mutant in ω, postèrius in υ: unde μετανομία, ἀννομία, ἰερώνυμοι, πατρωνυμία, ὀμώνυμα, σωώνυμα &c.

Antonomasia Fabio esse dicitur, quæ aliquid pro nomine ponit. Eadem sententia Isidori lib. 1. Originum. At definitionem hanc damnant alij, quòd omnes tropi nomen ponant pro nomine. Subterfugit eos, veteres nomina vocasse, quæ nos propria dicimus: *vocabula* autem nominasse, quæ nobis communia, sive, ut cum vulgo loquar, appellativa. Hæc quidem in re præstò nobis adest patrocinium.

Varronis primo de analogiâ: *Sequitur, inquit, de nominibus, que differunt à vocabulis; ideo quod sunt finita, ac significant res proprias, ut Paris, Helena: cum vocabula sint infinita, ac res communes designent, ut vir, mulier.* Neque solus Varro hoc modo loquebatur, sed & alij similiter inter nomina, & vocabula, itemque pronomina, & provocabula, distingere; quâ quidem in re causam pro nobis dicit idem Varro †: *Appellandi, inquit, partes sunt quatuor, è quibus dicta A QVIBVS DAM Provocabula, que sunt, ut Quis, Que; Vocabula, ut scutum, gladius; Nomina, ut Romulus, Remus; Pronomina, ut hic, hæc, hoc.* Verum metuo, ne lectori meo in hisce leviculis operam videat perdere. Quare ad alia transeo.

Triplitem tum Fabius, tum Isidorus, statuunt ἀντωνομασίαν, sed diversimodè. Isidoro lib. I. Originum eò triplex est, quia vel ab animo sumitur, ut,

† *En. 5.* --- *Magnanimusque Anchisiades †:*
vel à corpore, ut, --- *Ipse*

* *En. 3.* *Arduus *:*
vel extrinsecus, ut,

† *En. 1.* *Infelix puer, atque impar congressus Achilli †.*

Fabius verò primum genus fieri vult per epithetum: alterum per ea, quæ in quoque præcipua sunt: tertium ex factis, quibus persona signatur. Primi generis esse ait, *Tydidēs, Pelidēs*: alterius exemplum facit,

* *En. 1.* --- *Divum pater atque hominum rex *:*
tertij exemplum apud eum est,

--- *Thalamo quæ fixa reliquit Impius †.*

† *En. 4.* *Hæc ne temere aut admisisse, aut repudiâsse, dicamur, pauca expendemus ad rectæ rationis trutinam.*

Ac primò, quod ad antonomasiam referrur, cùm patronymicis loco proprii usurpatur, id nequaquam tam absurdum est, quàm quidam judicant. Nam etsi crebrò fit, ut habitâ ratione actus sive consummationis, patronymicum non sit communius proprio; quod semper evenire necesse est, cùm quis est *μυροβόλος*, atque, ut cum poetis loquar, consanguineos †, & unigenas * non habet: tamen tunc quoque communius est ratione potentia, quia plures liberi esse poterant. Atque hinc obscurum non est, quomodo & ἀντωνομασία vocari possit, cùm *Anchisiades* ponitur pro *Æneâ*, quamvis hæc duo ἀντισπέουσι †. Imò fortasse & altero nomine: quia patronymica quoque conveniant posteris, qui plures esse solent. Nec enim *Peleus* solus vocatur

† *En. 4.*
† *Casul. de nupt. Pel. & Thest. Virgil. sextus En. Claudian. de rapin. Prof. lib. 1.*
* *Casul. de coma Beronices, & de nupt. Pel. & Thestidos.*
† *conu. eruntura*

vocatur *Æacides*; sed & Achilles; imò & Pyrihus, Epirotarum rex. Nec Ascanius tantum dictus est *Æneades*; sed etiam Romulus, ac Romani universi. Ergo si, quid fieri potuerit, spectemus, fortasse & omnes Anchisæ posterii *Anchisada* dici potuissent. Sed ut ab Ænea potius nomen suum fortirentur, tum magnitudo gestorum ejus fecit: tum quòd non Anchises, sed Æneas, in Italiam venerit, ac filius ejus gentem condiderit Albanam, unde origo Romanis.

Interim lubentes agnoscimus, quamvis hæc non absurdè pro Fabio dici queant, magis tamen placere, ut actus habeatur ratio: quod si fiat, istiusmodi, quæ cum proprio convertuntur, ab antonomasia excludi debent, tanquam nativa, nec ad ullum primum tropum pertinentia: ut aliquanto post quoque ostensurum, cum expendemus sententiam, quam de *ἀπτορομασίς* Robortelius architectatus est nobis. Nunc unum id solum, ad fulciendam opinionem nostram, adijcere visum est; aliud nihil in causâ esse, cur agnoscamus, patronymica, cum proprii loco ponuntur, esse modificata, quàm quòd *ομωνομασίς* sit, cum commune, quod totum quoddam universale est, accipitur pro proprio: id autem non fit, cum patronymicum & proprium convertuntur. Certè siquam aliam alius rationem perspiciat, quâ ad troporum quemquam referri queat, eam semper à quolibet discere parati sumus.

Gentilium verò longè alia, quàm patronymicorum, ratio est: quia gentilia semper latius patent proprio. Ut è *Παιωνίς* * pro Demosthene, apud Lucianum in Bis accusato. Nam plurimi ejus erant *δούλοι* seu populares è *Πæνιαία*, quæ fuit in tribu Pandionia: ut Harpocratio ꝑ testatur. Gentile hoc restrinxit Agathias, cum ei dicitur è *στράτῳ Παιωνίῳ* †. Quàm multi etiam fuere ex Thessalia duces! Seneca * tamen de Achille dixit:

Emicuit ingens umbra Thessalici ducis.

Quàm multi item ex Tyrintho, & Abydo oppidis! Et tamen *Tyrinthium* pro Hercule legas apud Maronem, * & alios: ac *Abydenus juvenis* pro Leandro, apud Statium epithalamio Stellæ & Violantillæ:

Vidi & Abydeni juvenis certantia remis

Brachia, laudavique manus, & saepe natanti

Præluſi.

Sive, ut in MSo Senensi est, *præluſi*. Sed priùs malim.

Optimè autem monet Isidorus in primo Originum, in gentilibus, & patronymicis, & alijs id genus, *ἀπτορομασίαι*, & *ἀπιδυτοί*, differre

* *Πæνιαία*
sic.

† *στράτῳ*
Παιωνίῳ.

‡ *οὐκ ἔστι*
Πæνιαία.

* *in Troade*

* 7. *Æn.*

ferre situ: ac vocari *ἄνθρωπος*, sive appositum, quando conjungitur proprio: at esse *ἄνθρωπος* est, cum proprium abest. Neque aliud Fabius voluit, cum scripsit, antonomasiam fieri per epitheton, quia, detracto eo, cui apponitur valet pro nomine. Quomodo epitheton erit, *Telamonius Ajax*: quia additur, ut distinguatur ab Aiace, Oilei filio. At *ἄνθρωπος* est, cum Maro in Culice ait:

Hinc erat oppositus contra Telamonius heros.

Et Ovidius XII I. Met.

Finierat Telamone satum.

Quippe hic *σωκροχὸς* est, quia & alter erat Telamonis filius, Teucer, qui Salamina condidit in Cypro †. Itidem *Tritonia* *ἑπίδωρος* est, cum Maro II, Æn. ait,

Iam summas arces Tritonia respice Pallas.

Neque hic ullus est t. opus, quia five communior, sive angustior sit *Tritonia* vox, non hic pro alio ponitur; sed solum ornandi causâ apponitur. At *ἄνθρωπος* est, cum *Tritoniam* dicimus pro Pallade, & ad *σωκροχὸς* rectè refertur, quia *Tritonia* naturâ suâ latiùs patet. Nam Palladis nomen non potuit alijs tribui, nisi *ἄνθρωπος*: at *Tritonia* vox alijs eadem poterat ratione convenire, cum propriè proprium non sit, sed commune; ut quod sumatur à natali loco, qui pluribus communis esse poterat. Sequor enim nunc eorum opinionem, qui Pallada *τρωχίαι* ac *Tritoniam* sive *Tritonida* appellatam putant, non quidem, quia nata sit è capite Jovis, ac *τρωχίαι* sit *ἑσπέραι*, teste Hesychio, & Aristopanis scholiaste: verùm quia nata vel edu-

* in A.
* *ἑσπέραι*.

* in Bæotia.

* in lib. I.
Agypt.

† Tritones
sunt tres,

Bæotia,
Thessalia,

& Libya: in
Libyæ autè

nata est
Minerva.

† lib. 6. de
L. L.

cata sit juxta Tritorem, Bæotiæ fluvium, Stephano * etiam memoratum: ubi eam ab Alalcomene, quodam indigena, vel Alalcomeniâ, Ogygi regis filiâ, fuisse nutritam, perhibent antiqui, teste Pausaniâ *. Sanè à Bæotiâ, (in quam Cadmus Phoenix primus literas, & scientias, intulit) mythica historia penè tota in reliquam profluxit Græciam. Ut nihil opus sit recurrere ad Tritonem, Africæ paludem. Quod facit Apollonij interpres *. *Τρίτωνες* †, inquit, *ἄνθρωποι Βασιλίας, Θεσσαλίας, Λιβύης: ἐξ ἧ τῶ κτλ Λιβύῃ ἐπέχθη ἡ Ἀδρια.* Nempe quia, ut obiter illud addam, celebratior hæc sententia erat: quam & Lucanus sequitur lib. IX, & Silius lib. II. Indeque Pallas Latinis *Paluda*, ut Græcis *τρωχίαι*. Ennius apud Varronem *, & Probum:

Corpore tartarino prognata Paluda virago,

Cui par imber, & ignis spiritus, & gravi terra.

A palude certè est *Palude* nomen, quamvis Varro ita dictam putet à paludamentis, quia eadem sit *Paluda*, & *Bellona*: alij etiam, eosque

que inter Franciscus Sanctius Brocensis, non *Palada*, sed *palude*,
censeant legendum.

Alterum *ἀντρομασία* genus Fabio erat, cum ponitur, quod in quo-
amque praeceptum est. Tale esse dicit,

— *Divum pater, atque hominum rex.*

Mox etiam duo haec exempla subjungit: *everfor Carthagini*, &
Nymanis, pro Scipione: *Romana eloquentia princeps*, pro Cicerone.
Nempe Fabio tertium constituit *ἀντρομασία* genus periphrasis om-
nis, modò ea sit nominis proprii. Quales illæ Jovis, Scipionis, Ci-
ceronis, quas vidimus. Item isthæc circumlocutio Nævij apud Plau-
tum †:

*Nam os columnatum poeta inesse audivi barbaro,
Cui bini custodes semper totis horis accubant.*

* *Milise
glorioso & 57
2. §. 2.*

Siquidem Nævius ob maledicentiam in primores à t. cumviris
conjectus fuerat in carcerem; unde pòst per tribunos plebis libera-
tus fuit. Is igitur os columnatum habuisse dicitur, quia mentum
crebrò cubito, velut columnâ, inter scribendum suffulciret. Nam
Ariolum, & Leontem, in carcere scripsisse, ex Gellio * cognoscimus. * *lib. 3.
Idem judicium esto de scità isthac periphrasi Socratis apud Mani-
lium lib. 1:*

*Atherusque Platon, & qui fabricaverat illum,
Damnatusque suas melius damnavit Athenas.*

Et illà ejusdem apud Persium †:

— *barbarum hoc crede magistrum
Dicere, sorbitio tollit quem diva cicuta.*

† *sat. 4.*

Cujusmodi periphrases eò pro *ἀντρομασία* habet Fabio, quia,
(quod Græcâ appellatione exigitur, & ipsâ exprimitur defini-
tione) aliquid in ijs pro nomine, hoc est, loco proprii, ponitur. Ve-
rùm, ut ingenuè, quod sentio, dicam, Fabio hic assensum commo-
dare non possum: quia hautquaquam antonomasia est, quandocun-
que aliquid pro nomine sumitur, ut ille putabat; sed tum tantum,
quando id, quod pro nomine ponitur, universalius est. At si æquè
latè patent, quemadmodum fit in exemplis à Fabio ipso illatis; ut
Synecdoche non erit, ita neque *ἀντρομασία*. Iccirco *ἀντρομασία* qui-
dem fit, si dixeris, *Dei soror & coniux*, pro Junone. Nec enim soli id
Iunoni contigit: quia Tethys etiam Oceani & uxor, & coniux fuit:
ut scribunt Hesiodus, Orpheus sive Onomacritus potius, & alij.
Quamquam Naso Titani facere eam filiam videatur quinto Fa-
storum:

Duxerat Oceanus quondam Titanida Theiyn.

* 1. En. At neque synecdoche, neque ἀντονομασία fuerit, si è Marone * dicas,
 --- *Divùm regina, Iovisque*

Et soror, & conjux.

Nulli enim hæc, præterquam Iunoni, conveniunt.

* 4. En. Tertium ἀντονομασίας genus Fabio est ex factis, quibus persona significatur. Vt cum apud poetam Dido ait *:

--- *Thalamo que fixa reliquit*

Impius.

Per *impium* intelligitur Æneas. Succidaneus Maroni esto Tullius, cujus isthoc pro Muræna: *Non multa peccas, inquit ille fortissimo viro senior magister: sed, si peccas, te regere possim.* Per *virum fortissimum*, Achillem; per *seniorem magistrum*, Chironem, præceptorem ejus, intelligit. Melius autem dixisset Fabius, tertium genus esse, cum qualitas ponitur pro nomine. Nam *impium*, *fortissimum*, *senior*, sunt qualitates, si ve affectiones personæ: atque, ut dicas, priora duo delumi à factis impijs & fortibus; at saltē *senior* ad facta referri nullo modo possit: nec tamen rationem exterebrare est, cur Fabius magis ἀντονομασίαν esse dicat, cum *impium*, quam cum *senex* pro nomine ponitur.

Atque hæc de tribus ἀντονομασίας generibus à Fabio recensitis: ex quibus iudicium fieri poterit, quam pingui Minervâ pleraque, ut nihil gravius, hoc est, verius dicam, ab tanto Rhetore conscribantur. Quid quòd vix altera eorum pars, in quibus ἀντονομασία est, ad hos tres modos referri queat? Nam quemadmodum non tantum μετανομία est, cum causa pro effectu, aut subjectum pro adjuncto ponitur; verum etiam, cum fit contrarium: neque tantum σιωπηδονία est, cum totum pro parte accipitur; sed & cum pars usurpatur pro toto: itidem neque ἀντονομασία solùm erit, cum commune sumitur pro proprio, quod Fabius, & Isidorus, existimarunt; verum etiam, cum proprio utimur pro communi. Hujuscemodi enim exemplorum non minorem esse copiam, quam eorum, in quibus contrà fit, testes πολλοί τ' ἀγαθοί τε ἠέπειον *, ut in sacris loquebantur. Quos magno mox numero producam, cum propriam de antonomasia opinionem afferam.

* multique
 bonique
 adsum.

Nunc quia, quid de Fabij iudicio nobis videatur, abunde diximus; proximum est, ut haut somniculosè discutiamus sententiam Francisci Robortelij mirificè de antonomasia argumentantis, an argutantis dicam? Is enim, libro de artificio dicendi, docet, sermonem constare partim vetustis, partim peregrinis, partim novis & fictis;

fiētis; atque ad postremum hoc genus pertinere tum *ὑπερανωσίας*, ut *clangor*, tum *ἄντονομασίας*, ut *Pelides*. Inibi scire se addit, utramque ab alijs inter tropos referri; at parum valido tibicine opinionem hanc suffultam esse, eò quòd horum significatio extra orationem conspicua sit, contrà quàm in modificatis usu venire solet. Verùm hoc Robortelij argumentum haut aliud evincit, quàm ea patronymica, quæ cum nomine convertuntur, non esse modificata. Atque id quidem haut invitum concessero; tum eà ratione compulsus, quam supra adducebam; tum quia hujuscemodi unam solùm habent significationem; uti argumento est, quòd quicumque audit vocem *Anchisiada*, is Æneam intelligit: tropi autem in pluribus dignoscuntur vocibus; quomodo *σλορεν* accipi *μυταγομενός*, *Γερεν* *μυτανομικός*, *τε-ετ* *μυτανοδοχός*, solùm cognoscitur ex totà sententià. Hinc Fabius lib. VIII: *Translata probari, nisi in contextu orationis, non possunt; quænamvis Aristoteles in singulis dictionibus assignet metaphoram à genere & à specie.*

At de cæteris patronymicis ut Robortelij sententiam calculo meo adprobem, hæctenus à me impetrare non quivi: & caussam facile odorantur, quibus pituita non est molesta. Nam *Attrida* latius patet, quàm Agamemnon, cùm & Menelao conveniat: *Iliades* communis est, quàm Romulus, cùm & de Remo dicatur. Itzque, quomodo ea, sexcentaque id genus, accipi debeant, ex solo sermonis contextu cognosci potest.

Denique, non si patronymica propria sint, nulla iccirco sit *ἄντονομασία*, cùm supersint alia multò plurima, in quibus *ἄντονομασία* esse possit. Quod ut perspicuè diluceat, age, quæ nostra sit de *ἄντονομασία* sententia, penissimè, imò plenissimè aperiāmus.

IV. Quid ANTONOMASIA, ET QUOTPLEX SIT,
 VARIAQUE EIVS ANTONOMASIAE EXEM-
 PLA, VBI PROPRIE UTIMUR PRO
 COMMUNI.

ANTONOMASIA duùm est generum. Nam vel proprium aponitur pro communi: vel commune usurpatur loco proprii. Vtrumque hoc genus ad synecdochen pertinet: prius illud ad synecdochen speciei; posterius verò ad synecdochen generis. Nam generis nomine intelligitur, quicquid generalius est: speciei item, quicquid specialius altero. Eoque non tantùm generis synecdoche

est, cum genus accipitur pro specie: sed etiam, cum species pro individuo sumitur. Item speciei synecdoche fuerit, non modo si species pro genere, sed etiam si individuum loco speciei specialissimæ collocetur. Et sanè Aristoteles ipse aliquando laxè aded generis † & speciei † appellationem usurpat. Sed si id displiceat, possis species synecdoches augere hoc pacto, ut præter synecdochen generis pro specie, & speciei pro genere, quædam etiam sit speciei pro individuo, & individui pro specie. Ex ijs duo solum postèriores modi hujus sunt loci. Quibus ut lucem addam, simul ut literarum amantibus gratum faciam, prope per omne me exemplorum genus diffundam. Initium sumam à gentium Dijs.

* Cic. pro domo, pro Sextio, in Pisonem, pro Cælio, & Milone. Ita proprium usurpatur pro communi, cum Clodius ob flagitium * cum fororibus duabus, aut, ut alibi legas, tribus † commissum, Romanus Iupiter vocatur à Cicerone: quoniam Iupiter, ut fabulatur, sororem habeat conjugem. Eodemque modo vocari possit Cajus Caligula, quia, ut in vita ejus auctor est Tranquillus, cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, in quoque convivio singularis infra se (hoc est, in sinu, tanquam justas uxores) vicissim collocabat, uxore supra cubante. Nec me clam est, metaphoram hic esse, quia Iupiter sumitur pro eo, qui Jovis similis sit. Verùm hoc non impedit, quo minùs ibidem etiam ἀντρομοασία sit, sive συνουδοχὴ, quia Iupiter ponatur pro quovis, qui fororis quoque habeat notitiam. Itidem tum metaphora, tum antonomasia est, cum quibusvis maritis Jovis nomen tribuerunt, blandimenti causâ: uti &, cum uxores similiter dixerunt Iunones: quemadmodum vel Plauti † illud indicium facit:

Eia mea Iuno, non decet te esse tam tristem tuo Iovi.

Nec abludivit, quòd apud eundem † Syra anus Dorippam, Demiphonis uxorem, Junonem appellat, ac Paficompsam meretriculam, quam Demiphon amabat, Alcumenam nominat. Sic enim loquitur:

--- *Ihac mecum, ut videas simul*

Tuam Alcumenam pellicem, Iuno mea.

Simile etiam est Venus pro quavis amica. Maro Ecl. III:

Parta mea Veneri sunt munera.

At μιστρονυία est Venus pro olerè, vel libidine, uti dictum: item pro venustate. Sed etiam ἀντρομοασία sit Venus pro quovis pleno Veneris, h. e. venustatis ac gratiarum: quomodo Plutarchus Eunapio dicitur à φιλοστονίας ἀπρόδος Ἀφροδίτη *. Item antonomasia cum metaphora sit Venus pro quovis, qui domi suæ sic habitaret, uti Venus Romæ: quomodo L. Crassus Orator à M. Bruto in jurgio dictus Venus Palatina:

Venus

‡ lib. 5. Me.
‡ aphry. cap.
‡ 8.

† 1. poster.
‡ Anaphr.
cap. 19.

* Cic. pro domo, pro Sextio, in Pisonem, pro Cælio, & Milone.
† Vide hæc de controversiâ, si vultis, Pævilium Manutium in epist. 9. lib. 9.
‡ Orat. pro domo.

‡ Casin. 2. lib. 1. sc.
‡ Omnibus rebus.
† Mercat. ed. 4. sc. 1.

* philoso-
phie univer-
sa Venus.

Venus quidem, quia, instar Veneris, haberet in atrio suo columnas peregrini marmoris: *Palatina* autem, quia in Palatio habitaret. Auctor Plinius lib. xxxv. cap. i. Quod si *Musa* etiam nomen, licet novenæ sint, & proprijs nihilominus est accensendum: hujus etiam loci erit, quod Palamedes, ob ingenij solertiam, ab Euripide *Musa* appellatur. Item quod Xenophon à sermonis dulcedine dictus est *Musa Africa* †. Imò, ut in vita Oribasij Eunapius refert, nomen hoc tribuebatur omnibus, qui, Athenis nati, eloquentiâ præcellerent. Vnde Anatolius, præfectus prætorio Illyrici, cognomine hoc etiam Milesum Smyrnæum donavit: ut apud eundem legas in Proæresij vita.

A divinis (sic vocare ea nunc cum gentilibus liceat) venio ad humana. In quibus principem sibi locum tempora vindicant heroica. Ab his petitum, quod Athenienses *πυργός*, sive *figulos* omnes, *Προμηθεύς ἀπικάλει, ἐπισκόπους ἐς τὸν πύργον* *, ut scribit Lucianus †. Atque imitatus eos Iuvenalis sat. iv.

Debetur magnus patina, subitusque Prometheus.

Nam sententia est, alicunde figulum esse arcessendum, qui subitò patinam conficiat tanti rhombi capacem.

Similiter idem *Tiresiam* pro cœco dixit sat. xlii.

--- *pœnâ gaudetis amatâ*

Numinis invisî, tandemque faterere latus,

Nec surdum, nec Tiresiam quemquam esse Deorum.

Orphea quoque eum dixeris, qui in *Συροτροφείῳ* seu leporario cervos, apros, capreas cæterasque quadrupedes convocet. Sanè servo suo, qui id faceret, Q. Hortensius *Orphei* nomē dederat: ut videre est apud Varronem lib. i. de R. R. cap. xlii. Sed istic, ut proprium sumitur, non ut commune. Huc etiam pertinet, quod, (ut scribit Fortunatianus Consultus *) *Atracinus* † *Cælium, pulchellum Iasonem* appellat, & Cicero *Clodiam* †, *Palatinam Medeam*. Nempe quia, ut *Iason* formâ sibi *Medeam* conciliârat; ita *Cælius Clodiam*: atque ut *Medea*, domo profuga, *Iasonem* secuta est; ita *Clodia* in regionem *Palatinam* commigrârat, quòd, in vicinia habitans, quotidie aspectu *Cælij* frui posset. Etiam, ob *Atrei* & *Thyestæ* scelera, *Pelopidas* dicitur pro quibusvis tyrannis: ut cum Cicero è veteri poetâ epist. xi. lib. xv. ad Att. ait,

Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam.

Quem etiam versus respexit epist. xli. lib. xiv. ad Att. & in illis ad familiares lib. vii. epist. xxvii, & xxx, utrâque ad Curionem.

† *Laert. in Xenophôse.*

* *Prometheos appellabant, ad lutum alludentes.*

† *libello τῆς ἐπιπέρας,*

Προμηθεύς ἐὶ τὸ λόγος.

* *lib. 3. artic. Rhetor.*

† *ita rectè editam in Pythæanâ,*

pro quo in Atracina est Atracinus.

Atracinus Serraniorum cognomen.

Dio l. 44. Vett. num. mi &c.

† *ita rectè emendas Nicolæus Loënsis Epiphyll. lib. 9. cap. 21. pro quo in mi-*

gatis omnibus est Clodius.

nem. Sed multis imprimis occasione[m] Homerus dedit. Vt *Achilles* pro forti, quomodo *Lucius Sicinius Dentatus* dicitur *Achilles Romanus* †. Itidem *Nestor* pro prudenti & disertu[m], *Vlysses* pro vafro, *Thersites* pro deformi, *Irus* pro egentu[m], ac familia.

A tēpore heroico, siue, ut *Varro* vocat, mythico, venio ad historicū. In quo ab Oriente per meridiē in Græciam, & inde Italiam, iter esto.

Molles dixere *Sardanapalos*, quia talis fuerit ultimus Assyriorum rex. cognomento *κροσσου κ' αλο* Ⓞ*: ut quem ex *Ctesia*, alijsque con-
fiteri, nihil non effeminatum totā fecisse vita; nisi quoddam spontaneo finierit vivicombario: quod mortis genus, si non *ἐπιπλασθέν*
*δειμένον**, ut ait *Clemens Alexandrinus*; at meritō saltem inter supplicia summa reponitur à *Callistrato* †, & *Paullo* ‡ *Iurisconsultis*, quibus adsentit *Tertullianus*, cām libro ad martyres vivi cremationem voca-
summam ignium poenam. Vt mirandum sit, non *Empedoclem* modō, de quo res nota ex *Horatio* a, *Luciano* b, *Laërtio* c, alijs d; ac *Protea*, de quo nobis auctores *Tertullianus* e, *Eusebius* f, *Ammianus Marcellinus* g: verū & alios quamplurimos, quibus liberum erat mortis arbitrium, hanc imprimis moriendi rationem comprobasse: uti exemplis aliquam multis ostendit *Casaubonus* lib. xii. *Animadvers.* in *Athen.* cap. vii.

Mollem *Orontis Sardanapalum* sequatur ex *Afris* strenuus *Annibal*: quod nomen Romanis in usu pro gravi & terribili hoste. *Petronius*: *Qua autem hic insidia, sunt, inquit, aut quis nobis Hannibal navigat?*

Fortem *Afrum* hīc excipiant è Græcis eruditione inclyti, *Homerus*, & *Plato*: quorum nominibus similiter usi veteres. Ita *Virgilius* est *Plato poëtarum*, ut eum appellavit *Alexander Severus**: *Plato* verò est *Homerus philosophorum*, ut quidem eum à *Panætio* vocato scribit *Cicero* *Tuscul.* i. Nempe quia *Homerus precipuus poëtarum*, ut eum laudabat *Claudius Iurisconsultus*: *ὁ ἀείων ἢ ὁ δεῖοτατος* Ⓞ† *πρωτῆς* †, ut inquit *Socrates* in *Platonis Ione*: *Plato* verò sit *sublimis apex philosophorum* & *columna*: ut quidem appellatur ab *Arnobio* lib. i. Nos iustus eo elogio *Platonis* discipulum insigniri putamus, quia *Plato*, ut omnes scire ait *Dionysius Halicarnassensis**, *πλείονι κἀρεπτα φιλοσοφία* *ἀεὶ τῶν ἐρημείων, ἢ ἀεὶ τὰ πάραμα* †. Itidem omnes σοφοὶ ἢ ἰλλόγμοι ‡ ab *Antiphonte Rhamnasio*, nobili oratore, dicti *Ραμνεῖοι*, teste *Suida*: cujus hac de re locum emendant *Yvo Villiomarus* lib. iv. adversus *Titium* cap. xxxix, & *Isaacus Casaubonus* lib. xv. *Animadvers.* in *Athenæum* cap. v. Planeque huic exemplo
geminum

† *Gellius*
lib. 2. cap.
11.

* *Euſeb.*
Thomæ Cō-
eclesros.

* *penarum*
maxima
est.

* *l. 28. ca-*
pitalium in
pr. ſſ. de pen.
† lib. 5. ſer-
mon. lib. 17.
a in Aric.
b in Icaro-
menippo.
c in Empe-
docte.
d Tertull.
ad marty-
res & c.
e ibidem.
f in Chroni-
cis.

g *lib. 29.*
* *Lapridius.*
† *poëtarum*
optimus &
diviniſſi-
mus.

* *libri dei*
τῶ Διμοδ.
δεν ὄπτος.
† *a rificioſe*
magis con-
ſecratum eſt
elocutionē,
γ. ἀμρες.
‡ ſapientes.
elo. ventef-
que viri.

geminum est, quod oratoris Pæaniensis nomen attributum eloquentibus: ut cum Caro, posteaque, ac justius, Tullius dictus est *Romanorum Demosthenes*.

Ex Romanis primas obtinet gentis conditor. Cujus nomine Iulium Cæsarem, propterea quod Romuli instar dominaretur, Catullus compellat in epigrammatis *. Tullium item sic nominat auctor declamationis in eum Sallustio tributæ: *Oro te*, inquit, *Romule Appianus*. Nempe quia, se consule, natam esse Romam jactaret. Sic *Tarquinis* pro quovis, qui vim afferat invitæ. Cujus rei exemplum in notissimo versu †. *Roscij*, ut Tullius * refert, vocari solent, qui in arte suâ perfecti forent, quia Roscio comædo nihil suâ in arte defuerit ad perfectionem. Catonum nobilissima virtus fecit, ut Sertius Augurinus epigrammate in Plinium † dicat:

Ille Plinius, ille, quod Catones.

Hoc est, qui
lib. 4. epist.
27.

eo mihi loco, quo suis temporibus fuere Catones. Quomodo antea dixit, *Vnus Plinius est mihi prior*. h. e. instar priorum. Non audiendus Barthius in Adversarijs *, ubi legit, *quot Catones!* Sed in illo Sentij *Caro* propriè sumitur. At per antonomasian assignatū id nomen bonis ac prudentibus omnibus: ut in illo Augusto Cæsari per familiaris: *Contenti simus hoc Catone* †. Et cum B. Hieronymus * ait, quandam, seu vero, seu ficto nomine, Grunnum Corocottam intus fuisse Nerone, foris Catonem; quo significat, Grunnum habitudine Catonem quempiam retulisse; at fuisse reapse flagitiosum, & Neronis instar intercutibus madentem vitij; cujusmodi homines etiam inversos dicimus Silenos, & comparamus cum Ægyptiorum tem-
plis *. *Mæcenates* vocat Martialis † eos, qui doctis favent, ac eosdem fovent. Nota Cilnij Mæcenatis in eruditos liberalitas. Sed & pro mollibus ac effeminatis *Mæcenates* dixit Juvenalis †. Quippe & discinctus ipse erat, & soluta ejus oratio; qua de re Paterculus *, Seneca †, Suetonius †, & Macrobius *. *Neronis* quoque nomen alij aptari solere, indicio est locus ex Hieronymo antè allatus. Qui & ad Furiam de viduitate scribens ait: *Exquisita epula, regius apparatus Neronis, & Sardanapali nuptias loquebantur*. Domitianus etiam, ob crudelitatem, *Nero* vocabatur; sed, discriminis causâ, *calvus*. Juvenal. sat. IV:

--- *Et calvo serviret Roma Neroni.*

Aufonius de XII. Cæl.

Et Titus imperij felix brevitate: secutus

† apud Plin.

lib. 4. epist.

27.

* lib. 25.

cap. 21.

† Suetonius

in Augusto.

* ad Ru-

ficam de

vivendi

forma.

* Origenes

adversus

Celsum lib.

3. p. 124.

edit. Gr.

Hafsel.

† lib. 8. ad

Flaccum.

* sat. 12.

* lib. 2.

† epist. 92.

101. 114.

& 120.

* in Augu-

sto cap. 66.

* lib. 2. Sa-

turn. cap. 4.

Frater,

Frater, quem calvum dixit sua Roma Neronem.

Nec virorum duntaxat nomina, sed etiam feminarum, sic accipi videas. Continebo me intra historiam Romanam, quia jamdudum metuo, ne satias exemplorum obrepat. Ita *Tanaquil* usurpatur, pro uxore, quæ marito imperat: ut apud Aufonium epist. xxiii: *Tanaquil tua nesciat istud*. Loquitur de Paullini, Nolæ episcopi, uxore; quæ marito auctor fuisse videtur, ut ex Aquitaniâ, in quâ minus Christianæ religioni vacare poterat, Nolam se conferret. Itaque respondet Paullinus epist. ad Aufon. i. Nec *Tanaquil mihi, sed Lucretia coniux*. Eodemque modo dixit Juvenalis lib. ii:

Consulit isterica lento de funere matris,

Antè tamen de te Tanaquil tua.

Quamquam hic pro quavis uxore ponitur, ut quidem exponit scholiastes. Sed liquidius de illo Sidonij lib. v. epist. vii: *Temperat Lucumonem Tanaquil sua*. Vbi *Tanaquil* est Agrippina; *Lucumo*, Chilpericus. At proprie *Tanaquil*, uxor Tarquinij Prisci; *Lucumo* autem, Tarquinius ipse, quem Lucumonem fuisse dictum, auctor est is, seu Victor, seu alius, qui de viris illustribus scripsit: item Macrobius lib. i. Sat. cap. vi. Sic *Lucretia* pro pudicâ, & unius mariti amante. Ut in Paullini loco, quem antè vidimus: item hoc Petronij Arbitri: *Cum ego proclamarem, gladium strinxit, & Si Lucretia es, inquit, Tarquinium invenisti*. E-Valerij quoque Maximi lib. vii. cap. iii. discimus, pro crimine improbis feminarum moribus *Afrania* nomen obijci solere, ab Afraniâ, Licinij Buccionis Senatoris conjugè: quæ ipsa *inverecundè postulans, & magistratum inquietans, causam dedit edicto*, quod feminas prohibet pro alijs postulare: ut auctor est Ulpianus lib. ii. Dig. l. i. de postulando: ubi & ea *improbissima femina* appellatur. Sed corruptè pro *C. Afrania* editum *Carfania*.

V. QVOD ALTERVM SIT ANTONOMASIE GENVS, ILLVSTRIAQVE EIVS EXEMPLA.

† in vita
Floreri.
‡ dictio, quæ
per epithetis,
aut cõsigni-
ficativum,
nomen pro-
pria signi-
ficat.

ALTERVM *ἀντωνομασία* genus erat, cum commune accipitur pro proprio: atque hunc solum *ἀντωνομασία* modum non tantum agnovit Fabius, quemadmodum antè vidimus; sed & Plutarchus †; ut cui ea definitur *λέξις δὲ ἐπιθετικὴ ἢ οὐσιαστικὴ ὀνομαστικὴ ἰδίῳ σηματικῆ* ‡. Quamquam cujusmodi hæc de definitione judicium fieri debeat, ex ijs perspicuum est, quæ de Fabij distributione suprà dicebamus. Neque est, quod ipsam *ἀντωνομασία*, seu *pronominacionis*, urgant

urgeant votem. Nam, ut supra quoque monitum nobis, multa nomina non convertuntur cum re, si originem spectes, & quid proprie signent.

Pertinent autem ad hunc *ἀπονομασίας* modum, quæ *κατ' ἕξωχλῶ* intelliguntur. Qualium ingens quidem copia est: sed, lassatus prioris generis exemplis, nunc brevior ero, neque continebo intra ea, quæ vel hominum erunt, vel locorum. Ex illis hominum duo nunc ista potissimum occurrunt, poëtarum, & regis; fortasse propter verifimos veteres:

Consules sunt quotannis, & novi proconsules.

Solus aut rex, aut poëta, non quotannis nascitur.

Ita Græci Homerum, Latini Virgilium, *poëtam* vocant; ut cum *faventiâ* lætitamus apud Justinianum lib. 1. Institutionum. Ita etiam iidem Græci Persarum regem vocant *βασιλεύς*: atque eos, ut puto, imitatus Terentius, cum in *Heautont.* ait: *In Asiam ad regem* * *militatum abiit, Chremes.* Nam Persarum rex sæpe *ἑσπῶς* vocatus rex: qui aliàs cum additione *rex regum* †, & *rex magnus*: quomodo inter alios * & Lucianus appellat oratione *μετ' ἑστῆν μισθὸν σωβῶτων*, item in *Toxaride.* Non tamen solus Persarum rex eo se, quod jactet, habeat: sed *Agamemnonem* etiam *regem regum* nuncupat Cicero in epistolis †: uri & Seneca in *Agamemnone*, & Aufonius in *Heroum* epitaph.

Duobus hisce exemplis subdam aliud, quod personæ quidem sit; sed ubi pariter in considerationem veniat locus. Nimirum, quoddam Latini *barbarum* ponunt pro *Phrygio.* Ut apud Virgilium 11. *En.* *barbarico auro:* & in *Ciri, baxus barbara:* item apud Catullum †, *tibia barbara:* apud veterem poëtam, cujus verba adducit Tullius 1. *Tuscul.* quæst. *Adstante ope barbaricâ.* Factum illud, & propter *inclytam Iliensium nobilitatem*, & propter *conjunctionem originis Romanæ:* ut *Calpistrati* * verbis utar: qui hisce de causis ait, *ijs, jam antiquitas, & senatusconsultis, & constitutionibus principum, plenissimum immunitatem tributam, ut etiam tutele excusationem haberent.*

Nunc videamus de illis, quæ tantummodo locum signent. Ita *Roma* dicebatur *urbs*: quod multis testibus probat *vir* variæ admodum lætionis, *Savaro*, ad *Sidonij* lib. 1. epist. vi. *Metuo*, nequis dicat, rem esse vulgatissimam. Quare tantum ponam illud è *glossis vet.* à *Savarone* neglectum: *Urbs, ἡ πόλις ἡ πόλις.* Interdum autem apponebatur epitheton *magna.* Ut apud *Tibullum* *.

Te canit agricola e magnâ cum venerit urbe.

* *Act. 1. sc.*

† 1. *Esdr.*

7. *Strabo*

i. 15. *Am-*

mianulib.

† 7.

* *Isocrates*

in *Taney-*

rico, Dio de

Regno, Pli-

turch. in

Apophis.

Suidas in

βασιλεύς.

† ad fami-

liarepist.

14. lib. 9.

† *carmine*

de nuptiis

Pelet &

Thec.

* 1. 17.

Parag. 1.

D. de ex-

cofationi-

bus.

* lib. 1. 1.

7.

Item †,

† lib. 2.
d. 5.

Item †,

--- *Hic magnam locum urbis erit.*

* *Annot.*
lib. 2. apud
Festum.

Quadrata.

* *novam*
Romam,
&
urbem
regiam.

At vetus oppidum Palatinum, quam *Romanam quadratam* appellat Ennius *, κατ' ἔχοντων oppidum vocabatur. Quomodo Varronem eo esse nomine usum, ostendit Iosephus Scaliger in Conjectaneis.

Postquam autem Constantinopolis *nova Roma* dici cœpta (*ἴσον Ῥωμῆς* *, ἡ βασιλῖδα πόλις, etiam appellat Zonaras) Urbis nomine Constantinopolis quoque ἀπὸ αὐτῆς cœpit vocari: quod ex multis imperatorum constitutionibus, tam in Theodosiano, quam Iustiniano codice, perspicuum est. Eodem modo Alexandria nominata πόλις, & cives ejus πολῖται, teste Stephano de urbibus, vel potius Hermolao Byzantino, cujus ἑρμολαῖος, sive excerpta è Stephani ἑθνικοῖς solum habemus. Sed & Troia Homero simpliciter πόλις dicitur, unde eidem Ulysses πολίτην vocatur, ἕχων ὡς πολλῶν πόλεων πορθητὴς (*ἔπειτα μάλιστ' ἐπὶ Ἀχιλλεῖ πύργον*) ἀλλ' ὡς πορθητὴς διὰ τὰ Διὸς ἱππῶν τ' ἰδίας ἔπειτα λεγόμενας πόλεως, ἥτοι τ' Τροίας: quemadmodum scribit Eustathias in Iliad. β. Itaque, ut ante nos Victorius *, ac Brodæus †, observarunt; non Cicero, sed Budæus fallitur, cui Cicero ꝑ ineptè ad Plancum visus scribere, solum Ulysses ab Homero vocari πολίτην, quod eo elogio (nisi omnes nos libri fallunt) Achilles quoque ornetur Iliad. ε. ρ. ω: unde Silius: *Præmi regnorum everser Achilles*. Verum hæc quidem Budæi causam non juvant; quia, ut ex Eustathio cognoscimus, aliâ longè ratione Achilles, aliâ verò Ulysses, appellatus fuit urbecaput, ut cum Plauto † loquar. Et certè id nisi esset, cum

* lib. 2 6.
Var. Lect.
cap. 2 2.
† *annotat.*
in Catabri.
¶ l. 10. epist.
ad famul.

† *Milite*
glorioso, a. 5.
4. sc. 2.

Tullio etiam Strabo errasse videri posset, qui lib. 1. ait, Ulysses ab Homero ἀεὶ λέγεσθαι πολίτην. Hoc fusiùs explicare visum, quia & in eo nonnihil se tortor Ptolomæus Flavius cap. XLIII: neque nunc desunt, qui id putent *μνημονικόν* esse Ciceronis ἀμάρτυμα: cuiusmodi quædam Politianus profert Miscell. cap. LIII. Athenæ quoque, ex multorum sententia, eodem modo dictæ ἄστυ, ac cives ejus ἀστυῖται, ἡ ἀστυῖται: ut cùm in palliatâ Terentius comœdiâ ꝑ ait, *An in assu venit?* Ac similiter loquuntur poëta vetus apud Ciceronem, Ne pos in Themistocle, & alij. Verum id non tam κατ' ἔχοντων, sive per synecdochen speciei, fieri videtur; quàm per synecdochen partis materialis. Siquidem, ut Germanus Valens liquido tribus evincit

* *Eunuch.*
a. 7. §. 6.

† *com. in*
Eclog. 1. &
in Parali-
pomeno.

Aristotelis, ac uno item Homeri loco ꝑ: Athenæ in duas divisæ erant partes; urbem, quæ dicta ἄστυ, & portum, qui *πικρῆς* vocatus: eas autem unus cōplectebatur ambitus, sed ita, ut plebeis, & *δημοκρατίας* fautores, in regione Pyræi agerent; elegantiores nobilioresque ἄστυ

astu incoherent. A potiori igitur parte, & ad portus discrimen, *ἀστυ*, & *ἀστυς*, nominabant.

Κατ' ἐξοχὴν quoque apud Græcos *πρυτανείον* vocatur, quod Athenis erat; quamvis propriè *πρυτανείον* sit, ubicunque Vesta colebatur. Dicebatur enim quasi *πυρὸς ταμίον*, quia ignis Vestæ, qui nihil aliud erat, quàm lucerna semper ardens, in ejus templo custodiebatur, ne scilicet defectu olei exstingueretur. At in omnibus Græciæ civitatibus Vesta culta; unde & legimus prytaneum Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiogram, Mytilenæorum, Eleorum, aliorumque multorum; uti ostendit Casaubonus lib. xv. Animadv. in Athenæum cap. xix. Et hæc de antonomasiâ.

V I. QUID RHETORES KOINOTHTA ΛΟΓΟΤ ΑΡ-
PELLENT, ET QUOMODO QVIS SE CITRA INVI-
DIAM LAUDAVERIT; ITEM, AN CICERO,
ITA VTI SCRIPSIT, HABVERIT O-
RATIGNES SVAS.

SE QVITVR κοινότης λόγου, quâ, ut ex Hermogene † discimus, * *sermōis*
proprias laudes cum alijs communicamus, aut peccatum aliorum *communi-*
communicamus nobiscum, aut virtutem quorundam communica-
mus cū omnibus. Primum illud facit, ne ingrata & odiosa sit rerum à *catio.*
nobis gestarum commemoratio. Alterum efficit, ne animus audito-
rum abalienetur, cū reprehendi se audiunt. Tertium conciliat au-
ditores, si se quoque in gloriæ societatem venire illi intelligant, qui *† ἀστυ*
tam fortasse nondum erant. Itaque, si quid malè factum ab ijs, apud *μαθ. δεσ-*
quos dicimus, non dicemus, *vos feci. Τίς*; at, *nos fecimus*. Cui vicinus *βότης &*
& alter modus, ut ad offensionem vitandam alijs loquendo alios
culpemus, mutatis scilicet personis; idque Homerici Ulyssis exem-
plo, qui siquid in rege reprehendendum, id culpat in populo; si in
populo, id reprehendit in rege: quo de artificio pretium operæ est
adire Dionysium Halicarnass. tractatu securdo *περὶ ἰζηυατισμῶν*. At
quod ipse quis bene fecit, non se fecisse dicit; sed vel inquit, *vos*
fecistis, vel, *nos fecimus*. Siquid etiam à majoribus eorum factum
sit, apud quos dicitur, aut quibusdam eorum, qui adsunt; tum, *vos*
fecistis, dicendum. Et hæc de tribus κοινότητος modis. Quorum pri-
mus aures mihi vellit, ut nonnulla subdam eis gemina, ac ejsdem
planè moneræ.

Siquidem, apud eundem Hermogenem, sunt & duo alij modi,
quibus

quibus docet oratorem, non minus, quam primo *καὶ βῆται* modo, uti ad laudandum se citra jactantiae suspicionem. Vnus est *προσβῆσις τῆς ἀνάγκης*, *simulatio necessitatis*; ut, cum Demosthenes pro corona petit veniam, quod ab adversario coactus toties de seipso dicat. Alter est *ὑπαλλαγή τῆς προσώπου*, *persona commutatio*; velut cum idem ad Æschinem convertit orationem, ut vexare velle inimicum, non exprobrare merita sua Atheniensibus, videatur. Plura vide apud ipsum Hermodem lib. *ἑξήκοντα δεύτερον*.

Imò & quartus est modus apud Aristotelem. Is enim 111. Rhet. docet, oratorem sine auditorum molestia femer laudare posse, si ea, quæ commemorat, non ab ipso, sed ab alijs, dici videantur.

Quin neque me pertinacem habiturus est obstrigilatorem, qui quintum sextumque modum, atque aded plures etiam, superioribus subdat. Siquidem Tullius facta sua relaturus, nunc gratias agit senatui pro diligenti corporis sui custodia, nunc conqueritur de malevolorum invidia, nunc alijs quoque, atque alijs modis, offensionem vitat. Nam nulla penè Tullij oratio est, in qua non meminerit gestorum à se in consulatu suo; aded ut summus vir etiam ab hominibus modestis leniter leviterque culpetur, tanquam nimis laudum suarum buccinator. Verùm etsi non ignota est mihi Ciceronis ambitio; non tamen verisimile fit, toties virum prudentissimum eadem apud eosdem, quæque neminem laterent, jactare solitum esse. Neq; enim ignorabat id, quod verisimè à Plinio † scriptum est, *si aliene quoque laudes parum æquis auribus accipi solent, quàm difficile sit obtinere, ne molesta videatur oratio de se, aut de suis, disserentis*. Quare potius arbitror, hæc sæpe præterita fuisse à Cicerone, cum causam ageret; postea autem adjecta esse ab eo, quod ad posterorum memoriam pervenirent. Siquidem Ciceroni moris fuit, primò commentarios causarum suarum conficere, inde causam agere, ac postremò orationes diligentius scribere. Certè orationes pro Scauro, ac Plancio, alio tempore à Cicerone habitas esse, alio autem absolutas, cognoscimus ex ultimâ libri secundî, & primâ libri tertij epistolâ. Notum quoque, aliam fuisse orationem, quam pro Milone dixit, quæ Quintilianij & Asconij tempore etiamnum extabat; aliam, quam postea scripsit, ac quam nunc habemus. Quod si oratio ejus aliqua similiter fere prodiret, ac habita esset, id tanquam vararum ac insolens planè, dignum videbatur, quod literis tradere-tur. Vti factum à Nepote, qui operæ putavit, illud posteris referre, ut pro C. Cornelio vix quicquam aliter edidisset Tullius, quàm dixisset

† lib. 1.
epist. 3.

xisset. Testis hujusce rei, B. Hieronymus, epistola * ad Pamma-^{* epist. 62.}
chium, quæ ad versus Ioannem Hierosolymitanum differit: *Frustra,*
inquit, *suspiciamus Tullium. Refert enim Cornelius Nepos, se presente,*
ijdem penè verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio, seditioso tribuno, de-
ensionem peroratum.

Verùm *variis* occasione ad ea quoque me progressum sentio,
quæ propriè alius sunt loci. Quare à diverticulo hoc ad synecdo-
ches species verioriam capiamus, paucisque agamus de syllepsi.

VII. DE SYLLEPSI ORATORIA.

EST autem rhetoribus *σύλληψις*, cùm vox anceps usurpatur
communiter; sive, cùm verbo ambiguo res unâ plures signifi-
cantur. Quod imprimis in comparativis fieri solet. Vt in illo Ho-
meri de ira †, ac alibi † de Nestoris oratione, *γλυκίωρ * μέλιτωρ*. Nec
non hoc Maronis Ecl. VII:

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hybla.

Nam *γλυκίωρ*, & *dulcior*, de melle propriè; de ira, & oratione, &
Galatæâ, impropriè fumuntur. Sic eâdem eclogâ:

Imò ego Sardois videat tibi amarior herbis.

Ac mox,

--- *Et somno mollior herba.*

Simile etiam est illud Plauti Epidico †: *Versutior es, quàm rotâ signi-*
laris. Vbi *versutus* tum propriè de rotâ, tum metaphoricè de Epidi-
co servo accipitur. Quamquam vix puto *versutus* de rotâ dici pos-
se. Interim negari nequit, propriè rotam *verti*: à *vertendo* autem
versutus. Atque hoc suffecit Comico, ut voce eâ luderet.

Sæpe verò *σύλληψις* etiam extra comparativos invenitur. Vt apud
eundem * Mostellariâ, tum ludificantium, tum funebres ludi, unâ
intelliguntur voce:

Ludos ego hodie vivo presenti hic seni

Faciam, quod † credo mortuo nunquam fore.†

Neque enim in mediocrium, sed tantùm illustrium virorum fun-
neribus, ludi exhibebantur gladiatorij. Geminum planè illud Sofiæ
Amphitryone †:

Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ antehac fuerat,
possidet.

Vivo fit, quod numquam quisquam mortuo faciet mihi.

Alia enim ratio est Mercurij, qui, quòd se Sofiæ in vultum con-
verterat,

† Il. σ.
† Il. α.
* *melle dul-*
cior.

† *act. 3. se.*

* *act. 2. se.*
1.

† *Ianus*
Guilhelmus
quos ic-
tit.
† *act. 1. se.*
1.

verterat, ejus imago dicitur : alia item ratio est imaginum, quæ in clarorum virorum fune. bus præferebantur. Quæ de consuetudine multa cum Sigonius *, & Liplius †, tum duo clarissimi, ac doctissimi amici mei, Meursius ‡, & Kirchmannus *. Lucretius lib. v.

*Nam foveâ atque igni prius est venarier ortum,
Quam spirare plagis saltum, canibusque ciere.*

* de anti-
quo jure Ita-
lie lib. 2.
† Elect. lib.
I. cap. 20.
‡ de Funere
cap. 20.
* de Funer.
Rom. lib. 2.
cap. 7.

Siquidem propriè sumitur *salus*, cum dicit, eum plagis sepiri seu cingi : μεταφορικῶς autem pro feris eo contentis accipitur, cum ait *salutem ciere*, five commoveri canibus. Leve hoc. Quis neget ? Attamen id si observasset Rob. Titius, numquam locum hunc sollicitare aggressus esset. Nunc scholijs in duodecimum Syriados Petri Angelij Bargæi legendum contendit, canibusque *viere*: quam lectionem non modo spernunt codices omnes tum calamo exarati, tum prælo excusi; verum neque admittunt septa ac pomœria sermonis Latini. Nam *viere*, unde *vimina*, non *cingere* est, quod Titius scribit; qui geminum huic Lucretiano esse putat illud Maronis, --- *Salusque in-
dagine cingunt* : verum *alligare*, ut interpretatur Festus, seu *vincire* &

† apud au-
torem in-
certum Cen-
sorino ad-
nexum, cap.
14. ex re-
censione Car-
vimi.

instellere, ut explicat Nonius. Quomodo vetus scriptor † ait, *Viere
Venerem coronam*. Similis quoque syllepsis est in hoc Ciceronis pro
Roscio Amerino : *Eosdem ferè sectores fuisse collorum, & bonorum*; ubi
sectores sunt tum illi, qui secant, tum qui bona emittia sectantur, οἱ
ἀποκόπτες τῶν εὐρίων, ut exponunt Glossæ. Moneat idem Festus, &
Asconius. Petronius Arbiter : *Vides illum, qui obsonium carpit ? Car-
pus vocatur. Itaque, quotiescumque dicit, Carpe, eodem verbo, & vocat,
& imperat*. Aufonius in profess. Burdigal. de Attio Paterà Rhetore:
Vini cibique abstemius. Neque sacra pagina σύνληψιν nescit : imprimis
in comparatione. Proverb. cap. v. vers. 3. 4. *Favus enim stillans labia me-
retriciis, & nitidius oleo guttur ejus. Novissima autem illius amara, quasi
absinthium, & acuta, quasi gladius anceps*. Interdum verò & extra
comparationem. Quomodo Joh. xi. 32. legimus : *Si sublatu fuerò
è terra, omnes traham ad me ipsum*. Quo loco Christus planè videtur
linguâ Syriacâ usurpasse vocem homonymam *rom*, quæ utrumque
significat, & tolli in sublime, h. e. in crucem, & tolli è medio, nempe
ex hominibus in cœlos. Nam de mortis genere locutum esse Chri-
stum, clarè ait Euangelista : aliter verò accepisse Judæos, satis li-
quet ex ijs, quæ idem mox subjungit. Atque hæc de Syllepsi,
quam Synecdoche subjecimus, nomine quidem moniti (nam tam
σύνληψις, quam συναδολῆ, significat *comprehensionem*) sed imprimis
eo compulsi, quòd ut in synecdoche nomine unius partis, puta capi-
tis,

eis, vel animæ, partes alias complectimur: ita hæc voce ad unum notandum infirmità plures ejus significationes comprehendimus. Sunt enim plura significata, quasi partes formales vocis: quia vox, quâ sensu percipitur, hoc est, quatenus auditur, vel scribitur, sit totum materiale; id verò, quod intelligitur, hoc est significatio, sit vocis forma, & quasi anima. Nec negare possumus, cum loquamur, ut intelligamur, sermonis huic finem propriè esse, ut unum ac certum quid designet. Nam, ut philosophus * ait, *πάν πολλαχῶς λεγόμενον ἀσφής †*: & ut idem inquit *, *τὸ μὴ ἐν σημαίνειν ἢ ἐν σημαίνειν ἔστι ‡*. Atqui in syllepsî non unum significamus, sed vocem ambiguum utràque significatione accipimus: quod non fit ex usu communi, sed lusu ingenij; ut non tam vocis sit usio, quàm abusus: quo respectu fortasse ad *κατὰ χροίαν* etiam referre possis, significatione ejus vocis paullum extensa.

* lib. 1. de celo cap. 11. cons. 110. & l. 6. Top. cap. 2. † quicquid univè sumitur, obscure est. * 3. ad cor. cap. 4. ‡ nō significare unum quid certū, est nihil significare.

VIII. DE IIS, QUÆ KATA AITOTHTA EFFERVNTVR.

PRÆTEREA ad synecdochen partis etiam pertinet, quæ à rhetorum vulgo vocatur *liptotes*, quasi ubi aliquid *ἐκλείπεται* dicatur. Sed *λεπίτης* Græcum non est: coque vel *leptotes* dicendum quomodo Athenæo *λεπίτης τῶ σώματι* §, est *corporis exilitas*: vel potiùs *λεπίτης*, quod *tenuitate* notat. Quæ appellatio satis idonea videtur, quia in tropo hoc res magna extenuatur verbis. Fit enim *λεπίτης*, cum negatione contrarij plus significamus, quàm dicimus. Ut in Eclogis:

Quid prodest, quod me ipse animo non spernis Amynta?
hoc est, amore complecteris. II. Georg.

Et gens illa quidem sumtis non tarda pharetris.
id est, strenuissima. III. Georg.

Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.

hoc est, valde placeat, ut & Servius enarrat. Horatius I. Epistol.

Non invisa ferēs pueris munuscula parvis.

hoc est, acceptissima. Eidem in odis † Pythagoras dicitur
--- non sordidus auctor

† lib. 1. od. 28.

Natura, verique:

idque exemplo Herodoti in Melpomene, ubi idem vocatur, § *ὁ δὲ ἀειρέσις τὸ σφίσις †*. Atqui (ut aliorum nunc elogia omittam)

† nō infimus ex sapientie doctores.

Flavio

lib. 1. com.
tra Apio-
nem.
* sapientia
& erga nu-
mè pietate,
quosquis
philosophari
sunt, ante
cellere existi-
matus.
† lib. 30.

Flavio Josepho † dicitur Pythagoras, σοφία ἢ ἐπὶ τῶν ἁγίων διδασκῶν, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μῦθον διειλημῆς & διειρηκῆς ἢ φιλοσοφῶν. Ciceroni, in Bruto, Cotta prius dicitur summus orator, postea orator minime ineptus, Eidem Varro, epistolâ ad Brutum, summa industria vir vocatur, quem antea dixerat, non sine industria versari in studijs. Talium ingentem sylvam ex optimis scriptoribus collegere, Isaacus Casaubonus notis in fragmenta Polybij, & Ioannes Rualdus commentarij de vitâ Plutarchi capite ultimo. Ac Casaubono quidem propositum est, illud docere, cum Livius † Polybium vocat auctorem non spernendum, dicere voluisse planè præstantem. Rualdus autem in eo est, ut ostendat, cum Plutarchus ab Eusebio * accensetur philosophis κλέος ἢ μικρὸν φιλοσο-

* initia lib.
3. Preparati-
onis Euse-
gel.
† non exi-
guam in
philosophiâ
gloriâ apud
Græcos con-
secutus.

φίας παρ' Ἑλλήσιον ἀπολεωγμένους †, id ita accipi debere, quasi dixisset, maximam apud Græcos fuisse gloriam adeptum. Quæ si in mentem venissent aut Achilli Statio, aut Fulvio Ursino, non putassent, vel Pythagoram ab Horatio malignè laudari, vel à Livio Polybium, quem passim ad verbum expressisset. Valde etiam hac in re offendit Caspar Barthius, cui non satisfacit Ovidij illud lib. v. Met.

— De mille sagittis

Vnam seposuit; sed quæ nec acutior ulla,
Nec minus incerta est, nec quæ magis audiat arcum.

† lib. 5. 8.
Adversar.
cap. 9.

Audiamus, quomodo hîc, ad versus ingeniosissimum poetam dis-ferendo †, planè ingenio suo abutatur : Sanè, inquit, incautè videtur certissimam rem minus incertam alys nuncupasse, cum hoc ipso etiam eisdem aliquam certitudinem demat, incertitudinem contrâ assingat. Non enim potest fieri per rerum naturam, ut res minus alys talis, sit tamen talis, quoniam cetera dicantur magis tales esse. Neque demit vitium rei, minus vitiosam esse ceteris, quin vitiosarum numero & ipsa jure optimo adscribatur. Iam quanti putas, mille ceteras sepositus fuisse hæc vitiosiores, quæ certissima esse, dici debebat, & tamen incerta perhibetur. Satis liquet, qui sic scribit, (atque idem multa alia in hanc mentem subdit, quæ sine tædio legi non possunt) eum Ovidij verba propriè accepisse, cum λίσσηται esse satis arguat, quòd poeta ipse continuò addit, nullam esse sagittam, quæ magis arcum audiat; quod idem est, ac si dixisset, nullam esse certiozem. Proinde cum ait, nullam esse minus incertam, idem est, ac, esse eam certissimam : quomodo ocellus ille urbium Græcarum Sparta (cujus de laudibus penè satius sit tacere, quàm nimis pauca dicere) Herodoto ipsi libro vii. vocatur ὀδὸς † ἢ τ' ἐλαχίστη, ἢ τ' ἀδυσίατη. Scilicet dicere illud Herodotus voluit, fuisse quidem Spartam oppidum nec magnitudine insigne,

† turbs nec
minima, nec
præ ceteris
* firmas.

nec

nec viribus pollens : attamen hoc commune habuisse cum pluribus oppidis , quia non defuerint alia , quæ præferre neutiquam posses. Et ut de sacro etiam fonte exemplum adferam , scilicet Evangelista , † cum Bethlehē vocat ἰδαμῶς * ἐλαχίστω , idque præcipue quoniam τὸν δαιμόναυτον † produxisset ; non aliud dicere in animo habuit , quàm sonare videntur verba. Quæ profectò longè aliter accepit Prudentius , ut qui sic hanc rem expresserit † :

*O sola magnarum urbium
Major Bethlem: cui contigit
Ducem salutis calix
Incorporatum gignere.*

† Matth. 2. 6.
* neutiquam
minimam.
† hominem-
dem.
‡ in hysmo
Epiphania.

Vulgò in definitione λιτότης ⊕ adjungunt , fieri eam modestia gratia , sive arrogantia vitande causa. Sed id perpetuum non est : aut certe locum non habet in multis exemplis , in quibus λιτότητα Servius agnoscit. Vti neque in illo Juvenalis sat. xv. de Pythagora :

--- cunctis animalibus abstinuit qui

Tanquam homine , & venter indulsit non omne legumen.

Vbi vetus interpres monet , non indulsit , κατ' ἀριστοφωλῶ (ita vocat , eam , quæ alijs est λιτότης) accipi pro abstinuit : quippe qui & legumina timeret edere. Quod sanè aliquanto gravius est , quàm non indulgere venter.

Neque semper λιτότης est , quoties per negationem significat contrarium ; sed necesse est , ut plus significet negatio , quàm affirmatio. Nam , ut rectè docet Hermogenes lib. α. περὶ θεῶν δεινότητος ⊕ † , † cap. ult.

Ἰσοδωμῆτι * , cum Xenophon † inquit , Θύων τι γὰρ φανερόν ἐστί , καὶ μαντικῆ * tantum-
χρῆσιν ⊕ ἐκ ἀφανῆς λόγῳ. Quod enim sacra faceret , perspicuum erat : & quod dem. vult.
ut crederetur divinatione , non erat obscurum. † in prima

Minus ea significat , cum Nausicaa apud Homerum † Ulyssii ait :

Ξένε , ἐπιθέτω κακῶν , ἔτ' ἀφρονὶ φωνῆ ἴοικας.

O hospes , quoniam haut ignavo , aut desipienti

Es similis. Nam quia Ulysses haut nōrat , fati visum sapienti feminae , si ab eo removeret vitium , etsi prudentiam , aut probitatem , non tribueret.

Plus valet in illo Homeri Iliad. o * :

--- Εἴ ποί ἔμιν ἀφανρότατος ⊕ βλάτ' Ἀχαιοῶν

--- Haut Graivm minimis quia laeserat illum.

Sermo enim est de Aiace , quem inducit Marti instar incedentem ,

tean, totique Troianorum exercitui formidabilem; ipsi etiam Hectori, quem & ab eo vulneratum esse refert. Ut omnino, *ἢ ἀφραυστ-*
τατ * , æquè valeat, ac † *Ἀχαιῶν φέρτατ* †, quomodo idem alibi
 vocatur: nempe * *μετ' ἀμύμονα Πυλῆϊονα*, ut ipse restringit † poeta.

* non in-
firmis-
simi.

† Il. 6.

† Græcorum
fortissim.

* post in-
culpatum
Achillem.

† Il. 6.

† *ἀστ. 5. sc.*
2.

Etiam tribus hifce modis Latini negatione utuntur: ut ostendit
 Alciatus lib. v. *Παθήρων* Iuris cap. xvii.

Tantumdem valet negatio in illò Ovidij 1. Met.

Omnia pontus erant, deerant quoque litora Ponto.

Minùs, ex Alciati mente, signat in illo Plauti Epidico †:

Neque malo homini, neque benigno, tuo dedit Stratippocle.

Ubi fatis visum, si removeret à Stratippocle, tum malitiam, tum
 prodigalitate[m]; et si virtutem, & frugalitate[m], non tribueret. Nam

* *ἀστ. 1. sc.* *benignus, & frugi*, opponuntur. Ut in Truculento *.

1.

--- *Benignusne, an bona frugi sis.*

Minùs etiam signat in Ulpiani † illo: *Scientiam hic accipimus, quæ
 habet & voluntatem.* Nec enim necesse est aliquem velle: sed fatis
 est non nolle.

† l. 1. s. sci-
entiam De
tribus.

† *Ecl. 2.*

Amplius notat in hoc Maronis †:

Nec sum adeò infirmis.

Ubi sic Servius: *Verecundè suam commemorat pulchritudinem. Sic
 Cicero in Celsiana: Ut cum peniteat non deformem esse natum. Nam pul-
 cherrimum voluit dicere.* Longèque idem apertius, cum Servius Sul-
 picius, certiore[m] facturus Tullium de interfecto M. Marcello, his
 verbis epistolam suam orditur *: *Esse scio non jucundissimum me nun-
 cium v. his allaturum.* Hic aliquis cum Barthio colligat, fuisse eum
 nuncium Ciceroni sanè jucundum, utcumque alij esse possint jucun-
 diores. At quam hæc inepta sint, atque absurda, nemo non videt,
 qui sciat, Marcellum fuisse optimarum partium, Ciceroni unicè ca-
 rum, qui ei à Cæsare reditum impetrârat: ut non potuerit non Tul-
 lius magnopere ob amici tantum casum animo excruciari.

* *opist. 1. 2.*
lib. 4. inter
Ciceronia-
nas.

Ex hifce autem tribus modis postremus tantum constituit *λιτότη-
τα*: de quâ hæc fufius profèqui visum fuit, nequid hominibus etiam
 eruditissimis porrò sub ancipiti hæere possit.

IX. DE IIS, QUÆ PER ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΝ DICUNTUR.

NUNC quò tandem ad exodium caput hoc adducamus, acce-
 dendum ad *ἑυφμισίαν*: quæ postrema erat inter memoratas
 superius

superiùs troporum primariorum species. Est autem *ἔυθημισμός*, figura res odiosa ingratalque designans nominibus non ingratis. Eam non malè referas ad *Ἐργασίαν*. Si tamen vocum ipsarum significationem potiùs, quàm qualitatem, spectemus; non omnis *ἔυθημισμός* contineat ironiam. Nam interdum per *ἔυθημισμὸν* contrarium intelligitur; interdum verò res ingrata non contrario, sed solum diverso significatur nomine. Vtriusque generis dabo exemplum. Prioris notæ *ἔυθημισμός* est, cum Pontus, qui ob accolarum sævitiam *ἄξερθ* †, † *Ovid. lib. 4. Trist. eleg. 4.* h. e. *inhospitalis*, ab antiquis vocabatur, *ἔυξιν* nominatur; quod per *ἔυθημισμὸν* factū esse, scribit Eustathius comment. in Dionysij *ἔξινον*, ac Lucianus quoque innuit in *Toxaride*. Ammianus Marcellinus * de eodem: *A contrario*, inquit, *per cavillationem Pontus Euxinus appellatur*. Hinc lucem fœnerat illud Nasonis †: † *lib. 22. † lib. 3. Trist. cl. 13.*

Dum me terrarum pars penè novissima ponti

Euxinus falso nomine dictus habet.

Et hoc ejusdem *:

Quem tenet Euxini mendax cognomine litus.

Hujuscemodi *ἔυθημισμὸν* nemo esse *ἔργασίαν* negarit, nisi simul convelle velit definitionem ironiæ supra adductam.

Alterius verò generis est, cum is, qui ex Victorij aureis pecunia in usum belli conflare volebat, quia & contumeliosum erga Deam, & mali apud populum ominis fuisset, si petijset, ut ipsius Victorij confringerentur simulachra, atque ex ijs cuderetur pecunia in usum bellicum: non quidem hoc dixit, sed aliud, ex quo, per *ἔυθημισμὸν* finis, id quod ad finem destinatum erat, intelligi poterat. Quippe, ut Demetrius, & Fabius scribunt, *utendum* dixit *victorijs*; quasi eas putarēt belli socias adscisci oportere. Inter proprium hęc, & improprium, non contrarietas est, verum conjunctio: sed improprium proprio præfertur, quia illud rem exprimit, quatenus est grata, hoc quatenus ingrata. Hujusmodi igitur *ἔυθημισμὸν* nullam habent ironiam, si spectemus solam vocum earum significationem, quæ commutantur. Possimus tamen talia quoque ad ironiam referre, si qualitatem consideremus, quatenus unum auditu gratum, & jucundum est, alterum ingratum atque odiosum: quæ pugnantia sunt. Atque hoc magis liquebit, si distinctè videamus, quibus in rebus *ἔυθημισμὸν* veteres uti consueverint.

Sunt autem ea quatuor imprimis generum. In quibus ipsis princeps locus sacris debetur: ubi religio planè erat verbis uti malè nominatis, ut loquitur Horatius *, hoc est, ut Græci dicerent, *ἔργασίαν* * *lib. 2. od. 14.*

ον δὲ στυγίως. Quibus prolatis, vitari sacra credebant : unde Tibullus † :

† lib. 2.
eleg. 2.

Dicamus bona verba (venit natalis) ad aras:

Quisquis ades, lingua, vir, mulierque, fave.

Et Ovidius 1, Fast.

Prospera lux oritur, linguisque animisque favete.

Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Itaque cum augurium aliquod felix fuisset, sed alterum priori vitium faceret: illud quidem, quod prosperum foret, ita uti erat, appellabant: posterius verò hoc, alterum potiùs, quàm infelix, dixere; quæ μεταρρύθμις est subjecti, quia alteri illi augurio accidit, ut sit infelix. Festus: *Alter & pro non bono ponitur: ut in auguriis altera cum appellatur avis, quæ utique prospera non est. Sic alter nonnunquam pro adverso dicitur & malo.* Sanè & Pindaro * dicitur δαίμων ἔπερθε, qui

* od. 3.

Pind.

† epigr. 41.

Catullo † Deus non bene advocatus. Ad sacra etiam pertinent voces hæ, *magmentum, mactus, mactare, adolere*: in quibus itidem per metonymiam fit *εὐφημοῦς*. Quod manifestius erit, si prius nativam eorum significationem consideraverimus. Propriè enim *magmentum* (quod in Arnobio, & vet. inscript. legitur) est majus augmentum, unde *magmentaria* dicebantur *vasa*, quibus magmenta, & exta sacra imposita, aræ inferebantur. Gloss. *magmentarium*, ἐφ' ἧ τὰ κατάχρησται ἀνατιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρειν. Arnobium hæc voce usum, existimat Turresbus Adversariorum lib. xxxi. cap. vi. Itidem *mactus* est magis auctus, ac *mactare* item est magis auctare; unde idem Arnobius, Ecclesiasticorū scriptorum Varro, lib. vi. i. adversus gentes: *Etenim, inquit, si honos auget, eiusque accumulatur dignitatem, cui fuerit attributus, sequitur, ut auctior Deus fiat ab homine, a quo fuerit munere & honoris collatione donatus: atque ita perducitur res eò, ut inferior Deus sit, qui honoribus mactatur humanis: homo verò sublimior, qui auget potentiam nominis.* Atque istiusmodi quidem propria est ejusce vocis acceptio: sed κατ' εὐφημοῦς *mactare* accipi cœptum pro *interficere*, ut docent Servius *, & Porphyrio †, in cujus veteri quodam codice, ut Carrio testatur ‡, extat illustris hic Varronis de eapse re locus è secundo de moribus pop. Rom. *Mactare*, inquit, *verbum est sacrorum κατ' εὐφημοῦς dictum, quasi magis augere, ut adolere: unde & magmentum, quasi majus augmentum. Nam hostie tanguntur molâ salsa, & tum immolata dicuntur: cum verò ista sunt, & aliquid ex illis in aram datum est, mactare dicuntur per laudationem, utrumque boni omnis significationem: eò, cum illis mola salsa imponitur, dicitur, *Μακτε εὐνο*. E quibus Varronis verbis,*

* in illud

Virgilij

4. Ep.

Mactant

lectas de

more bi-

dentis.

† in illud

Horat. Sat.

2. l. i. ma-

cte virtu-

te esto.

‡ lib. 2. E-

mend. cap.

3.

verbis, præter cætera, condiscere est, discrimen inter *immolare*, & *maclare*.

Nec abs re est, quod inibi Varro, ut *maclare*, ita & *adolere*, dici ait per laudationem, sive boni omnis significationem. Siquidem *adolere*, & *adollescere*, propriè est *crescere* †: sed quia malè nominatis † *Servius* vocibus in sacris abstinabant; usurpari cœpit pro *cremari*, idque per in *Ecl.* 8. *μετωφύλας*; quia nempe victimæ, & altare, verbenis, vino, & extis crescerent atque auferentur; unde Plautus Mercatore *:

* *Acl.* 4.
sc. l.

--- *Aliquid cedo,*

Qui hanc vicini nostri aram augeam, Syria.

Da sanè hanc virgam lauri.

Vide Festum, Nonium, & Servium in illud Maronis quarto Georg.

--- *Pancheis adolefcunt ignibus ara.*

Neque hoc *εὐφημισμῶ* genus in sacris neglexere Hebræi. Nam quia nihil æquè horribile est, ac auditu grave, quàm ut homo dicatur Deo ipsi maledixisse; eò *εὐφημισμῶ* κατ' ἐξουσίαν *benedicere* usurpabant pro *maledicere*. Vt *1. Reg.* *xxi.* *10.* *Benedixisti Deo, & regi.* Et *Iobi* *i.* *5.* *Fortasse peccaverunt filij mei, & benedixerunt Deo in cordibus suis.*

Post sacra vix aliud erat, in quo æquè gauderent *εὐφημισμῶ*, quàm si mentio esset faciendæ mortis, quâ nihil hominibus tristius accidere solet. Itaque nunc per metaphoram id declinabant, nunc per *synecdochen*, nunc per *metonymian*.

Metaphora certè est, cùm pro morte dicebant *abitionem*, & *abysse* pro mortuum esse; ut & Festus testatum facit, & liquidò indicat ille Tertulliani locus lib. de testimonio animæ cap. xv, quem & antea † adduximus: *Atquin hoc quoque* (resurrectionem intelligit) *ab* † lib. 2. cap. animâ *prædicatur. Nam si de aliquo jam pridem defuncto, tanquam vivo, 2. scilicet 5. quis requirat; præ manu occurrit dicere, ABIIT IAM, & REVERTI DEBET.* Sanè sic eundi, & abeundi verbo utitur Lucretius, ut ostendit Palmerius in Spicilegio. Item Plinij est lib. *ix.* epist. *1.* *Et ille quidem plenus annis abiit; plenus honoribus, illis etiam, quos recusavit. Simileque est recessit, pro eodem, in veteri inscriptione: † RECESSIT SVB † in Colle- VIII. KAL. AVGVSTAS P. C. LAMPADI ET ORESTIS* *tionè In-* *scriptionum* *Gruterianâ* *v.* *cc.* *ind.* *viii.*

Εὐφημισμῶ κατ' οὐρανὸν ἐστὶν in illo Ciceronis Philippicâ *1.* *Vt si-* *quid mihi humanitus accidisset, hujus diei vocem relinquerem mea num. 7.* *voluntatis.* Nam & præter mortem alia humanitus homini contin-

guat.

gunt. Genus igitur pro specie accipitur: uti & in illo Plauti Cistell. †. *Haus, voluisti ius seuerum facere?* hoc est, temeriter interimere.

Εὐθυμοσῆος ἔστι μετανομίαν est, quod Græci τὴν νεκρῆς * appellant μετανομίαν †, vel καλῆτας †; quia mortuis beata obtingit vita, majorque mortuorum est numerus, quam viventium. Imò & Plautus *, Græcorum imitatione, dixit, *se ad plures penetrare*. Vide, quæ de hoc loquendi genere post Alciatum †, Victorium †, & Canterum *, Leopardus annotavit lib. xv i, cap. xvi i.

Quod si μετανομίης quoque μετανομίης species est, ut superius diximus; etiam huc pertinet, quod d fuisse dicebant, qui mortui essent.

Plautus Truculento †:

Ita penè tibi fuit Phronesium.

Tibullus lib. i i i. Eleg. i v:

Vivite felices, memores & vivite nostri,

Sive erimus, seu nos fata fuisse velint.

Idem vixisse dicebant pro mortuum esse. Unde Plautus Bacchid. *

Vixisse nimio satius est, quam vivere.

Et Tullius †, sublati ijs, qui cum Catilina conjurarant, ad vitandam nominis invidiam, Senatui dixit, *vixerunt*. Senecæ etiam est epist. xi i: *Pacuvius, qui Syriam usum suam fecit, cum vino, & funereis illis epulis, se sepelisset, quasi sibi parentaverit, sic in cubiculum ferebatur à cenâ, ut in eo plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, & cetera.*

Tertium locum obtinent ea, quibus turpis, aut tristis vitæ conditio exprobrari videtur. Ita, quia probrosum erat, meretrices, quas amarent, vocare *σέβρας* *, eò appellabant illas *ἐταίρις* †, quod valet *ερωμένης* †. Atqui amari accidit meretrici, ut hæc sit metonymia adjuncti. Hodieque etiam Belgæ in sermone vernaculo famulas, in quas ipsi imperium non habent, si nomen nesciant, aut illud non succurrat, *amicas*, vel *virgines*, vel alius affectionis nomine vocare solent, quàm *ancillas*: quod nomen amarius est, & tacita quædam fortis exprobatio. Neque hæc in parte eos deficit veterum exemplum. Nam, ut ex Athenæo * discimus, Mariandyni, quod minuerent acerbiter nominis, servos, non *οἰκῆτας* †, sed *δαγοφόρος* * nominabant: ac Cretenses similiter urbanos servos *χρυσωνίτας* † dixere; eos verò, qui in agris degerent, *κλαρώτας*: nempe, ut ibidem dicitur, *διὰ τὸ κληρώθηναι* *. Quo pacto *ἀφαιρέτης* † τὸ πικρὸν † ἐπὶ οἴκῳ *ἐπινοῖται*.

Quartum

* Aët. 3.

* mortuos.

† beatos.

* plures.

* Trimumo

aët. 2. sc. 2.

† lib. 10.

Παρέγγ.

cap. 13.

* l. 2. Var.

Leët. c. 7.

* lb. 4.

cap. 18.

* Aët. 1.

sc. 2.

* aët. 1. sc. 2.

† Plutar-

chus in Ci-

cerone.

* vixit.

vixit.

* meretri-

ces.

† socias.

amicas.

* amatas.

* lb. 6.

† servos do-

mesticos.

* doriferos.

† quasi di-

cas, αὐρο

επιος.

* quia fors

super ijs

missa esset

cum divi-

deretur pre-

da.

† minuitur

acerbitas

appellatio-

nis, quâ ser-

vi vocan-

tur.

Quartum genus est in imprecationibus, & similibus. Ut cum vivere, aut valere jubent, quos in malam crucem abire expetunt, vel saltem, quibuscum nihil sibi negotij esse in posterum velint. Ut in pervulgato istoc Comici †:

Qui inter nos dissidium volunt.

Idem Tibulli est *:

Castra peto, valeatque Venus, valeantque puellæ.

Vivere verò sic dixit Maro †:

Omnia vel medium fiant mare, vivite sylva.

Quem in locum ita Servius: *Vivite, valete. Non enim bene optans est, sed renunciantis.* Catullus † utrumque conjunxit:

Cum suis vivat valeatque mæchis.

Græci similiter suum χαιρειν usurpant: unde Thomas Magister: χαιρει * ἢ μόνον ἐπὶ ἠδονῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆ φθίσεως. Αἰσθητικῶς. Ταὐτὸν εἶδη χαιρεινῶν περιτάματα ἔστιν. Eodemque modo, cum ab Euripide, Luciano, atque alijs, usurpatur: tum in scito isthoc epigrammate †:

*Αἰ * βέβησται δὲ καὶ Μάρτυρ τῶν Καίτοις χαιρειν.*

Ἦν δὲ σὺ νηυσὶν, ἄμυσσας πολλὰ μὲν δα.

Cui facetissimo voto geminum planè est apud Senecam lib. III. de Benef. *Rufus, vir ordinis senatorij, inter cænam optaverat, ne Caesar rediret ex ea peregrinatione, quam parabat, & adjecerat, idem omnes & tauros, & vitulos, optare.*

Quæ hæcenus εὐρημασµὴν exempla adduximus, ea in nominibus, aut verbis, consistunt. Sed est etiam, cum fit in adverbij: ut rectè, pro nihil. Quod clarè videas in istoc Comici, Heautont. †

Tum quod ei dem, rectè est.

Nam nihil esse, religio est dicere.

Idem Eun. †

--- rogo, numquid velit.

Rectè, inquit. Ab eo.

Ubi Donatus: *Rectè, pro eo, quod est nihil: & moraliter, τῶ Α' ἠκισµῶν.*

Item Hecyrâ †:

S. *Quid tu igitur lachrymas, aut quid es tam tristis?* P A M.

Rectè, mater.

Quem in locum sic idem grammaticus: *Rectè dicimus, cum sine injuriâ interrogantis aliquid reticemus.*

Simileque hoc Adelphis:

Æ. Perij. M. Quid est?

Æ. Nihil. rectè, perge.

† Andr.
act. 4. sc. 2.

* l. 2. el. 7.

† Ecl. 8.

† carm. II.

* Vale nō
solum in
jucundis, sed
etiam in
exitio. Ari-
stoteles:
Valeant
ideæ. Sunt
enim inani-
na oblecta-
menta.

† apud
Ammian.
lib. 25.

* Albi bo-
ves Marce
Casari va-
lere. Si enim
tu viceris,
nos peri-
mus.

† act. 2. sc.
1.

* act. 2. sc.
3.

† act. 3. sc.
2.

Plautus quoque eodem modo Bacchidum initio: ubi Pistoclerus sic meretrices compellat: *Quid in consilio consulistis?*

Respondent illæ, bene. Tum adolescens, *Hanc meretricium est.*

Nempe Pistoclerus sic interpretabatur, quasi dixissent, se boni aliquid consilij cepisse: sed illæ formulâ istâc, bene, honestè reiciebant adolescentem, ne porò quæreret, quod reticere mallent. Sic Mercatore Act. II. sc. III:

D. *Vnde incedis? quid festinas, gnate mi? C. H. rectè, pater.*

Et hæc de sex primariorum troporum speciebus, vel, si malis, formis: in quibus utinam aliquid sit non publici saporis, neque ad guttum vulgi; quod ego in hisce rebus tantundem ad veritatis genium sapere existimo, quantum grundile illud animal ad amaracinum, omneque unguentum; quod, ut ait Lucretius †, *--- fetigeris subus acre venenum est.*

C A P. X I.

D E A L L E G O R I A.

AFFECTIONES primariorum troporum sunt quatuor: ἀλληγορία, κατὰ χεῖρας, ὑπεβολή, & ἔμφρασις. Allegoria est continuatio eorum, que per metaphoram, metonymiam, aut synecdochen dicuntur. Estque vel pura, vel mixta. Comprehendit autem apologos, fabulas poëticas, anigmata, & paræmiâs.

I. AFFECTIONES TROPORVM NON ESSE NOVOS TROPOS: ALLEGORIA VNDE DICATVR: NEC ALLEGORIAM MODO ESSE, SI METAPHORA, SED ETIAM SI METONYMIA, AVT SYNECDOCHE, NON ITEM SI IRONIA CONTINVTVR.

PRÆTER metalepsin, de quâ superiùs actum nobis, quatuor aut præterpropter, sunt primariorum troporum affectiones. Vna quidem qualitatem tropi spectat; κατὰ χεῖρας, nempe, quæ tropi est durities: cæteræ respiciunt quantitatem; puta ἀλληγορία, ὑπεβολή, & ἔμφρασις. Nam ἀλληγορία, uti & μετάληψις, oritur ex plurium troporum conjunctione: at continuatio ac numerus ad quantitatem pertinent. Ἐπεβολή verd, & ἔμφρασις, respiciunt magnitudinem; quia utraq̃ue exprimitur

exprimitur rei excessus: at magnitudo rei quantitas est. Itaque nihil causæ est, cur ambigat quisquam, rectene hæc affectiones dicantur; cum quicquid non est de tropi essentiâ, id ejus sit accidens; sive proprietas sit ejus, sive accidens commune, quod ἀσλῶς accidens vocatur.

Inter affectiones hæc familiam ducit, quæ Græco nomine ἀλληγορία dicitur, quia ἄλλο μὲν ἀγορεύει, ἄλλο δὲ νοεῖ †. Inde est, quod Ar-

† aliud dicit, aliud vero intel-

nobius lib. v. cum prius dixisset, ex nationum opinione, fabulas allegoricis sensibus significare aliquid; paullo post sese explicans ait, intelligit.

ijs aliud quidem dici, sed intelligi aliud. Etiam apud B. Hieronymum legas in epist. ad Gal. iv. 24. allegoriam esse, cum alia ex alijs figurantur. Itaque allegoriam haut absurdè diversiloquium vertas. Ac

vox quidem ἀλληγορίας vetus non est, ut ex Plutarcho * cognoscimus; qui auctor est, ea, quæ suo tempore ἀλληγορίας dicebantur, veteres appellasse ἑσπολάς. Aristoteles quidem nusquam ἀλληγορίας nominat. Vitur ἀλληγορίας voce Apostolus Paulus ad Galatas cap. xv. vers.

* lib. de audientia poetæ.

24. ubi duabus Abrahami uxoribus, Sarâ & Agar, ἀλληγορικῶς dicit significari Testamentum V. & N. Ait enim, Ἀπὸ τῶν ἀλληγορικῶν, &c. Sed hîc καταχρηστικῶς allegoria pro typo accipitur: quia res veteris Testamenti mysticè exponuntur, salvâ historicæ veritate. At Rhetoribus ἀλληγορία nihil aliud est, quàm modificatarum vocum continuatio. Nam quemadmodum μεταλλῆσι est, cum plures concurrunt tropi in voce unâ (quam ob causam suprâ dicebamus, eam ad troporum quoque affectiones referri posse) ita in allegoriâ est plurius vocum tropicarum continuatio. At falluntur, qui ἀσλῶς scribunt, allegoriam esse troporum continuationem. Nam hæc, uti dixi, definitio metalepsi quoque convenit. Quid quod nec in pluribus vocibus quorumvis troporum continuatio allegoriam constituit; sed solum metaphoriæ, metonymiæ, ac synecdoches? Sanè continua est ironia in illo Maronis xv. Æn.

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis,

Tuque, puerque tuus, magnum & memorabile nomen,

Vna dolo Divum si femina vilita duorum est.

Item in istis Ciceronis pro Milone: *Luget Senatus, moeret equester ordo, tota civitas senio confecta est.* Sed luculentè imprimis continuatur ironia in hisce adversus Pisonem, qui triumphum contemneret: *Non est integrum Cn. Pompeio consilio jam uti tuo. Erravit enim, non gustare istam tuam philosophiam, ter jam homo stultus triumphavit. Crasse, pudet me tui, quid est, quod, confecto formidolosissimo bello, coronam illam*

lauream tibi tantopere decerni volueris à senatu? P. Servili, Q. Metelle, C. Curio, P. Africane, cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, priusquam in illum errore induceremini? C. ipsi Pontino, necessario meo; jam non est integrum. religionibus enim susceptis impeditur. O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! ô amentem Paullum, rusticum Marium, nullius consilij patres istorum amborum consulum, qui triumpharunt! Nihil hæc ironiâ magnificentius: quæ tamen allegoria dicenda non est; non quia natura vocis per se repugnet (nam vel maximè aliud dicitur, cum contrarium intelligitur) sed quia, si laxè aded illud ἄλλο † in ἀλληγορίας voce sumatur, omnis ironia, etiam quæ continuata non est, allegoria erit, quod superius refellebamus. Quare illud ἄλλο restringi debet ad aliud simile, vel saltem conjunctum, aut amicè conspirans cum eo, quod dicitur, ut in tribus primis tropis fit; non item ad quiddam inimicum ac repugnans, qualia commutat ironia. Vidimus, in quibus non fit allegoria. At contra allegoria est, cum Catilina diceret, se incendium suum non aquâ, sed ruinâ extincturum, teste Sallustio. Nempe hæc continuatur metaphora. Idem fit in illo, Anus ad armillum, de eo, qui redit ad ingenium; apud Lucillum, & Appuleium. Est autem armillum crater seu vas vinarium, ut exponitur in glossis Isidori. Itaque adfidet hæc ἀλληγορία senario itti veteris poetæ: Ποιείε' ἡ γεαυς, ὅλλο δ' ἄδδ' ἐν βλάπῃ: & huic Græcorum; Γνωστὸν ὁ νῦς ἐν καμ-
 * mulieri-
 bus mense est
 in campiona.
 † Perjâ
 m. 1. sc. 2.
 † honesti
 speciem
 præferens.

† aliud.

* mulieri-
 bus mense est
 in campiona.
 † Perjâ
 m. 1. sc. 2.
 † honesti
 speciem
 præferens.

Quod si allegoria, nihil aliud est, quàm troporum (trium nempe lib. 3. c. 6. priorum, ut dixi) continuatio: haut rectè scribit Fabius †, allegoriam proprio quoque sermone constare posse. Adducit ille pro sese illud Eclog. ix:

Certe

*Certe equidem audieram, quã se subducere colles
Incipiunt, mollique jugum demittere olivo,
Usque ad aquam & veteris jam fracta cacumina fugi,
Omnia carminibus vestrum servasse Menalcam.*

Verum cum tantum per *Menalcam* Virgilius debeat intelligi; cætera autem omnia proprio contentent sermone, quemadmodum ipse Fabius agnoscit: nulla hæc erit tropi continuatio, eoque nec *ἀντιπέε* futura est,

Spisæ idem * errat, cum ironiam inter allegoriæ species reponit. * *ibidem.* Ironia enim est tropus primarius: allegoria nec tropus primarius est, nec ejusce species, sed tantum affectio: quippe tropi continuatio, ut tropu primarium non contineat, sed ab tropis primarijs contineatur.

Potest tamen & ironia esse allegorica, ut in illo *Plauti Epidicot*:

*Is etiam sese sapere memorat, malleque
Sapientiozem scilicet ꝑ manubrio.*

Nec res ea pro Fabio quicquam facit. Nam hoc in exemplo translationum esse continuationem, quis videt. At nihil istiusmodi fit, cum in *Clodio* dicitur: *Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor eripuit, vita antea cæta servavit*: quod *Fabius* exemplum facit allegoriæ ironicæ: quemadmodum & allegoriam definire non dubitat, orationem, *quæ aliud verbis, aliud sensu ostendit, ac interim etiam contrarium.* At nos quidem agnoscimus, allegoriam quoque *ἀντιπέε* interterdum intelligi debere: verum negamus, ironiam eo modo accidere allegoriæ, quo animali accidit, ut sit homo, eò quia & bestia esse possit. Atqui si dici nequit, ironiam eo modo accidere allegoriæ, quo generi accidit, ut hæc potius species sit, quàm altera, ne utiquam vel in allegoriæ definitione, quæ essentialia solum completi debet, vel ejus in divisione, quæ per species oppositas institienda est, ironiæ ullus est relictus locus.

Quemadmodum autem *Fabius* nimis extendit pomœria allegoriæ, cum & in proprio sermone, & in ironiâ quavis, eam locum habere censet: ita alij contra nimis ejus limites coarctant, cum allegoriam tantum constitui putant translationum continuatione. Atque hoc lubentes mihi concesserint, ex quorum sententia *ἀντιπέε* continuatur *Eclog. 1 v*:

*Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vebat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,*

Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Quo loco & *Servius* scribit, specialia pro generalibus poni: per *Tiphyn*, quemcumque

quemcunque gubernatorem accipi; per *Argo*, quamcunque navem; per *Troiam*, quamcunque civitatem; per *Achillem*, quemcunque virum fortem. Quæ si vera sunt, fuerit hic ἀλληγορία extra metaphoram. Verumtamen ut, quod res est, dicam, magis hoc loco altera mihi sententia placet, ut alludatur ad magnum Platonis annum, & Σπονδάσιον, h. e. æterum omnium revolutionem ex siderum in locum pristinum restitutione, sive reditu ortam; quæ & ipsa interpretatio apud Servium existat. Atque, ut hoc non esset, tamen hujuscemodi videri poterant ad metaphorarum continuationem pertinere; cum antonomasia, quæ proprium ponitur pro communi, metaphoræ quoque subijci possit, ut τὰ β. x. ostendebamus. Manifestius exemplum, minus que cavillationi expositum, videre est in illo Comici*: *Sine Cerere, & Libero, friget Venus*. Vbi egregiè triplex conjungitur metonymia caussæ. Perijt venustas, si pro *Cerere, Libero*, aut *Venere*, substituas proprium. At enim dicas, hujuscemodi quidem compluria inveniri; verum haut esse ἀλληγορικά. Equidem scio, multis, ut novum, ita absonum visum iri, quod in talibus statuamus ἀλληγορίας: verum cum non minus metonymiæ ac synecdoche accidat continuatio, quàm metaphoræ; nec nomina habeamus idonea, quibus hæc genera distinguantur: omnino satius fore arbitror, ut utrumque genus allegoriæ nomine comprehendamus, quàm unum quidem continuationis genus inter troporum affectiones constituamus, alterum verò silentio nostro damnemus. Adde quodd ænigmata, quæ nihil aliud esse volunt, quàm allegorias obscuriores, interdum puris putis constant metonymijs, aut synecdochis, ut infra ostendemus. Interim non negamus, si veterum attendamus usum, allegoriæ nomen potissimum convenire translationum continuationi. Quid mirum? cùm metaphoram principem inter tropos obtineat locum; ejusque continuatio non ustatior tantum fit alterâ, sed plus quoque habeat venustatis; quia persistitur in similitudine, quæ rem maximè ob oculos ponit. Plurimum sanè allegoria est prior comparisonis pars; quamquam non ut eam componit, verum separatim, & extra eam posita. E. G. Comparatio est; Quemadmodum mali corvi malum est ovum, ita vestri præceptoris vafros esse discipulos. At allegoria fuit, cùm judices de Coracæ, & Tyfiâ dixerunt, καὶ τὸ κέρμα καὶ τὸ σῶν †; ubi & simul alludere ad Coracis nomen.

* *Em. 47.*
 §. 5.

† mali cor-
 vi malum
 ovum.

II. ALLEGORIA DIVIDITVR IN PYRAM,
ET MIXTAM.

ALLEGORIA est duplex; pura, quæ merè allegorica est, & mixta, quæ proprium adjungit ad majorem claritatem. Pura est in illo Plauti Epid. * *Vicumque in alto ventus est, ex imo velum vor-* * A3.1. sc.
titur. i. prout tempora mutantur, animi quoque & cupiditates ho-^{1.}
minum variant. Ac postea †, *Gutturâ pectus ardens mihi adpersisti.* i. † A3.4.
animum mœrore confectum verbis tuis consolatus es. Et in illo^{sc. 1.}
Tullij pro Quinctio de criminum illatione, & propullatione: *Ita fit, ut ego, qui tela depellere, & vulncribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum adversarius nullum jecerit: illis autem id tempus impugnandi detur, cum & vitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit; & siquâ in re, quod, vati sunt facere, venenatum aliquod telum jecerint, medicina facienda locus non erit.* Ut quidem legit Lambinus, pro quo in vulgatis est: *Quod parati sunt facere, falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum, &c.* Verùm vix existimo hæc verba, nullâ aliâ de causâ, quàm eâ, quam Lambinus affert, cancellanda & furellis eiicienda esse, tanquam glossema. Siquidem sæpe allegoria degenerat, cum id, quod proprium est, ad majorem lucem admiscetur. Ita Cicero in Exordio Milonianæ; *Equidem ceteras tempestates, & procellas, in illis duntaxat fluctibus concionum, semper putavi esse Miloni subeundas.* Vides, ut non *fluctibus*, sed *fluctibus concionum*, dicat. Arque hoc illud est quod superius allegoriam mixtam appellabamus. Geminum omnino, ac simillimū est hoc in oratione illâ Philippi, Macedoniæ regis, ad Græcos, quam apud Iustinum legas lib. xxix: *Videre se ait consurgentem in Italia nubem illam irucis & cruenti belli: videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam; quam in quascunq; terrarum partes victoria tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia sedaturam.* Pura foret allegoria, si simpliciter diceret *nubes, tempestas, imber*: sed mixta fit, cum ait, *nubes cruenti belli, victoria tempestas, cruoris imber.* Tertium quoque mixtæ allegoriæ exemplum adtexam è venustissimo post homines natos Decimi Laberij carmine *, quod fecit * apud Ma-
à Cæsare quingentis milibus invitatus, ut jam fenex, & eques Ro-^{crob. lib. 2.}
manus, in scenam prodiret mimus: ^{Sacra. cap.}
^{7.}

Si tibi erat libitum literarum laudibus

Floris cacumen nostra fama frangere:

Cur cum vigebam membris prævidantibus,

bb 3

Satisfacero

*Satis facere populo, ac tali cum poteram viro,
Non flexibilem me concurrens aſti, ut carperet?*

Niſi malis cū Jano Guilielmo, *ut paceres*, .i. pangeres. Sed ex verſu, quem ſecundo loco memoravimus, liquet, verbo uſum eſſe, quod idem valeat ac *frangeres*. Quare *pagendi* vocem ſententia reſpue- re videtur: nec ſi ferret, cauſæ fuerit quicquam, cur *pacere*, quàm *pangere*, mallet elegantiffimus ſcriptor. Etiam duos primos verſus fruſtra ſollicitabat Lucas Fruterius †, qui malebat: *Si tibi erat libitum ludiorū lu- ſibus Florens cacumen: vel florum cacumen*, quod antiquū eſt pro *florens*.

† *epiſt. ad Aurelium.*

Αἰνιγματικὰς ποῆτᾶς involverunt naturæ ac moralis philoſophiæ myſteria; quæ omnia cū ſimpliciter intelligeret Eratoſthenes, imperitè, vel potiùs malignè, poëticen appellavit *γερῶδη μυθολογίαν* †. Meliùs Dionyſius Halicarnaffenſis, qui *ἐν τῆ χυμ* ſcribit, comœdiam (eadem autem fabularum omnium ratio eſt) ſub ludicrâ larvâ philoſophari: ἢ γὰρ τῶν κομωδία ἀυτῶν τὸ γερῶδον ὡς ἐπινομήν, φιλοσοφεί. Scripſerit è Græcis de poëticarum fabularum ſenſibus Phurnutus ſive Cornutus, & Palæphatus, non Parius ille ſive Prienſis, cujus inter alios Virgilius meminit in Ciri: verùm alius, ut ſuſpicor, eo junior. Barbarè egit eâſde de re Fulgentius, non quidem fulgentiffimus ille Epifcopus Carthaginenſis, cui in antiquioribus editionibus tribuitur, ac à Florido quoque Sabino * adſcribitur; ſed Grammaticus, qui & Fabius Planciades; cujus de continentia Virgiliana libellum habemus, & alterum de antiquarum aliquot vocum interpretatione. Quatenus autem in poëtis allegorias quærere oporteat, vide apud eundem Floridum Subſecivarum Lect. lib. i. cap. xxxiv.

† *anile ſchulamentū.*

* *lib. 2 ſub ſec. Lect. cap. 24.*

Idem ἀλληγορικῆς ἢ συμβολικῆς intelligenda ſunt pleraque Pythagoræ dogmata, atque etiam Platonis: ideoque Ariſtoteles, ut & Thomas ſenſit Aquinas, in ijs, quæ adverſus Platonem commentatus eſt, crebrè non refutat, quod ſenſit Plato, ſed quod ejus ſignificatur verbis propriè acceptis.

* *epiſt. ad Cr. Póρειν.*
* *crebras, longas, in-
tempēſti-
yas.*

Neque iccirco extra culpam fuerit Plato. Nam & Dionyſius Halicarnaffenſis * damnat in eo allegorias *μακρὰς, ἢ πολλὰς, ἢ τὸ μέτρον ἐξέτας, ἢ το κείρον* *.

III. DE APOLOGO.

SP ECIES Allegoriæ ſunt; Ἀπόλογος, μῦθος, αἰνιγμα, & περιπέτεια. Ἀπόλογος ita dictus eſt, quia ſit λόγος ἀπὸ λόγου. Nam aliud apertè dicit, aliud innuit. Itaque Julio Scaligero, viro ad unguem facto, defini-

definitur †, narratio ficta de re quapiam cum attributione *καθ' ἑαυτὴν*, *Idere poet.*
aut *ἑαυτῶν*, vel cum oratione, vel sine eâ, ut ad humana commoda ali- *lib. 3. c. 84.*
quid ex eâ designetur. Istiusmodi sunt apologi Æsopici, quos quidâ
à Socrate scriptos volunt. Fabius tamen lib. v. cap. xi. ait, Hæso-
dum primum eorum autorem videri, Æsopicos autem vocatos esse,
quoniam eos Æsopus excoluerit. Theon quoque in progymnasma-
tis docet, Æsopum non esse, qui illos invenerit, cum eos Home-
rus, Hæsiodus, Archilochus, aliique Æsopo antiquiores, usurparint;
quin etiam quidam Connis Cilix *, & Thurus Sybârita, & Cybis-
sus Libys, apologorum dicantur esse auctores. Itaque meritò subdit,
fabulas dici Æsopicas, quomodo dicimus metrum Aristophaneum,
Alcaicum, aut Sapphicum, non quia ab his primum, aut solum, sed
quia imprimis id carminis genus fit usurpatum.

* *Perperam
in utraque
Theonisedi-
tione legitur
Κόννης &
Κίλιξ, pro
Κόννης &
Κίλιξ.*

Quantum autem oratori apologorum notitia conducatur, vel inde
cognoscere licet, quòd Joatham apologo fit usus in reprehendis
Sichemitis; ut est Iud. ix: quòd item Nathan propheta Davidem fit
apologo aggressus, eum castigaturus ob adulterium ac homicidium
patratum: ut est lib. xi. Reg. seu Samuelis cap. xxi.

Virpant etiam Ecclesiastici scriptores. Ita Nazianzenus primâ
epistolâ suâ refert apologum de cygnis, & hirundine, ut eo Celeu-
sium præsidem à vanâ absterreat gloriâ. Gerson, Cancellarius Pari-
sienfis, commentario in Canticum B. Virginis, apologum commemo-
rat de fele, & vulpe: atque item alterum de palumbe, & passere.

Sed imprimis ijs in civilibus utimur negotijs. Ita Themistocles
Atheniensibus, ne magistratus mutaretur, persuasit fabellâ de vul-
pe muscis obstrâ; quâ ipsâ Flavius Josephus lib. xviii. antiq. Iu-
daic. autor est Tiberium Neronem usum, ut ostenderet, haut facile
esse mutandos provinciarû præfides, Cæsarisque procuratores. De-
mosthenes quoque, Alexandro post devictas Thebas ab Athenien-
sibus postulante, ut sibi dederent oratores octo, ut Idomeneus, &
Duris, apud Plutarchum * volunt; sive decem, sicut est apud Sui-
dam †; (apud quem tamen undecim oratores in vulgatis codicibus
enumerantur, si Chares, & Charidemus diversi sunt) populum de-
hortatus est apologo de ovibus lupo canes tradentibus, ac fatuè
spoliantibus se ijs, qui unicum laborantibus præsidium futuri erant.
Itidem Menenius Agrippa † (quæ Valerius Max. † Valerium vocat)
plebem Romanam, cum in montem Aventinum secesserat, in urbem
revocavit narratione apologi de membris humanis adversus stoma-
chum conspirantibus. Ita quod nec legum, nec magistratus effecit

* *in De-
mosth.
† in Anni-
pavo.*

† *Livius
lib. 2.
† lib. 8. cap. 9.*

auctoritas

aucltoritas, id fictitiæ potuit narrationis blandimentum. Placuit eadem fabella Hadriano Papæ: qui eâ satis appositè pro se, cæterisque cùm Ecclesiæ, tum Reip. præfectis, usus est in familiari sermone, apud Ioannem Saresberiensem: ut videre est Policratici lib. v. i. cap. xx. v. Nec apologorum vim ignorarunt illi, quos Græci pariter, ac Romani, barbaros dixere. Vt veteres Galli. Cujus rei illustre nobis exemplum è Trogo Iustinus refert libro XLIII: *Mortuo*, inquit, rege *Nanno Segobrigiorum*, à quo locus acceptus condende urbis (Massiliæ) fuerat, cum regno filius ejus *Comanus* successisset, affirmante regulo quodam, quandoque *Massiliam* exitio finitimis populis futuram, opprimendamque in ipso ortu, ne mox validior ipsum obrueret, subnectit & illam fabulam: *Canem aliquando partu gravidam locum à pastore precario petisse, in quo pareret: quo obtento, iterato petisse, ut sibi educare eodem in loco catulos liceret: ad postremum, adultis catulis, sultam domestico presidio, proprietatem loci sibi vindicasse. Non aliter Massilienses, qui nunc iniquitini videantur, quandoque dominos regionum futuros.* Quantum potuerit ejusmodi oratio, continuò subjungit: *Hic, inquit, incitatus rex, insidias Massiliensibus exstruit.* Et hæc de Apologo.

IV. DE FABVLIS POETICIS.

ALTERA ἀλληγορίας species erat μῦθος, sive fabula; quæ Julio Scaligero definitur oratio falsâ repræsentans veritatem; sive oratio ficta relata ad veritatem. Alio nomine λῆξις dicitur, ut testatur Alexander Aphrodisiensis in 1. Top. Vfus hoc pacto Aristoteles lib. 1. 1. Rhetoric. & Plutarchus in Phocione; qui & in Paulli Æmilij vitâ λογοποιεῖν dixit pro *falsos rumores spargere*, & in Solone Æsopum vocat λογοποιδῆ: ut quamvis historicos sciam sua quoque monumenta vocare λόγους, ijs tamen assentiar, qui Herodotum apud Suidam putant à Juliano desertore vocatum λογοποιδῆ, quasi fabulas fecerit, non historiam condiderit; quâ ratione & ab Agellio lib. 1. 1. cap. x. audit homo fabulator.

Accipitur autem vox μῦθος nunc latius, nunc pressius. Latius sumitur, cùm exempli duæ statuuntur species oppositæ, ἔξαβολή, sive collatio, & μῦθος, sive fabula. Ita accepere Theo, ac Aphthonius; quibus, ut diximus lib. 1. 1. cap. xv. μῦθος definitur oratio falsa imaginem seu similitudinem veritatis repræsentans. Neque me fugit, Scaligerum cap. lxxxv. Ideæ suæ, definitionem hanc, ut falsam, reprehendere, quia, ut inquit, veritatis imago non est, cùm lupus, &

agnus

agnus dicuntur inijisse societatem, & vitæ uterque putasse rationes. Verùm non quia in eo similitudo non est, quòd hæc tribuantur animantibus ratione orationeque destitutis, & quicquid istiusmodi potest afferri, iccirco veritatis similitudinem illi inesse apologo negandum est: verùm quia ratione ejus, quod significat ac monet, similitudo est, veritatis esse imaginem statui debet. Latè $\mu\delta\theta$ nomine utuntur, qui logos \mathcal{A} sopicos vocant $\mu\delta\theta\epsilon\varsigma$; explicationem verò eorum, si proponatur, $\alpha\epsilon\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$; sin postponatur, $\epsilon\tau\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$ appellent. Certè Jul. Scaliger, quamvis de $\alpha\epsilon\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$ & $\epsilon\tau\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$ vocibus aliter aliquantò sentiat: tamen in eo facit cum veteribus, quòd apologos $\mu\delta\theta\epsilon\varsigma$ vocat. Nam utramque declarationis partem comprehendit $\alpha\epsilon\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$ nomine; quia $\alpha\epsilon\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$, & $\epsilon\tau\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$, non differunt aliter, quàm Lucifer ab Hespero, h. e. à se ipso, cùm idem sit sidus: unde poëtæ Luciferum dicunt manè albo, vesperi fulco oriri equo; ut scribit Lactantius, seu Lutatius in illud Statij: *Novies Lune prævenerat ignes Mutato Nocturnus equo.* Quòd si tantopere se diffundat $\mu\delta\theta$, seu fabula, ut fabellas etiam \mathcal{A} sopicas comprehendat; quemadmodum ea ostendunt, quæ diximus: non video, cur non $\mu\delta\theta$ potius sit apologi genus, quàm apologus $\mu\delta\theta\epsilon\varsigma$, quod Scaliger exiimabat. Certè apologi definitio, quam antè ex eo adduximus, latè aded patet, ut præter logos \mathcal{A} sopicos complectatur fabulas poëticas. Sed & $\mu\delta\theta\epsilon\varsigma$ definitio ita ampla est, ut quoque apologis competat. Quare aut $\mu\delta\theta$ apologi, aut neutrum eorum alterius genus fuerit.

Sed neque $\mu\delta\theta$ genus est $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$, neque $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$ & $\mu\delta\theta$ species sunt oppositæ; quamvis ea distinguat Aristophanis interpret*, his verbis: ** in Vespis. $\mathcal{A}\nu\theta$ ὃ $\mu\delta\theta$ διαφέρει τῷ ἢ $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$ μὴ πρὸς τὰ ἴσα, ἀλλὰ πρὸς ἀνδρας παροῦντας, ἃ μὴ πρὸς ψυχαραγίας μόνον, ἀλλὰ καὶ $\epsilon\tau\alpha\lambda\epsilon\iota\sigma\tau\alpha\iota$ ἔχει τινὰ. βέλτεται γὰρ $\epsilon\tau\tau\epsilon\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$ $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$ πᾶσι καὶ ἰδιόσθεν. h. e. Differt $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$ à $\mu\delta\theta$, quòd $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$ non pueri vultum, sed virorum causâ conficitur: neque solum fit ad animum oblectandum, sed quandam habet admonitionem. Vult enim clam monere, & docere. Quòd discrimen jure profectò repudiat ac refutat Jul. Scaliger lib. III. de re poët. cap. lxxxiv. quo loco etiam statuit, non differre has voces, nisi quòd $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$ obscurius sit, $\mu\delta\theta$ notius. Certè Ioannes Philoponus quoque $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$ interpretatur $\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$ $\mu\epsilon\tau\alpha\iota\sigma\tau\epsilon\sigma\iota\varsigma$ *, & apud Ammonium statuitur esse $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ $\mu\delta\theta\iota\omicron\varsigma$ τ . Atque id in causâ est, cur species $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$ enumerantes non $\alpha\acute{\iota}\nu\theta$, sed $\alpha\acute{\iota}\nu\theta\iota\omicron\varsigma$, à $\mu\delta\theta$ separaverimus. ** admonitionem per fabulas. τ oratio fabularum.**

De amplâ $\mu\delta\theta\epsilon\varsigma$ acceptione abunde diximus. Videamus, quomodo

cùm presè eâ voce utimur, ab apologo differat. Ac tergemini quidem discrimen mihi odorari videor. Nam apologus plurimum est ^α *corû que fieri nequeunt.* *† sermo fabularis prolatus de animalibus rationis expertibus, aut plantis, ad hominum admonitionem.* *αδωμάτων **. Est enim λόγος μυθικός εἰρησύνετος ἀπὸ ἀλόγων ζῴων ἢ φυσῶν ποδῶν ἀνθρώπων παρέρχωνται, ut apologo accommodemus definitionē αἰνῶ, quæ in hanc mentem apud Ammonium est, & alios. In quâ tamen jure aliquid desideres, cùm & apologi sermonem inter homines fingant; ut notum ex eo, qui est de fullone, & carbonario. Deinde apologi, ut ipse Aristoteles scribit lib. 11. Rhet. sunt apti *δημιουργίαι*, sive concionibus quæ ad populum habentur. Denique apologi semper instruant mores. At contrâ μῦθος tantum sunt eorum, quæ possunt fieri; cùm poetiæ objectum sint res necessariae, aut verisimiles, ut lib. de Poëtica naturâ ostendimus. Præterea μῦθος inprimis conficiuntur, ut in scenis homines doceant, ac delectent. Denique μῦθος etiam naturæ mysteria involvunt: ut fabula Martis in adulterio deprehensæ, vinæque, quæ ad Astrologiam pertinet. Et hæc quidem *ἑπὶ μῦθῳ εἰς μέσον κτ. θ. ω.*

V. DE ENIGMATE.

SE QVITVR AINIGMA, cui nomen est ab αἰνίωσις, quod est obscure innuere, ac rem involucris tegere. Id verò est ab αἴνος. Multimodis autem vox αἴνῳ accipitur; ut ex Eufathio, & alijs, cognoscimus. Inter alia notat non tantum laudem, sed & dictum laude atque admiratione dignum: nec id quodvis, verum quod rem effert symbolice & sinuose: unde proverbium ἀλληγορικόν sic vocat Theocritus Idyllio XIV:

Αἴνος θύω λέγεται πρὸ ἕβα κὶ ταῦρος ἀπ' ὕλων.

Est verbum vetus, in sylvam quoque taurus abivit.

Sæpe etiam αἴνος idem est, ac apologus; quomodo usi eo Hesiodus, Archilochus, Callimachus: quemadmodum ostendit Ammonius, sive Herennius Philo, libello de similibus & differentibus vocabulis. Callimachi verba sic vulgò apud eum leguntur:

Ἄνεα δὴ τὸν αἴνον' ἐσκόπε Τμώλω

Δάφνῳ ἑλαίῳ εἰκὸς οἱ παλαιοὶ Λυδοὶ

Λέγουσι θάδε.

Atque ita etiam H. Stephanus expressit. Sed planè sic corrigi is locus debet:

--- Εἴς κόπε Τμώλω,

Δάφνῳ ἑλαίῳ εἰκὸς οἱ παλαιοὶ Λυδοὶ

Αἴγυος

Αλυον δίδυ.

Nempe ut sententia sit,

Apologon audi: predicatur à priscis

Lydis, oliyam deceritisse cum lauro

In monte Tmoli.

Hanc *αλυον* significationem etiam agnoscit Theo in progymnasmatibus. Sed ibidem addit, *αλυον* interdum etiam pro *αινιγματι* accipi. Quo abunde firmatur *αλυον* *αινιγματι* ante allatum. Imò neque *αινιγματι* nomen eodem semper accipitur modo. Nam *αινιγματι* *αινιγματι* *αινιγματι* Thebani insidias, & incurfus hostiles, *αινιγματι* vocant: quod occasionem præbuit fabulæ de Sphinge: ut refert Palæphatus *αινιγματι* libro; qui ex quinque ab eo scriptis solus superest. Etiam *αινιγματι* de numis *αινιγματι* dicitur: credo, quia typorum seu figurarum, quibus insigniri solent, ut plurimum difficilior est explicatio. Prudentius certè nempe imagine Augusti signatos intelligit, cum lib. *αινιγματι* *αινιγματι* hymno 11. ait:

Is ipse tantum ison habet

Argenteorum aignigmatum

Augustus arcem possidens,

Cui numus omnis scribitur.

Lubens quoque ijs adfentio, qui eodem in hymno scribendum putant:

En Caesar agnoscit suum

Αινιγμα numis inditum:

Quamvis in vulgatis pro *αινιγμα* sit *αινιγμα*.

Nec *αινιγμα* *αινιγμα* solum, sed alijs etiam nominibus appellant.

Quippe Helychius, Suidas, & Eustathius, auctores sunt, *αινιγμα* aliter vocitari *αινιγμα*: nempe à reti piscatorio, quod Græcis est *αινιγμα*, unde & *αινιγμα* dicuntur *αινιγμα*. Vocantur eadem quoque *αινιγμα*, si Alciator sequimur, qui ita apud Gellium legendum putat lib. 11. cap. 11. Parergon Iuris; ut & Cælius Rhodiginus lib. 22. cap. 11. & ante hos Crinitus lib. 11. cap. 11. *αινιγμα* autem rejiciunt,

quòd is sit enodis, unæ Ennius *; *αινιγμα* in *αινιγμα*, soliti quod dicere * apud Es-

nodum. Verùm ignorarunt, quod Cælius Calcagninus †, & Iose-

phus Scaliger ‡ monuerunt, translationem esse à *αινιγμα*; quæ *αινιγμα*,

sive *αινιγμα* vocatæ, quia è *αινιγμα*, h.e. juncis fiebant, unde & verbum

αινιγμα. i. alligare, itemque *αινιγμα*, *αινιγμα*, & *αινιγμα*; de quibus

Varronem vide lib. 11. de L. L. Adhæc ut Julius Pollux testatur, *αινιγμα*

dicta sunt *αινιγμα* †, eò quòd inter pocula proponen-

* apud Es-
nodum.
† lib. 3. E-
pist. quæst.
‡ continet.
in Varr.
‡ calcagnius
convenientes
quæstiones.

rentur. Conditio quæ tum ænigmatum fuerit, cognoscere est ex eodem Polluce. Is enim autor est, eum, qui solvisset, abstulisse carnis portionem; at illum, qui ignorasset, exhaurire coactam portionem muriam mixtam: idemque ex Antiphanis Ganymede (id comœdiæ nomen erat) ostendit Athenæus lib. x. Eustathius tamen in *Odyss.* lib. *xxi*. f. refert, illum, qui solvisset, pateram ebibisse: si solvere non posset, bibisse τὸν ἀμφικύπελλον, h. e. eum, qui proposuisset. Itaque existimo, nunc hanc, nunc illam conditionem fuisse; præsertim quando & Hesychius, Grammaticus doctissimus, in voce χίσιος, scribit, ei, qui non solvisset, hanc irrogari multam solere, ut ebiberet vel vinum meracum, vel aquæ καδύον, hoc est, scyphum.

† p. 1926.
odii. Rom.

† Apud A-
thensium
lib. 10.

Clearchus Solensis, Peripatericus, ænigma definit †, ἀπόβλημα τῆς σελῆς, προσκεκλῆναι τὰ δὲ ζήτησις ἐν αὐτῇ τῇ διατοίῃ τῶν ἀποβληθῶν, τῶν δὲ ἐπιζητησίων χῆμα ἐπιζητησίων: quæstionem ludicram, jubentem, ut per inquisitionem acie mentis inveniatur, quod propositum, ac honorarij aut multæ gratiæ addendum est. Quæ ex definitione patet, cur nihil in ænigmati vitiosius sit, quàm perspicuitas. Non tamen quævis oratio obscura ænigma est, cum sæpe obscuritas oriatur ex ordinis perturbatione; ut in synchysi sit, quam nemo inter ænigmata reponat. Quare dispiciendum, cujusmodi obscuritas ænigma constituat. Et sanè dubitandum non est, quin id imprimis præter metaphorarum continuatio, quæ fit, ut aliud dici videatur, quam dicitur. Itaque Fabio, Diomedii, Donato, Tryphoni Grammatico, Julio Scaligero, atque alijs, ænigma nihil est aliud, quàm allegoria obscurior: ut allegoria, & ænigma, juxta hos differant, tanquam genus, & species. Cicero tamen videri queat discrimen hoc neglexisse. Nam in epistolâ quadam ad

* epist. 20.
lib. 2.

† epist. 19.
lib. 2.

Atticum * scribit: *De republicâ breviter ad te scribam: jam enim charta ipsa ne nos prodat pertimesco. Itaque posthac, si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίας obscurabo.* Idem verò in ipsâ epistolâ †, se obscuraturum sermonem significans, *Cætera, inquit, erunt ἐν αἰνέσει:* eodemque modo antè locutus erat Euripides in *Rhetorica*, ut ostendit Muretus lib. *vii*. Var. cap. *xiv*. Verùm ficulno nitatur argumento, qui hinc effici putet, Ciceroni idem esse ænigma, & allegoriam. Nam cum is ἀλληγορίας nominat, haut quavis intelligit, sed αἰνέσει τῶν δεινῶν. Quàm multæ enim sunt parcemiæ, quæ & ipsæ allegoriæ sint, at ita in vulgus notæ, ut neutiquam tenebras offendant orationi? Et cerrè nunquam sensisse Tullium, idem esse allegoriam, atque ænigma; vel argumento est, quòd ipse, cum vim naturamque omnem allegoriarum exposuisset, subjecerit hæc †: *Est hoc μάγνημα*

† lib. 3. de
Oratore.

enigma enim orationis, in quo obscuritas fugienda est. Etenim ex hoc genere sunt ea, quae dicuntur aenigmata.

Porro, cum aenigma omne allegoriâ sive metaphoris pluribus constare dicimus: metaphorâ voce cum Aristotele latius utimur, ut alios quoque tropos comprehendat; & allegoriâ nomine comprehendimus metonymiâ ac synecdoches continuationem, quam ipsam sub allegoriâ contineri, supra diximus. Sanè in illo,

Αὐτὸς εἶδος ποτὶ χαλκὸν ἐπ' αἰθέρα κοίλαυτα τ:

per *αὐτὸς μεταυμῖνός*, vel *αὐτὸς ποτὶ χαλκὸν* potius, intelliguntur *æreæ cucurbitulæ*. Nam, ut è Cornelio Celso τ discimus, duplici cucurbitularum genere usi fuere veteres, *æreis & corneis*. Nec metaphorâ propriè, sed metonymiam ac synecdochen habes in illo Samsonis aenigmati, 11.

† *virum vi-*
di igne as
homini con-
glusiman. 2.
lib. 2. cap.

quod est Iudicum cap. x v: *De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo*. Quamquam, ut ingenuè, quod res est, dicam, si presè sumamus aenigmatis vocem, id quod Samson proposuerat, aenigma non erat, quia ignotum erat Philistæis, leonem à Samfone interemptum esse, aut mel exceptum esse è leonis cadavere: ut quorum neutrum ulli mortalium, atque adeò ne parentibus quidem suis, indicaret; ut cognoscere est è capitis ejusdem vers. 7. 16. & 17. Sed ne Philistæis quidem Christi resurrectio nota erat, quam Augustinus serm. cv 11. de Temp. hoc aenigmati signari docet. Verba ejus adponam: *De comedente exivit cibus, quid aliud significat, quam Christum a mortuis resurgentem? De edente usque, id est de morte, que cuncta devoravit atque consumit, exivit cibus ille qui dixit, Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Et mox: Ab eo plebs gentium vite dulcedinem conversa suscepit: ac sic de mortui leonis ore, id est, de Christi morte, apum, id est Christianorum, processit examen. Aenigmati autem propriè rem notam significari, indicat quoque Irenæus lib. 11. adversus hæreses cap. x: Omnis, inquit, questio non per aliud, quod queritur, habebit resolutionem; nec ambiguitas per aliam ambiguitatem solvetur apud eos, qui sensum habent; aut aenigma per aliud magis aenigma: sed ea, que sunt talia, ex manifestis, & consonantibus, & clavis accipiunt solutionem. Quare propriè aenigma esse videtur, oratio obscuritate allegoriæ rem notam significans.*

Porro quæcunque hætenus diximus, ea intelligi debent de aenigmati presè accepto. Nam, si generatim hæc voce utamur, ne id quidem verum erit, quod paulò antè à multis adfertum diximus, aenigma esse speciem allegoriæ latè acceptæ, h. e. quatenus ea trium primariorum troporum affectio est. Quippe id si est, aenigma omne

pluribus constabit tropis. Atqui petitur id sæpe ab historiâ, aut fabulâ; ut, cùm per aviam liberorum signatur Iocasta, mater & uxor Oedipi. Hinc Oedipus ipse apud Senecam in Thebaïde:

— *Sæua Thebarum lues*

*Quid simile posuit? quid tam inextricabile?
 Avi gener, patrisque rivalis sui,
 Frater suorum liberum, & fratrum parens:
 Vno avia partu liberos peperit viro,
 Ac sibi nepotes. Monstra quis tanta explicet?
 Ego ipse, victa spolia qui Sphingis tui,
 Hærebo, futi tardus interpretes tui.*

Par ratio istius, *avus liberorum*: quo signatur Thyestes, qui Ægisthum genuit ex Pelopeiâ filiâ: unde & de se apud eundem poetam initio Agamemnonis ait:

*Avo parentem, (pro nefas!) patri virum,
 Natus nepotes miscui.*

Nec propriè est tropus, cùm ænigma petitur ab homonymia: ut in vulgato isthoc apud Suidam * : *Α'νὴρ τῆ κ' ἐκ ἀνδρ, ὄρνιθα κ' ἐκ ὄρνιθα δ' ὄρνιθων, ὅτι ἔχου κ' ἔχου καὶ ἀνδρῶν, ἄλλα τὲ κ' ἔ' λιθα βαλῶν δ' ἰώλεσον. Vir non vir, avem nec avem tamen, in arbore non arbore sedentem, lapide non lapide feriens interemit.* hoc est, eunuchus, vel, si malis, hermaphroditus, vesperilionem super ferula aut sambuco sedentem pumice percussus interfecit. Neque tropus est ullus in Virgiliano isthoc grîpho † :

*Dic quibus in terris, (& eris mihi magnus Apollo)
 Tres pateat celi spatium non amplius ulnas.*

Posterior versus, qui ænigmaticus est, proprijs rem vocibus signat; modò capiamus vel de Cælij Mantuani sepulchro, vel de puteo profundo: quorum utrumque est apud Servium, & Philargyrium. Nam si clypeum Achillis intelligamus, in quo cælum Vulcanus effinxerat, ut Homerus * canit: erit metonymia signi. Sin Alciatum ‡ audimus, qui furnum designari putat: *μὲ τὰ πορτὴ* fuerit, quia cælum intelligi debebit de cælo clibanus five furni; quod Græci *ἄεθρίσκον*, Aristoteles etiam *ἄεθρον* simpliciter vocat. Sed ea, quæ Cornificius, & Asconius, ex Marone ipso audiere, ut apud Philargyrium, & Servium legere est, faciunt, ut non dubitè, quin poetâ Mantuanæ Cælium signârit, qui *consumtis* † omnibus nihil sibi reliquit, nisi locum trium ulnarum ad sepulturam. Absque illo esset, alteram de puteo enodationem approbarem ob ea, quæ Brodæus adfert Miscell. lib. VII, cap. I. Neque tropus est in ænigmate, quod † Homero

* Il. σ. vers.

484.

† l. 1. Πα-
 ρίγγ. Iurii
 cap. 18.

‡ Philarg.
 & Serv.

* Herodot.

& Plutar.
 merque in
 vita Home-
 ric. Vide &

Io. Tzetze
 in fine libri,

qui Alpha
 inscribitur.

meto à nautis in litore lenis propositum, nec ab eo solvi quitum, fabulantur:

Ὅσα ἔλομεν λιπόμεθα, ὅσα δ' ἔχ' ἔλομεν περιόμεθα.

Non t̄ capta adferimus, cunctis qua capta relictis.

† interprete
Xylandro.

Quamquam ilij aliter id extulere; quemadmodum neque unius generis solutio affertur.

Supereft, ut adferamus cauffam adæquatam obfcuritatis ejus, quæ cuivis inest ænigmati, five id quidem allegoricum fit, five non fit. Ea verò est, connexio illorum, quæ impossibilia videntur. Sanè

Averroï t̄ quoque definitur ænigma, oratio comprehendens sententias, quarum connexio impossibilis videtur, eoquè difficulter redigitur ad certum aliquem sensum naturæ consentaneum. Quin hæc in parte præit magister, qui lib. de poëtica hunc in modum scribit:

† Para-
phrasi lib.
de poet.

Ἄλλ' ἂν τις ἀπὸ πάντων τῶν τριαῶντα πέντε, ἢ ἀίνγμα ἴσται. ἢ βαρβαρισμὸς. Ἄν μὲν οὖν ἐκ μεταφορῶν, ἀίνγμα: ἐὰν δὲ ἐκ γλωττῶν, ἢ βαρβαρισμὸς ἀίνγμα!

Id idèa autem hæc, τὸ λέγοντα τὰ ἀόρατα, ἀδύατα σωίλας. At si quis simul omnia hujusmodi fecerit, vel ænigma erit, vel barbarismus. Si igitur è translationibus, ænigma; sin è linguis, & barbarismus. Ænigmatis enim forma hæc est, dicentem qua insunt, impossibilia copulare. Nec obstat, quòd Aristoteles hoc loco è metaphoris five tropis ænigma contèxi dicat. Neque enim, quod interpretes existimarunt, metaphorarum continuationem ænigmatis formam essentialè facit; sed τὰ ἀδύατα

σωίλας t̄: metaphorarum autem meminit, quia hæc imprimis efficiunt, ut connexio videatur impossibilis.

† connectere
impossibilia.

Et hæc de ænigmati naturà: cujus inquisitio quia fortasse tetrica videtur ingenijs istis, quæ crassè philosophari aut rhetoricari amant: age, hanc ijs molestiam amœno juxta atque erudito ænigmatè abstergeamus. Istiusmodi verò est Aufonij istud epist. 1 v. ad Theonem:

Aut adsit interpret tuus,
Ænigmatum qui cognitor
Fuit meorum, cum tibi
Cadmī nigellæ filius,
Melonis albam paginam,
Notasque furvæ sepia,
Cnidiosque nodos prodidit.

† in vocibus
Alcedo,
Alumero,
atque Me-
lo.
† in 4. Ge-
org. c. 4.
En.

i. Literas, quas Cadmus intulit Græciæ, papyrum Niloticam, (nam Nilus olim Melo, teste Festo t̄, ac Servio †) atramentum, quod Afri * non è fuligine, uti alij, sed è sepia succo conficiebant, & calamos scriptorios, è quibus Cnidij cæteris præstabant. Hanc quidem

* veteres
Gloss. in
Pers. sat. 3.

eodem Aufonij mentem fuisse, indicat ipse epist. VII, quâ Theoniscum scribit :

*Fac campum replicas Musa papyrium,
Nec jam fessipedis per calami vias
Grasseur Cnidie sulcus arandinis
Pingens aridula subdit a pagina
Cadmi filioli aricoloribus,
Aut cunctis pariter versibus obliat
Fulvâ lecticolor spongia sepiam.*

Sed in ænigmate ipso, ubi vulgò est, *Melonis albam paginam*, planè legendum puto, *Melonis albam filiam*: prout se in MSO codice invenisse refert Mariangelus Accursius. Nam *paginam* vocare *paginam* non est ænigmaticè loquentis. Et elegantior omnino futura est *arridens* inter nigellas Cadmi filias, & albulam filiam Melonis. Alioqui etiam non tam è tropo fuerit hîc obscuritas, quàm ex obsoleto vocabulo. Priscis enim Nilus, ut dixi, vocabatur *Melo*: nempe, ut puto, à *μέλας* †, non quasi Ægyptij Græcè sint locutis: sed quia Græci sic nomè Ægyptiû reddiderunt. Sanè Jeremiè cap. undec. v. 18. Nilus vocatur *schichor*, nempe à nigris, hoc est, turbidis aquis. Origo enim à *schachar*, .i. nigrescere, ex quo *schahor* .i. niger, & Latinum, sed obsoletum *scurus*, à quo, & præverbio *ob*, *obscurus*. Græci igitur, quia Ægyptijs Nilus dictus *schihor*, hoc est, niger, suâ etiam linguâ vocarunt Melonem, à *μέλας*, hoc est, niger. Haut aliter ac mare *Suph*, seu sinum Arabicum, suâ linguâ dixere *θάλασσαν ἐρυθρίαν*, hoc est, mare rubrum, quia ab accolis Idumæis seu Edomæis vocaretur Edomæum: quod sonat *ἐρυθραίων* †. Nam Esau pater Edomæorum, ut è Scripturis notum, aliter dictus *Edom*, hoc est *Ερυθρός*, sive rufus. Esau igitur nobis est ille rex Erythra sive Erythrus, unde nomen mari esse impositum, gentiles tradidere: ut videmus è Strabone in XVI, Curtio in VIII, Plinio lib. VI, cap. XXI, Arriano in Indicis, & Philostrato in Apollonij vita lib. I I, cap. XV. Sed de isto fatis.

Scitum quoque ænigma illud apud Diomedem *: *Vidi carnem humanam in campo ligneo ossibus ludentem, ubi erat mare concretum*. Significatur eo tesserarius lusor in alveolum cubos sive tesseras jaciens, adstante proxime salino. Quo ex ænigmate rectè probat Calcagninus †, tesseras antiquitus osteas fuisse, vel eburnas.

Quod si plura voles ænigmatum exempla, adi Athenæum lib. X. *Δειπνοσοφ.* Aliquot etiam epigrammata *αἰσώδη* habes in extremo *Αἰσώδη* *λογίας* opere *: sed primum, quartum, & quintum, legi debent, uti ea in

† niger.

† rubrum.

* lib. 2. comp.
de allegoria.
† in epistolis
cis quas.
lib. I. epist.
10. sic libro
de tesserariorum
ludo.

† p. 535. &
536. edit.
H. Steph.

ca in Phædri auctario †, in quo Symposius additur Josephus Scaliger expressit. E Latinis ad Cœlij Symposij ænigmata, etiam Aldhelmo Scoto laudata in ænigmatum suorum præfatione: quemadmodum ex Sigeberti catalogo cognoscimus. E junioribus, qui ænigmatum reliquerint libellos, præcipua laus est Cæsaris Scaligeri, & Hadriani Junij.

Apud poëtas quoque, ac imprimis epigrammatum conditores, non pauca legas, quæ si absque lemmate proponantur, habeant obscuritatem conjectatione dignam; eoquæ inter ænigmata possint referri. Hujusmodi est illud, sive Agathiæ Scholastici, ut est apud Sophoclis scholiastem *, sive, ut ego censeo, alicujus Aufonio antiquioris, ac proinde qui sequisseculo toto Agathiam præcefferit:

Ο τῦμβος ἐστὶν ἔνδον ἐκ ἐχεν νεκρῶν.

Ο νεκρὸς ἔστος αὐτὸς ἐκ ἐχεν τὰ φῶρ.

Αὐτὸς αὐτὸς νεκρὸς ἐστὶ καὶ τὰ φῶρ.

Quod Latine eodem plane metro apud Aufonium † legas:

Habet sepulchrum non id intus mortuum:

Habet nec ipse mortuus bustum super:

Sibi sed est ipse hic sepulchrum, & mortuus.

At non paulò venustius Cæsar Scaliger expressit; licet versus acatalecticos catalecticis mutarit:

Illud sepulchrum non habet cadaver:

Illud cadaver non habet sepulchrum:

Sed est sibi cadaver, & sepulchrum.

Et si verò Cicero in III. de Oratore monet, oratoribus fugienda esse ænigmata: Fabius tamen in octavo * sui operis docet, eos nonnunquam his uti: ac pro exemplo adducit ænigma Cœlij. Ita enim legi debere, monuit P. Victorius, non prout ab Aldo, aliisque, editum est, *Cecily*; qui poëta Comicus, non Orator fuit. Nam Cæcilius, Rhetor Siculus, cujus meminere Halicarnassensis, Fabius, & Longinus, intelligi nequit, cum hic Cicerone posterior fuerit; utpote Dionysij Halicarnassensis æqualis, & amicus. Contra apud Fabium lib. IX. cap. III. *Cœlij* nomen pro *Cecily* irrepsisse, observavit disertissimus Muretus in Varijs suis *. Est verò id Cœlij ænigma, de quo dicebamus: *Quadrantaria Clytemnestra*: quo videtur intellexisse Clodiam, P. Clodij sororem, quam Catullus Lesbiam vocat, ut Appuleius † scripsit, atque hoc Catulli ad ipsum Cœlium confirmat: *Cœli Lesbiam nostram, Lesbiam illam* &c. Cur verò eam Cœlius *quadrantariam*, cur item *Clytemnestram* appellarit, doctè & eleganter

* lib. 19.

cap. 2.

† in Apologia.

declarat idem Victorius in appendice castigatōnū Ciceronianarum super 11. epist. libri ad Metellum; ex parte etiam Nicolaus Loënsis lib. 1x. Epiphylidum cap. xxi. Ibidem quoque, & quidem, ut puto, ejusdem Cœlij, deq; eadem Clodiâ, ænigma hoc à Fabio adducitur: *In triclinio coa, in cubiculo nola.* Illud, *in triclinio coa*, inruit bibaceum, & coam (mensuræ id genus) uno spiritu exsiccantem. Ita Cœlius Rhodiginus lib. xxix. cap. 1. *In cubiculo nola*, significat in cubiculo, ubi silentij usus, garrulam ac sonorant inſtar tintinnabuli. Idem Rhodiginus lib. xix. cap. xi. Sed jure hæc Cœliana griphi interpretatio doctis improbat: quemadmodum & illa, quam Lilius Gyraldus affert libello de ænigmatiſ. Meliùs ejus mentem perpexit Robertellius libro de nominibus veterum Romanorū, & Brodæus lib. 111. Miscell. cap. xxiv. At examuſſim optimè ſcirpum exſolvunt Andr. Alciatus lib. 11. *Παρίτη*. cap. xii, & Janus Duza epigr. xi. lib. 1v. Salinarum. Qui rectè viderunt, alludi ad *nolendi*, & *co-*
enundi voces: ut *nola* ſit, quæ *συνεσταζεν* nolit; *coa*, quæ non abnuat
ſic commen-
coire.

* in Pho-
ciciſ.
* Euſebiuſ,
Zozimus,
Sozomenus,
Sacra-
tes lib. 1.
cap. 16.
* lib. 1.
† Scholiaſta
Pindavi, ac
Sophocleſ.
Serviuſ in
6. *Æn. Sy-*
neſiuſ lib. de
ſomniſ, E-
lius Creen-
ſic commen-
variou o-
rat. 1. qua
eſt adverſus
Julianum
Apertiâ.
* obliqua, &
in utramque
propoſita
quæſtionis
partem in-
clinantia.
* in Auru-
mare.
† act. 2.
verſ. 214.
* Herodotus
in Polyby-
mnia, Ari-
ſtot. 1. Rhee.
Corn. Nepoſ
in Them-
ſtoche, 214.
annuſ lib. 1.
Strateg.
Maximus
Tyrius orat.
3.

Etiam referre huc poſſis oracula; uti illa petita Delphis, ubi Pausanias * ait primò terram dediffe reſponſum, hinc Themidem, tandem Phœbum; quem Conſtantinus Magnus ex adyto ſuo ex-
traxit, tripodem Conſtantinopolin lato *; ubi eum ſuo ævo fuiſſe,
ſcribit Prifcianuſ †. Sanè Apertæ dictio, ſive oracula è tripode
edita, haut fuere aperta; ſed intricata, & flexiloqua. ac planè
ænigmatica: unde Apollinem dixerunt *λοξία* †, quaſi *λοξόν*. i. obli-
quum, ac diſtortum, non quaſi *λοξία*. i. eloquentem. Iccirco & Lu-
cianuſ in Iunoniſ ac Latonæ dialogo, Apolliniſ oracula vocat *λοξία* †,
ὅτι ἀπαμορτωταί ζονται πρὸς ἐκάστην τῶν ἐρωτημάτων. Pacuviuſ quoque apud No-
nium * ait:

Flexa, non falſa, autumare dictio Delphiſ ſolet.

Et Creò apud Senecam in Oedipo †:

Ambage nexâ Delphico moſ eſt Deo

Arcana tegere.

Exemplorū abunde eſt; ut inter alia, cum Athenienſeſ bello
Perſico reſponſum accepere de muris ligneiſ †, h. e. navibuſ: aut
cùm ijdem, exercitum miſſari in Siciliam, juſſi ſunt adhibere ſacer-
dotem arceſſitam Erythriſ, nomine *Ἡρωχίαν*: quo cùm ſignificetur
quies, monebantur Athenienſeſ, ut quæſcerent. Item cùm Philip-
pupuſ Magnus, Alexandri Magni pareniſ, juſſuſ eſt pugna: e argenteiſ
lanceiſ, h. e. pecuniâ animoſ corrumpere. Par ratio, cùm Crœſuſ
accepit

accepti responsum, tum sibi ac regno exitum imminere, eum mulus in Persia rerum potiretur, h. e. Cyrus, qui ita ab oraculo est appellatus, quòd quemadmodum mulus nascitur patre ignobiliori asino, matre generosiori equa, contrà quàm in hino fit *: ita Cyrus prognatus sit Cambyse, Persa obscuri generis (ut ait Iustinus) filio Achæmenis, à quo Persæ postea vocati Achæmenidæ, & Mandane, Astyagis Medorum regis filiâ. Vide de hisce oraculis, & alijs id genus, itidem flexiloquis, Herodotum lib. I. item tertio, ac sexto, Ciceronem in II. de Divinatione, Appuleium in IV. de asino, Macrobius lib. I. in Somnium Scipionis, Augustinum lib. III. de Civit. Dei cap. XVII, & Basilium, Isauriæ Episcopum, initio libri de miraculis Theclæ. Adi & oracula εἰμύστες à doctissimo Obsopœo collecta, & quos ille auctores allegat in notis, Atq; ex hacce oraculorum naturâ elucet Maronis prudentia, qui oracula Sibyllæ describens, orationem ei tribuit, quæ tota penè metaphoris constet. Siquidem ait :

*Non Simois t. oi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Desuerint: alius Latio jam partus Achilles,
Natus & ipse Deâ. Et aliquantò pòst:
Causa mali tanti conjunx iterum hospita Teucris,
Externique iterum thalami.*

Ob eam oraculorum obscuritatem non immeritò de ijs olim quoque ex eventibus judicandum statuebant. Heliodorus lib. II. Æthiop. sub finem: ἤγνωμι δὲ ἃ ὄνειροι τὰ πολλὰ τοῖς τέλεισι γίνονται. Oracula enim, & semina, ut plurimum ex eventibus judicantur. Et hæc de ænigmatis.

VI. DE PROVERBIO.

SUPEREST παροίμα, quæ ita dicta existimatur ἡμῶν τὸ ὄνειρον. i. à viâ, quòd passim per ora hominum feratur. Latinis dicitur *adagium*, nec non *adagio*, quo utitur Aufonius præfatione monosyllaborum in fine versus collocatorum, itemque Donatus in Eunuch. Sc. *Magnas verò*. Symmacho quoque id nomen restituit Carrio lib. I. Emendat. cap. XII. Imò ante hos omnes eadem de voce ita Varro lib. VI. de L. L. *Apud Valerium Soranum, Vetus adagio est, & P. Scipio. Quod verbum usque eo evanuit, ut Græcum παροίμα pro eo positum magis sit apertum* Originem vocis paullo pòst idem adtexit: *Abagio, inquit, & literâ commutatâ adagio, dicta ab eo, quòd ambit orationem, neque in aliquâ unâ re consistit solâ.* Itaque ex Varronis senten-

tiâ *adagium* dicitur quasi circummagium. Sed Julius Scaliger potius ex eo nomen habere autumat, quòd à primâ & propriâ significatio-
ne agatur ad aliud indicandum; similiterque *παροιμία* ex eo aut no-
men consecutam, quòd præter primum verbum & sensum, alte-
rum notet verbum & sensum, à *ἄλλῃ* & *εἰμῶν*, quæ vox inter alia etiam *ἀ-
γορῆ* significat, teste Hesychio. *Proverbum* item dici vult, quòd ver-
bum accedat verbo. i. sententia sententiæ.

Neque minor dissensio est de verâ *παροιμία* definitione. Ac Do-
nati quidem, & Diomedis definitiones mitto: in quibus ridiculè fan-
nè parcemia per proverbium definitur, cum parcemiam haut aliud,
quam proverbium esse, constet. Nec meliores multò, quas Græci
adferunt, ut probat Scaliger. Insubida quoque definitio, tum Anto-
nij Lulli *, tum Ludovici Carbonis †, quibus parcemia definitur, gene-
ralis sententia verbis non proprijs cum ironiâ prolata. Quis enim
non vider, proverbium absque ironiâ esse posse? Sanior longè illa
Erasmi, *celebre dictum scitâ quapiam novitate insigne*. Nam latè utitur
parcemiæ voce, ut complectatur quoque *γνώμης* celebres: cujuscmodi
sunt, Similis gaudet simili; Odi puerulos præcoci sapientiâ; Bonæ
leges ex malis moribus ortæ sunt; Non sunt amici, amici qui de-
gunt procul; Nequicquam sapit, qui sibi non sapit; Conscientia
mille testes; Quot homines, tot sententiæ; Non omnia possumus
omnes; pluraque id genus, *ἅπα κβύς* †, ut omnes sciunt, qui Chiliadas
summi ejus viri inspexerint.

Istiusmodi autem *γνώμης* proverbij nomine rectè comprehendi,
argumto est, quod à veteribus quoque hoc nomine appellantur.
Agathon in convivio Platonis: ὁ δὲ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὅτι ὁμοίως
ὁμοίω ἀπὸ παλῶν. i. scitè veteri proverbio fertur, simile semper habere simili.
Plautus Mercatore ‡:

Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus:
Aliquid mali esse propter vicinum malum.

Terent. Adelphi. *

— Nam verus verbum hoc quidem est:
Communia esse amicorum inter se omnia.

Cicero lib. i. de off. *Pt in Græcorum proverbio est, Amicorum esse
omnia communia*. Idem dialogo de amicitia: *Scitum est enim illud
proverbium Catonis, Aliud melius de quibusdam acerbos inimicos mere-
ri, quam eos amicos, qui dulces videntur*. Atque ex his abunde cogno-
scere est, falli cum alijs, tum Lud. Carbonem, qui facetè scribit,
hujuscemodi non esse proverbialia, sed sententias proverbialia.

Ex iijf.

* lib. 4. de
Oratione
cap. 11.
† lib. 1. de
Elocuti. o-
rar. cap. 15.

‡ quasi
pulsus.

‡ act. 4. sc.
Agite, ite
actum.

‡ act. 5. sc.
3.

Ex iisdem apparet, non omnem parcemiam esse allegoricam: quod si est, injuriâ, quam afferebamus, viri magni definitionem perstringit vir magnus. Quomodo nec eidem assentire possumus, cum reprehendit, quod Desiderius in Colloquijs suis falsamentarium, & lanium, de rebus Theologicis differentes induxerit. Nam, ut Euripides non neglexit decorum, cum Melanippen induxit de naturâ disputantem, quandoquidem, ut scribit Dionysius Halicarnassensis *, à Neptuno erudita fuit: ita neque Erasmus τὸ ἀγέρας * cὲ τὴν τῶν τριτάτου-
 † τριτάτου-
 † ἰσχυρὰ
 † ἀβίαν.
 † decorum.
 † lib. 6. de
 re Poëtica
 cap. 7.

Et si verò in eo cum Erasmo faciam, quod proverbium existimem proprio etiam sermone constare posse: in eo tamen neutiquam ejus sententiâ accedo, quòd multa adagijs inferat, quæ solum sunt γὰρ μαρ: ut Plantinum hoc †, *Nihil homini amico opportuno amicus*. Imò & multa, quæ nihil aliud sunt, quàm elegantiores loquendi formæ. E. G. bonis avibus, rude donare, ad amissim, nive candidior, abjicere hastam, ab incurabulis, actum agere, flocci non facio, frigidior salamandrâ, aliæque id genus.

Quid quòd obsoletæ etiam voces ei adagionem faciunt? Nam inter parcemias reponit *numero dicere*, pro nimis citò; à quo *Dea Numeria*, & *numerius partus*. Illustrem de cæpse Varronis locum apud Nonium vide in *Numerum*.

Erasmi hæc in parte errorem sequuntur alij multi: qui & ipsi quasvis scitas elocutionum formas proverbij accidunt. Itaque Hadriano Junio quoque adagia sunt, *fucus, cuculus, somni plenus*, de *si-pidis*; *Asiatici mores*, pro mollibus; *Græca fides*, pro dubiâ; *eodem laborare morbo*, pro vitio; *senis ira*, pro languidâ; item *incurvicervicus, Sisyphus, bilem vomere, morderi corde* &c.

Sed neque, *Nihil ad Persum*, quod idem inter adagiones recensuit, mihi parcemia esse videtur; quamvis ἀπορρησθῆς usurpari posse, haut planè inficiet. Magna verò est ἀνεπιτοία † Iohannis Fungeri Leovardienfis; qui in novâ proverbiorum farragine intelligit nobilem illam satiricam à Quintiliano commendatam, & disticho isthoc Martialis †;

*Sæpius in libro memoratur Persus uno,
 Quàm levis in totâ Marsus Amazonide.*

d d 3

Nam

† in historia
 aberratio.

† lib. 4. ep.
 29.

Nam hic quidem sub Nerone claruit : at alter vixit tempore C. Lucillij ; cuius illud, *Persum non curo legere, Lulum Decimum volo.* Illustrem hæc de re Ciceronis locum vide in secundo de Oratore. Illi enim prænomen Aulo, huic Caio, quomodo à Cicerone vocatur; vel Manio, quod ei pronomen in veteribus Plinij codd. tribui, auctor est Hermolaus Barbarus initio secundarum annotationum in Plinium.

Notæ, quæ proverbialia sæpius signari solent, sunt, *φάσι*, ut aiunt, quod dicitur, hoc est quod dicunt, & similia: de quibus præter paræmiographos vide, si tanti illud putes, Petrum Victorium Variarum Lect. lib. xxxiii. cap. ix.

Mirandum verò eos, qui tam multa inter proverbialia referunt, quæ nihil minus sunt quàm proverbialia, hos tam multa præterire, quæ vera sint proverbialia. De ijs tamen ignosci debet, quæ corruptè legi soleant apud auctores : ut inter alia hoc Pomponij, veteris poetæ :

* *Ita rectè*
apud Non-
nium in
Veptes e-
mendavit
Guilielmus
Veristimi-
lium. lib. 1.
cap. 13.

*Vipera * est in vepreculâ*: de eo, qui possit desubito adferre damnum. Item : *Sabini, quod volunt, somniant* : & , *Anus, quod vult, somniat* : quæ adagiones exponuntur à Festo viri illustri castigationibus illustriore reddito. Item : *Stagna ac sales emere.* Aristot. lib. ii. Rhet. vulgò dicitur, *stagna ac sales emere*. Facile autem subscripserim Antonio Majoragio, qui paræmiam de ijs dici putat, qui, ut boni aliquid nanciscantur, necesse habent quippiam mali subire: ut qui salinas emere non possunt, nisi cum stagnis adjunctis. Itaque contrarium huic

† *Capit. ad.*
† *scilicet Iupiter*
supreme: &
Invocatio
scilicet Minus
quindecim
diebus sunt.

fuerit illud Plautinum †, *Sine sacris hæreditas*. Eo adagio, teste Festo, significatur hæreditas, quæ alicui obigit sine incommodâ appendice: quo, ut Rævardus quoque monuit in opere posthumo, intelligitur necessaria sacrorum cura, quandoquidem filiusfamilias, ut pecuniæ, ita sacrorum hæres dicebatur, quod huic sacra domestica diligentissimè essent administranda. Nec tamen ignoro in eo, quem modò adducebamus, Aristotelis loco, veterem interpretem pro *ἐλθ* legisse *ἐλαίον* † : quæ lectio si proba est, rejectâ interpretis Græci declaratione, non malè cum Petro Victorio exponas de ijs, qui desipiunt; ut quos oleo & sale inungi solitos, conflet ex Aristophanis scholiaste in Nub. Sed & quàm plurima adagia, nostris *καρτομωγὰς φαις* intacta, suppeditant nobis Isaaci Casauboni in philologum Naucraticam animadversiones, quibus nihil hic Sol eo in genere videt eruditus.

† *oleum.*

Atque ex ijs quidem, quæ hæctenus diximus, ex parte est cognoscere

secere parcemix naturam : ut autem penitus ea nobis perspecta sit, distinctione opus est. Nam Erasmus latè utitur parcemix voce : ut cui parcemia sit, in quocunque hæc duæ conditiones concurrunt; ut celebre sit, & ut scitâ novitate sit insigne. Non tamen adeo ampla hæc definitio est, ut cuivis conveniat sententiæ, quod Cæsar Scaliger † scripsit, ac post eum Lud. Carbo *. Nam sententiæ quoque † lib. 3. de re poet. cap. 84. sunt; quæ celebres non sunt; cùm ubi primò conduntur, sententiæ quidem nomen obtineant, celebres autem dici non possint; imò sæpe etiam celebres nunquam fiant. † lib. 1. de elocut. orat. cap. 15.

Nicolao Zegero, viro apprime erudito, ea tantùm sunt proverbialia, quæ hæc tria complectuntur; ut apud complures sint celebrata jactataque, ut scito quopiam figuræ alicujus involucro, aut certè erudito aliquo Laconismo secernantur à sermone communi, ac denique ut salutarem aliquam contineant sententiam.

Iulius verò Scaliger parcemiam censet esse orationem vulgatam allegoricam, sive alludentem: atque hanc ejus definitionem Hadrianus quoque Junius sequitur in doctissimo suo onomastico. Quamquam in Junio quidem hoc mirandum, cùm disertim scribat, parcemiam esse orationem vulgò in usu habitam, allegoricè aliquid inveniunt, eundem tamen tam multa inter parcemias suis in centurijs referre, in quibus nulla sit allegoria, ut antè vidimus.

Differt autem hæc Scaligeri sententia ab illà Erasmi, quòd huic parcemia proprijs quoque verbis constare possit, Scaligero non possit. At cum Zegero partim convenit, partim disconvenit. Convenit eo, quòd uterque parcemias in arctiores concludat copias, quàm Erasmus: disconvenit, quòd Zegero omnis parcemia sit *γνώμη*, at quædam solùm allegoricæ: Scaligero contra omnis parcemia sit allegorica, at quædam solùm *γνώμεις* sint tales; illæ puta duntaxat, quæ simul alludent. Sed Zegeri quidem sententiam planè repudiamus. Nam innumera veteres proverbialia appellant, quæ non sunt *γνώμεις*: ut inter alia isthoc à *παροιμιογενεσις* nostris prateritum; *Ve videtis*: quod à Brenno, Gallorum rege, in proverbium venisse, disertim scribit Festus. Utitur eo Plautus Pseudolo *. Nec *γνώμη* est, cùm idem in Cistellaria † ait:

--- Inter novam rem verbum usurpabo veteris.

Quod dedi datum non vellem: quod relicuum non dabo.

Sive potius, *quod relicuum, non dabo*, ne claudicet versus, qui est trochaicus catalecticus. Atque ex eodem exemplo etiam videmus, proverbialia proprijs posse verbis constare, ut superius dicebamus.

Quare

* *act. 5. sc. ultimâ.*
† *act. 2. sc. 1.*

Quare dicitur super sunt sententiæ; una Erasmi, qui latè voce hæc usus, idque veterum exemplo, ut antè vidimus; altera Scaligeri, qui strictè hoc nomen usurpat, sed magis propriè, quàm Erasmus; ut ostendit ἐπιμοιολογία parcemiæ, proverbij, & adagij, quam ex eodem Scaligero supra ponebamus.

† in Iohann.
cap. 16.

Theophylactus † παροιμία definitur λόγος ἄλλοτριος, ἢ ἐπιμοιουμένης, ἢ τὸ ἐπὶ παραβολαῖς ὑποκειμένον τι δεικνύων. i. oratio oblique, & occultè, atque omnino collatione quadam aliquid, quod proposuerat, ostendens. Sed Theophylactus per παροιμίαν generatim intelligit allegoriam; idque cum Iohanne Euangelistâ; cui tum παροιμία, tum παραβολή, non quidem idem, quod Rhetoribus, significat; sed sermonem quemlibet obscuriorem, & à communi loquendi modo discedentem. Iohannes Euangel. cap. x. membra 6: Ταύτην τὴν παροιμίαν ἔειπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς: transtulit vulgatus interpres: Hoc proverbium dixit eis Iesus. Clarius alij, qui similitudinem vertunt. Cap. xvi. vers. 25, Ταῦτα ἐν παροιμίαις λαλάσκα ὑμῖν· εἰ δὲ ἔρχεται ἄρα, ὅτε ἐκ ἐπι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν. Hac in proverbij, sive per similitudines, locutus sum vobis; jam veniet tempus, cum non loquar vobis per similitudines. Et vers. 29: Νῦν παρρησια λαλεῖς, ἢ παροιμίαν ἐδεδίμας λέγεις. Nunc aperte loqueris, nec similitudinem illam dicis. Salomonis quoque librum, quem Hebræi *Miseble* vocant, Græci interpretes inscribere παροιμίας, quo intelligi oportet sententias ac similitudines. Eas Euangelistæ omnes, præter Iohannem, παραβολαῖς appellant; idque penè quadragesimalis locis. Plurimas enim παραβολαῖς adfert Christus in Euangelio, quod tum vulgò etiam in familiaribus colloquijs essent usitatæ; imprimis verdè Patristinis, ut monuit Hieronymus*. Talis inter alias est illa de vulnerato à latronibus, & à Levitâ quidem neglecto, à Samaritano verdè curato; à quâ & lib. i. Codicis† *Parabolanos* putat Turnebus † medicos Alexandriæ dictos; præsertim cum Honorij & Theodosij constitutione sexcenti parabolani curandis debiliū corporibus deputentur, quasi illius Samaritani æmuli. Verùm hanc, scio, opinionem haut defendet quisquam telo Achaico. Mihi quidem altera sententia, quam ibidem Turnebus subdit, quamquam nec ipsa planè satisfacit, magis tamen semper affrisit: ut nempe ita dicantur circitores sive medici, quia summis se periculis exponunt, imprimis in nosocomijs; unde fit ut, grassante peste, eadem sæpe ipsi tollantur. Certè παραβολος Græci vocant hominem præcipitis ac projectæ audaciæ: unde & hoc nominis inditum ijs, quos Græci aliter vocant θηρομάχος, Latini *bestiarios*, ac *bestijs addictos*, vel *ad bestias datos*,

aut

* in Math.
cap. 18.
† l. 4. 2. &
43. Cod.
Theod. de
episc. &
cler. & ex-
indol. 18.
Cod. Iustin.
Tit. codem.
† lib. 13.
Advers.
cap. 23.

aut *damnatos*, vel (ut Tertullianus durius † appellat) ad *bestias pronuntiatos*, Firmicus *, & Iurifconfulti *arenarios*; nempe ab arenâ, quâ cavea amphitheatri spargebatur, ne sanguine redderetur lubrica. Maximè autem adlubescit opinio Brodæi, qui *parabolanos* dictos putat, non quidem medicos; sed homines plebeios, ac paupertinæ fortis, qui nosocomijs, & xenodochijs, operam suam locarent.

Hæc de proverbiorum naturâ ed pluribus sumus profecuti, quia oratoribus sit maximus proverbiorum usus. Nec caussa ejus rei obscura est; cum illa, magnâ ex parte, nihil aliud sint, quàm veterum sapientum dicta; ut non modò ijs ad ornandum uti liceat oratori; sed etiam, quò inde pondus accedat orationi. Quod ipsam Aristoteles tradidit: ex quo Synesius † refert, ὅτι παλαιὰς εἰσι φιλοσοφίας, ἢ τῆς μεγίστης ἀνδρώπων φρονήσεως καταλείμετα σεσωθέρτα διασωτομίας, ἢ δεξιότητα, esse ea veteris philosophia, inter maximas horum ruinis intercedentis, reliquias quasdam, ob brevitatem ac dexteritatem conservatas. Subjungit deinde Synesius: Παροιμία δὲ ἢ τῆτος, ἢ λόγου ἔχει ἀξίωμα τὸ ὀνηκατέωρον φιλοσοφίας τῶν ἀρχαίων τα, ὡς βέβαιον ἐπιπέτιον αὐτῆ. Πάμπλου δὲ οἱ παλαιὰς ἀλθδειαυ δεσχεώτεροι. Proverbium igitur hoc est, ὅς sententia dignitatem habens, ac antiquitatem è philosophia depromptam. Unde bubulum, hoc est, gravem planè obtutum habet. Priscis enim temporibus multò erant in veritate indagandâ solertiores. Et sanè ea res in causa est, cur jam olim tot præstantissimi viri in explanandis adagijs operam posuerint: qualis è Latinis Appuleius Madaurenis, cujus secundum de proverbij librum Charisius * citat: è Græcis autem ipse Aristoteles †, & discipuli ejus Theophrastus, ac Clearchus Solensis †; item Chrysippus, Cleanthes, Aristarchus, & multi alij, quos Zenobius, Diogenianus, & cæteri laudant parœmiographi.

CAP. XII.

DE CATACHRESI, HYBERBOLE,

ET EMPHASI.

CATACHRESIS est tropi duricietis oriens ex voce, qua in alienum locum quasi vi devenit.

Hyperbole est, cum oratio in re augendâ, aut imminuendâ, fidei limites excedit.

Emphasis est vis vocabuli modificati representantis rem excellenti modo.

I. VTRVM VT HYPERBOLE ET EMPHASIS, ITI-
DEM CATACHRESIS OMNIS SIT IN
N I M I O.

SVPERVNT tres affectiones troporum, quas eo convenire qui-
dam autumant, quòd omnibus significetur (ut cum illis loquar)
excessus; differre autem, quòd excessus in emphasi bonus, ac per se
laudabilis sit: in hyperbole verò, & catachresi, solùm laudabilis
per accidens. De emphasi, & hyperbole, adstipulor: non item de
catachresi. Nam quod aiunt, per catachresin dici pro Veneri addi-
cto *comem*, quomodo sæpe loquitur Plautus; pro avaro *parcum*, pro
prodigo *liberalem*, & contrà, in his verò esse excessum per accidens
laudabilem; eoq̄ue catachresin rectè sub excessu comprehendi: hæc
quidem partim falsa sunt, partim non efficiunt, quod putarunt. Ne-
que enim virtutes pro vitijs vicinis, vitiave pro virtutibus poni de-
bent; cùm oratorem oporteat esse virum bonum, qui mendacium
peiùs oderit, quàm fullo ululam. Vnde Fabius lib. I. cap. IX: *Hoc
quidem Orator, id est, vir bonus, nunquam faciet, nisi fortè communi uti-
litate ducatur.* Atque hac de re etiam dicebamus lib. I. cap. v. sect.
XXVII. Quare nunc solùm addam, adulatoris esse, vitia virtutum
nominibus insignire: ut Plutarchus ostendit libro eo, quo discerne-
re docet amicum ab adulatore: ac hominis esse maligni, vitiorum
nominibus appellare, quæ excusationem mereantur: ut etiam Lu-
cianus indicat, *οὗτος ἔστι μισθῶ σωβρῆτων*: ubi illustre apponit exem-
plum de viris eruditis, qui à magnatibus de re quapiam rogati, tre-
pidant ac sudent, & conlertatione quadam ineptè respondeant.
Atque hoc, inquit, οἱ μὲν ἄριστοι αἰδῶ ἐκάλειον, οἱ δὲ πολλοὶ δειλιάει, οἱ δὲ
κακοὶ δεισι ἀπειθεύουσι *homines probi appellant pudorem, immodesti atque
audaculi timorem, improbi autem ac maligni inscitiam.* Deinde nec si al-
terum pro altero collocetur, *κατὰ ἄξιον* fuerit, quia qui laudat, par-
cum dicet, ac volet intelligi; qui vituperat, avarum vocabit, atque
istiusmodi censerì volet: eoq̄ue, si animum dicentis spectes, non
ponetur unum pro alio. Denique nec si hæc *κατὰ ἄξιον* dicerentur,
iccirco omnis *κατὰ ἄξιον* fuerit excessus: cùm supersint innumera, in
quibus nihil istiusmodi cernere est. Quod ut magis pateat, age à
catachresi potissimum auspicemur.

II. DE ABUSIONIS VOCABVLO, ET QVID
SIT CATACHRISIS, ATQVE EIVS
EXEMPLA.

CATACHRISIS κατὰ λῆξιν sonat *abusio*, prout Fabius lib. viii. transfert, & ante eum Cicero oratore ad Brutum: eadem nempe ratione, quā epist. xxii. lib. xi. ad Att. vini *abusionem* dixit pro abufu; aut quā *ufionem* pro usu usurpant non Ulpianus * solūm, & Alphenus † J. C. (frustra enim ambigit Haloander, rectēne ita legatur) sed etiam Cato de R. R. & Varro αὐτὴ τὰς Μαρίας, atque item Agellius ‡, scriptor purus castusque; quamvis V. C. Ant. Augustinus lib. ii. Emend. cap. ii. de hāc ipsā *ufionis* voce tractans, eum appellet non bonum Latinitatis auctorem.

Est autem *abusio*, quoties durius vocis alicujus significationem deflectimus ad aliam longē à propriā recedentem. Itaque & ἀκυρον, vel ἀκυρία, itemque ἀκυρολογία, vel ἀκυρολογία à Grammaticis dicitur; quamvis hanc nonnulli diversam faciunt à catachresi. Ita *calamus* sumitur vulgò pro *penna*: cum illa ex arundine fiat, hæc avium propria sit: ut bene annotavit Isidorus Originum lib. vi. cap. xi. v. Nec minori catachresi, jam ætate Martialis, ut ex pluribus ejus locis videre est, patres, fratres, ac quoslibet obvios appellarunt *dominos*; quemadmodum & uxores vocabant *dominas*. Imò jam Senecæ temporibus morem hunc fuisse, argumento est illud ex epistolā ejus tertiā: *Obvius, si nomen non succurrit, dominos salvisimus*: quod item epist. crv. Junium Gallionem fratrem vocat *dominum suum*. Elegans est hæc de re Palladæ epigramma in primo Ἀκρολογίας †:

Ἦν ὁ φίλος τὴν λέξιν. δόμινε φράτερ, διθύς ἐρεγέλας*

Ἦν δ' αὖ μὴ πλάβη, τὸ φράτερ εἶπε μόνος.

Ὀνία γὰρ ἔταυται τὰ ῥήματα. αὐτὰς ἐζωγῆ

Ὀκὴ ἐθέλω δόμινε ἔγ' ἐρεγέλας.

Quod ex tempore admodum adolescens transtulit:

Mox scripsit, domine frater, si accepit amicum.

Si nihil accepit, nil nisi, frater, ait.

Nomina namque isthac venalia sunt. Ego verò

Nolo istud, domine. Nam dare nil habeo.

Vel si produci syllabam ob consonas vocis sequentis, aut penthimerim, duriusculum videtur, rescribere versu primo, *domine o frater*: ultimo autem, *Nolo voces dominum*. Sed utcunque veritas, abest

* l. 27. s. 4.
D. de amicis
argento
mundo.
† l. 60. s. 2.
de legat. 3.
‡ lib. 4. epist.
2.

† titulus eius
νόδικος.

Græci epigrammatis venustas. Quæ magna ex parte consistit in paronomasiâ posterioris pentametri : unde haut rectè stabilire conatur corruptam pronunciationem diphthongi AI, quasi elegantia huius carminis perierit, nisi *δῆμιος* & *δῆμιος*, similiter omnino sonuerint.

Tandem non fratres modò, sed etiam filios dixere *dominos* ; ut in inscriptione antiquâ †, sed hominis tamen Christiani : **DOMINO**

FILIO INNOCENTISS.

† In Colle-
tione In-
scriptionum
Gymerianâ
c. lxxvii
n. 2.

† in Augu-
sto cap. 53.
† in Tibe-
rio cap. 27.
† lib. 2.
Annal.
* Terull.
apolog. cap.
34.

* act. 3. sc.
2.
† act. 4. sc.
3.

Huiusmodi omnia per abusionem dici, arguit illud, quòd *domini* vox sit correlatum servi : quam ob causam Augustus, & Tiberius, tantopere aversati sunt illud nomen ; ut discimus ex Suetonio †, Tacito †, atque alijs *. Imò tribus, & amplius seculis post, cum iam ubique illud obtineret, Iulianus desertor usq; ad hanc appellationem refugit, ut cæteris illam ad exemplum Cæsaris aspernantibus ; penè in desuetudinem abierit : quemadmodum ipse refert in Misopogone. Sed post Iuliani excessum, ut fieri amat, redijt consuetudo prior. Stante verò Rep. Romanâ, tantum aberat, ut ingenui alij alios *dominos* vocarent, ut servi etiam dominos suos sæpe quidem dicerent heros, sed nec rarè compellarent nomine proprio. Ut Davus in Andriâ * :

--- Non satis me permisti etiam, qualis sim, Simo.

Syrus in Heautontim. †.

--- Cæterum equidem istuc, Chreme,

Æqui bonique facio.

Et mox :

--- Verùm illud, Chreme,

Dicunt, jus summum sepe summa est malicia.

† act. 1. sc.
3.

Mercurius quoque apud Plautum Amphitryone †, quamvis Sosia personam induerat, Iovem tamen, qui in Amphitryonis se faciem converterat, Amphitryonem, non herum, aut dominum, vocat : imò & heram nomine suo Alcmenam appellat. Verus etiam Sosia verum Amphitryonem suo semper nomine nuncupat †.

† act. 2.
sc. 1.

* Eun. act.
5. sc. ult.

Ἄρξον quoque sive improprium est illud Terentij *, *Hunc comedendum, & deridendum, vobis propino.* Ac nequis pro *propino* legendum hic putet *prabeo*, addo, imitatum id esse Capitolinum in Marco : *Venenatam, inquit, partem fratri edendam propinans.* Nec multum ab-

† com.
in profess.
Bardis.

ludit illud Aufonij † ;

--- Vini cibique abstemius.

Nec dissimili admodum *καταξυβή* Persius in anteloquio satirarum scribit, *Cantare nectar*; quomodo legit Politianus cap. XLIV. Miscell. & epist.

& epist. i. lib. xii: qui & se illud invenisse scribit in vetusto quodam codice, atque id ipsum in altero repertum refert à Bernardino *, sive Petrus illo Calabro †, qui non tam ut natalium probum tegeret (nam è nobili quidem familiâ Sanseverinate, sed haut legitime natus fuit ‡) quam, ut aiunt, quòd palato ejus nihil præter antiquitatem Romanam sciperet, ac Christiani nominis & Ecclesiasticæ antiquitatis contemtor esset, Junius Pomponius Lætus, & fortasse (si ejus sunt illi in Maronem commentarij) Pomponius Sabinus nominari maluit. Aldus quoque Manutius lib. iv. Grammat. Instit. scribit, Iucundum Veronensem *cantare nectar* in compluribus reperire exemplaribus, ac se quoque unum eorum inspexisse, in quo *nectar* ex scriptum, sed *vel melos* minoribus erat literis superadditum. *Pegasium* autem *nectar* ait, quomodo dicit Martianus Capella lib. ix: *Post hos honoratior fontigenarum virginum chorus Pegasæa vocis nectare diffuebat*. Quo loco non dubium, quin Martianus respexerit illum ipsum Persij versum: nequis autoritate moveatur, aut Scoppe † corrigentis, *cernas Pegasium melos*: aut Turnebi *, & Hadriani Junij, qui emendant, *Pegasium melos credas*: aut Giffanij ‡, qui legit, *credas Pegasium melos*.

* M. Anson. Majorianus orat. 10.

† Lud. Vesl. l. 2. de fide.

‡ M. Antonius Martianus, in vita Pompeij Lati.

† Collectas. cap. 34.

* lib. 10.

Advers. cap. 13.

‡ indice

Lucretiano

in Virgilio

III. CATACHRESIS ALIA POETARVM PROPRIA. ALIA ORATORI ETIAM CONCESSA.

KATA'XPHEIΣ est duplex. Vna solutæ convenit orationi; cujusmodi esse solet, quâ necessitatis causâ utimur. Nec tamen sola hæc talis putanda est: quia quandoque etiam oratores, nullâ adacti necessitate, vocabulis abutuntur. Catachresis verò altera tantum in ligatâ oratione locum habet: quæ nunquam non citra necessitatem usurpatur. Prioris generis est, cum *adificare* alijs accommodatur, quàm ædificijs. Nam, ut apud Maronem † legimus, *adificare equum*: ita apud Ciceronem ‡ est, *adificare classem*. Simile itè defendere pro arcere: ut apud eundem Tullium *: *Signis non defendit injuriam, neque propulsat à suis, cum potest, injustè facit*. Et apud Paullum I. C. † *Vim enim vi defendere, omnes leges, omniaque jura permittunt*. Ejusdem generis est, quòd *paricida* ponatur, non tantum pro eo, qui principem, patrem patriæ, occiderit, aut patrum suum, vel patronum, (de quibus Marcianus I. C. testis in xiv. Institut.) sed etiam pro eo, qui cognatum, aut propinquum, sustulit; aut pro quo-

† 2. Ann.

‡ prolege

Manliæ.

* lib. 3.

off.

‡ Scientiæ.

6. quicquam.

D. ad legem

Aquiliam.

cumque, qui capital fecerit, h. e. facinus, quod capitis poenâ luitur, ut rectè exponit Festus; à quo immeritò discedit Nonius, cum capitis periculum eâ voce signari tradit. In prorsâ autem oratione *paricida* vocem eo, quo dicebamus, modo accipi, tum argumento est, quòd Cicero in Milonianâ Clodium vocat *paricidam*, quia M. Papi- rium, equitem Romanum, interemisset. Indicio quoque sunt leges Numæ; in quibus erat, *Siquis hominem liberum morti duit, paricida esto*: tum quòd etiam quæstores, quia conquirerent publica maleficia, (quòd primò eorum munus fuit, qui publicas colligerent pecunias; postea peculiare factum est triumvirorum capitalium †) ideo dicti sunt *quæstores paricidij*; quemadmodum scribit Festus, & Pomponius in Enchiridio Juris. Esse verò hanc *καταχρησιν*, negari nequit, cum *paricida* propriè dicatur quasi *patricida*, vel potiùs quasi *parenticida*, καὶ συκοφαντῆς, quomodo & *homicida* factum ex *homicida*. Quare ap- pellantur ita propriè, non soli quidem, non patrem sustulere, ut vulgò tradunt; quibus & Nero, quem *matricidam* Aufonius novè vocat, *καταχρηστικῶς paricida* dici videtur; sed quicumque parentem alteru- trum interemerint.

Quidam etiam ejus *καταχρησιν*, quæ in prorsâ quoque locum habeat, exemplum esse putant, quòd *merendam* vocamus cibum il- lum, qui est inter prandium, & vespnam. Movit eos, quòd *me- renda* ita dicta videatur, quia meridianis horis fumeretur, atque ita primò idem fuerit, quòd prandium; ut quoque voluit Festus Pompeius. Verùm potior est eorum sententia, qui propriè sic ap- pellatum putant cibum, qui mercenarijs dabatur à labore: postea verò *συνειροχικῶς* extensam esse significationem. Ita *merenda* fit non à meridie, sed à merendo, ut à terendo *turunda*; pro quo Turne- bus † haurit *ἐυσόχως* † legendum conjiciebat *turunda*, vel *rotunda*.

Alterius verò generis abusivonem, quòd citra necessitatem fit, ac magis in vincatâ oratione invenitur, exemplum est, quòd Martialis * vocat *sine sece diem*, qui est sine nubibus, eoq̄ue serenus: item quòd *gurgitem*, aut *vadam*, poetæ dicunt pro mari: in quibus & *ταπεινωσιν* statuunt, ut suo loco dicemus. Quidam etiam ejus generis esse au- tumant, quòd *sperare* accipitur pro timere. Ita enim vocem hanc, quoties de rebus malis usurpatur, explicant Charisius, Donatus, Servius, Diomedes, Isidorus, atque alij. Nec desunt, qui hocce exemplo adstruere conentur, catachreses quasdam nulli primario tropo subijci posse, eoq̄ue eam distinctū videri tropum. Atqui *sperare* tum non timere significat, ut putarunt; sed statuere. Maro 1. En.

† Varro
lib. 4. de
L. L.

† lib. 17.
Adv. cap.

7.
† felici con-
jectatione.

* lib. 8.
ep. 14.

At sperate Deos memores fandi, atque nefandi.

.i. putate, statuite. Et IV. ÆN.

*Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre soror potero.*

Vbi itidem sperare est existimare sibi impendere.

Neque prola hoc locutionis genus nescit. Auctor declamationis in Sallustium falso jam olim tributæ M. Ciceroni: *Quam quodisti à inuistratâ rabie petulanter in uxorem, & in filiam meam, inuastisti; que facilius mulieres se à viris abstinnerunt, quam tu à viris: satis doctè ac perite fecisti. Non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, & vicissim tuus compellaturum.* Nisi hîc εἰρωνικῶς accipere visum, propter frequentia de gratijs relatis, quasi honoris causâ, (scilicet, uti Sallustius fecerat) nominare voluerit conjugem, ac filiam Sallustij. Res apertior est in alijs, at posterioris ævi. Ut Tertulliani hoc lib. de pœnitentiâ cap. ult. *Quid illum thesaurum ignis æterni estimamus, cum summiariola quadam ejus tales flammarum ictus suscipient, ut proxima urbes, aut jam velle existent, aut idem sibi de die sperent.* Sententia est, putant civitates Vesuvo vicinæ, & sibi ab hoc monte ignivomo exitium impendere; hoc magis, quia ab eo non ita pridem perierant Pompeij; uti legere est lib. de Pallio cap. II, & in Apologet. cap. XL. Etiam Sidonij est lib. VI. epist. VI: *Sperans, ne amor vester tenuerit.* Quamquam hîc, ob particulam sequentem, planè, is pro timere videtur accipere, fortasse Grammaticorum auctoritate impulsus, qui sic interpretarentur. Sed Sidonij auctoritas non est nobis tanti: cujus ævo, ut ipse non uno agnoscit loco, penè totus considerat sermo Romanus. Mollis idem Apollinaris lib. VII. epist. VII: *Sperat Ar-* † lib. 2. e-
pist. 10. et
lib. 8. epist.
2.
venna supplicium. Etiam sic verbum hoc usurpant, auctor panegyrici Constantino dicti, Iulius Firmicus Matthes. lib. VIII, Ammianus lib. XIV, & alibi. Veteres etiam Jurisconsulti ita loqui amant: ut ostendit Radulphus Fornerius lib. III Rerum Quotidianarum cap. XV. Sic verò vocem hanc Latini usurpant Atticorum exemplo. Nam, ut scribit Suidas, *ἐπιπέσει δὲ μένον ἐπὶ ἀγαθῶν, ἀλλ' ἀπελαῖς ὄντι τῆν ἑσπερίαν* & *ἐπιπέσει* λέγεται πρὸς Ἀπικούς †. Ad stipulatur ei Hefychius, *ἡ ἐπιπέσει* dicitur ab Atticis. † non solius
de rebus
bonis, sed
simpliciter
de rei futu-
re eventus
dicitur ab
Atticis. & *ἐπιπέσει* exponit *προσδοκίαν* *, ac pro eodem accipit *ἐπιπέσει*, *ἐπιπέσει*, & *δοκίαν*. Certè locutus eo modo Thucydides lib. I, ut & observavit scholiastes: atque Aristoteles quoque lib. II. Rhet. quo loco de misericordiâ agit: item Sophocles in Oedipode tyranno. Itaque non adfentio Henr. Stephano †, qui mavult apud Virgilium legere,

tantum spectare dolorem : quod se in exemplari quodam reperisse ait, quasi non innumera peccent scioli, atque indocti librarij. Equidem non ignoro, apud Martialem quoque lib. **II**. epigr. **LXIV**. in multis codd. esse, *Quo te sperabimus usque?* in alijs verò *spectabimus*, hoc est, *exspectabimus*. Sed Maronem *sperabimus* scripsisse, testis est nobis, exceptione major, Fabius Quinctilianus † lib. **VII**; ubi in eo *ἀναγο*

† cap. 3. §. 3.
ve. de perspicuitate.

ponit. Multi, eosque inter Willichius Refellianus, vir doctissimus, eandem statuunt *κατάχρησιν* in illo Terentij †:

† Andr.
mā. 2. §. 3.

Nam quod tu speres, propulsabo facile.---

Vbi & Donatus monet, in libris nonnullis *timeas* legi: quod sine dubio ex glossemate alicujus irrepserat, qui locum non satis percepit. Siquidem *sperare* hic omnino propriè, & usitatà significatione accipitur: càm sententia sit, longè aliter eveniet, atque in spe habes. Fortasse nec meliùs interpretantur illud Iuvenalis sat. **IV**:

--- *Iam quartanam sperantibus agris.*

Sani enim quartanam metuunt, at ægri sperant, quia ab eâ non itidem vitæ periculum imminet, atque ab aliâ feбри: quique ab eâ convalescunt, postilla constantiori fruuntur valetudine; quin etiam ea, depascendo noxios humores, plerosque liberat à morbis, quorum curatio penè in desperatis habebatur; ut de epilepsia testatur Cœsares lib. **I**, & **VI**. Epidem. Itaque nec in argumento planè *παραδόξον* fortean versabatur Phavorinus, cùm quartanam laudaret; quâ de re Gellius lib. **XVII**. cap. **XI**.

Verùm de posteriori hoc abusionum genere, quod à poetis, ac interdum ab oratoribus, circa necessitatem adhibetur, non immeritò ambigi possit; cùm plerique veterum tum tantùm *κατάχρησιν* esse dicant, cùm rei carenti nomine alienum nomen inditur: velut cùm *pes* in navi sumitur pro infima veli parte, aut pro fune, quo velum tenditur, teste Seneca †: unde apud Maronem, *Vna omnes fecere pendem*, h. e. vela tetenderunt. Estque ea sententia Quinctiliani lib. **VIII**. cap. **VI**. Plutarcho quoque in vitâ Homeri similiter definitur *κατάχρησιν*, *ὡς περ ἄνδρ τῶ κλέος ἀναμίτῃ μεταφέρει τῶν χρεῶν, ἃ ἐφ' ἕτερον ἢ ἐχόν ὄνομα κλέειν*. i. quæ usum ex eo, quod propriè significatur, in aliud proprium nomen non habens transfert. Festus itidem: *Catachresin*, inquit, dicimus, cùm alienis abutimur perinde ac proprijs, cùm propria deficiunt. Idem sentit Isidorus lib. **I**. Originum. Et certè non quidem id esse *κατάχρησιν*, negamus: verùm laxiùs hoc loco eâ voce utimur, ut nihil aliud sit, quàm tropi duricies. Id cùm dicere vellet, vir cæteroqui

† lib. 2. de
Benef. cap.
34.

teroque doctissimus, Georgius Fabricius *, mirificè hanc rem expressit. *Abusio*, inquit, est verbi in significatu non proprio usurpatio. At hoc quævis facit metaphora, non solum κατάχρησις. Verùm non possunt non aspernanda proferre, qui, si non Logices studium aspernantur; at saltem, ut Ennianus ille Neoptolemus *, paucis jubent philosophari. Mihi verò arridet illud Nævianum: *Neminem vidi qui numero* (h. e. nimium, ut exponit Festus) *sciret, quod scito est opus*: sive, ut apud Turpiliū erat: *Nunquam quemquam numero vidi facere, quod factu est opus*.

IV. CATACHRESIN PLVRIMVM ESSE IN TRANS-
LATIONE, INTERDV M ETIAM IN METO-
NYMIA, AVT SYNECDOCHE.

QUÆRITVR, num κατάχρησις solius metaphoræ, an verò cujusvis sit tropi duricies. Sed magis posterior placet sententia. Nam cùm *paricida* nomen, quod eorum proprium esse dicebamus, qui interemere parentem alterutrum; illis tribuitur omnibus, qui capital commiserunt, est σωκεδοχική κατάχρησις, aut ratione obligationis ad poenam capitis, κατάχρησική μετωνυμία adjuncti. Est & κατάχρησις μετωνυμική, cùm καλένται παῖδες οἱ δῆλοι, καὶ ὄσι προσβύτιος †, ut † *servi vocantur pueri, licet sint seniores*. ait Pollux. Atque ita Latini quoque antiquiores dicebant *Marcipor*, *Quinctipor*, *Publipor*, *Caipor*, h. e. *Marci*, *Quincti*, *Publij*, aut *Caij* puer sive servus; ut explicat Priscianus lib. vi. Eadem de re ita Fabius lib. i. *In servis*, inquit, *jam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino; unde Marcipores, Lucipores &c.* *Quinctiporem* dixit Varro *Bimarco*, *Publiporem* Sallust. lib. i. i. Histor. *Marciporem* Plinius lib. xxxi. i. cap. i. Ac meminere etiam istorum Festus, Probus in Catholicis, & Paullus lib. i. Dig. De verborum & rerum significat. Etiam κατάχρησις μετωνυμική est, cùm pro persona ponitur adjunctum, quod non est, sed fuit. Cujus rei multa habemus in Scripturis exempla. Vt Matth. cap. xi. 5. *Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt*. Item Matth. xxv. 6. *Simon leprosus* dicitur, quia fuerat leprosus. Σωκεδοχική quoque κατάχρησις dixit Maro †

Ferreique Eumenidum thalami.

Neque enim Eumenides nupserunt; sed generatim utitur poeta thalami voce, pro loco, in quo commorantur Eumenides. Nam propriè thalamum dici cubile mariti atque uxoris, vel fidem fecerit illud ejusdem de Priamo *:

ff

Quinquu-

† En. 6.

* 2. En.

Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,

Itidem nomen virginis, quod earum proprium est, quæ à viro integræ sunt, *ἐλευθεροχρηστος* ijs tribuitur, quarum jam libata virginitas: quomodo Græcorum imitatione (nam ita *παρθένω* voce utitur Euripides in Ione) Terentius usurpat in Hecyra † & Virgilius Eclog. vi, ubi Pasiphaën virginem vocat, quæ, ut Servius monet, jam mater erat Phædræ, Ariadnes, & Androgei. Aliquantò aliter, sed item *καταχρηστικῶς*, usus eodem Iuvenalis lib. i i. fat. i i:

--- *Quod nisi tibi dedimus essem,*

Devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?

Majori etiam abusione ea vox accommodatur *τοῖς ἄλλοις*, hoc est, viris non expertis Venerem. Ut apud Marcellum Empiricum cap. viii *: *Colliria multii generis, id est, vel decem confectioinum equali numero, vel pondere, infundes in lotium pueri virginis.* Nempe sic posterioris ævi scriptores loqui amant, imprimis Ecclesiastici: ut apud vulgatum interpretem Apocalypf. cap. xiv, ubi *παρθένων* vocem de maribus usurpatam itidem *virgines* transfert. Tertullianus quoque lib. de velandis virginibus cap. v. de Eva ait. *Ex viro suo sumpta est, & ipso adhuc virgine.* Et cap. x. *Viri autem tot virgines, tot spadones voluntarii.* B. Hieronymus in vita Malchi captivi: *Hucine miser servatus sum? ad hoc me mea scelera perduxerunt, ut, incanescente jam capite, virgo maritus fierem?* Similiter loquitur epistolâ ad Salvianam, Gildonis filiam. Etiam *virgines clericos* dixit libro contra Vigilantium. Idem apologiâ contra Iovinianum †: *Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentes: episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici.* Antea quoque eodem dixerat libro: *A domino virgine mater virgo virginis discipulo commendatur.* Cui geminum ac simillimum hoc apud Augustinum præfat. in Ioannem: *Isse siquidem est Ioannes, quem Dominus de fluvio in nuptiarum tempestate vocavit, & cui matrem virginem virginem commendavit.* Est & Paullini locus, quem citant ex necdum edito epithalamio in Iulianum & Titiam:

Concordes animæ casto sociantur amore

Virgo puer Christi, virgo puella Dei.

Petrus Chrysologus serm. cxlviii. de Eva decipiente Adamum: *Inducta virgo inducit virginem mox Adamum.*

Fortasse autem quispiam, Nonij autoritate motus, à Varone quoque existimet eos dici *virgines*. Verùm huic sententiæ minime subscribo; neque causam adseribo, ne has paginas *τοῖς ἀπύρτοις* †

† ad A. se.
5. 7.

* pag. 65.
edit. Basil.

† prope f.
notm.

ἀρρήτους † attaminemus. Neque iccirco censendum, antiquos voce *vestibus* me-
defectos fuisse, quā in maribus uterentur. Siquidem veteribus, *vestibus*.
quod in fequiore sexu est *virgo*, id in maribus erat *investis*: unde hæc
vox, ut monuit Casaubonus *, in veteribus glossis exponitur ἀρρη- * castiget.
το; eique contrarium est *vesticeps*, ὁ ἐρδασεμένος, ὃ ἴσθ ἀρρηστοίαν πύργου in apoloz.
ἔχων. Confirmat hanc rem Tertullianus, cujus illud de virgin. ve- Appul.
landis †: *Materfamilia vocatur licet virgo, & paterfamilia licet inve-* † extrema
stis. Ibidem: *Si virgo mulier non est, nec vir investis est*. Verūm hæc Cap. II.
de re nimis fortasse multa. Reliqua nunc persequamur.

V. DE CATACHRESI VTRIMQUE COM-
MUTABILIS.

QVEMADMODUM metaphorarum aliæ à similitudine simplici
petuntur, aliæ à proportionē: ac illæ elegantissimæ sunt, quæ
ab ἀν. λογ. ducuntur, eoque commutabiles esse solent: ita & κατὰ γῆ-
σις aliæ reciprocae sunt, aliæ unius partis: rarissimæ autem, quæ sunt
prioris generis: nempe ἀκόλουθοι, sive utrimque cōmutabiles. Quo-
modo crebrè *omnis* ponitur pro *totus*, & *totus* pro *omnis*: cum tamen *totus*
proprie respiciat corpus, quod quantitas est continua, & *omnis* di-
catur ratione numeri, qui quantitas est discreta. Nec absimilis, sed
ἀνακόλουθος tamen κατὰ γῆσις est, cum *plurimus* dicitur de quantitate
continua. Ut I. Georg. --- *Cum se nux plurima sylvis*

Induet in florem.

hoc est longa. Sic III. Georg. --- *Cui plurima cervix.*

hoc est longa, torosa. Et I. Æn. de colle:

--- *Qui plurimus imbrī*

Imminet.

Addam & alia ἀκόλουθα κατὰ γῆσις exempla. Ita *pretium* pro pœnā
usurpat Catullus, cum Rufum cognitum ait amicum

--- *magno cum pretio atque malo:*

item Horat. lib. III. od. XXIV:

Et peccare nefus, aut pretium est mori.

Atque è contrario, ut quidem voluit Iannus Duza *, pœnam * lib. 4.
Græcorum imitatione pro præmio dixit Propertius lib. II. eleg. Plaut. ex-
VIIII; cum scribit: plic. cap.
14.

At postquam serā captiva est reddita pœnā,

Fortem illum Amonis Hectora traxit equis.

Mihi tamen hic pœna pro solutione, seu liberatione, accipi vide-
ff 2 tur,

tur , quomodo & Pindarus locutus od. iv. Pyth.

Δυδρὸς φωνῆς ἀνακευόμενος

Ποιῶν τίς ἐστὶ φωνὴ Θεῶν.

Dum percontaberis, qua à durifonâ loquelâ Deorum auxilio futurus esset liberatio.

Aliàs eidem Pindaro ποιῶν pro præmio quoque usurpari, agnoscimus : ut cum i. Pyth. carmen in victoriam vocat ποιῶν τιθέωπων, præmium quadrigvrum.

Ἀκρόβηθ quoque κατάχρησις est, quod Virgilius II. Æn. promittere posuit pro *minari*, & Horatius vicissim lib. i. Epistol. *minari* dixit pro *promittere*; quomodo & Catullus Epig. penultimo, eum, qui divitijs se jactaret, *minacem* vocat; sicut habet vetus Regiensis editio ꝑ, atque à Iosepho quoque Scaligero editum est: pro quo in eprè Aldus, alijque, *nimis* excuderunt. Græcos eodem modo ἀπειλὰ dicere pro *κἀνχρησις*, & ἀπειλήν pro *ἀνχῆν*, sive *κἀνχῆν* *, ex Eustathio ꝑ discere est.

† anni

1481.

* gloriosi,

jactare.

† Odys. 8.

pag. 1602.

edit. Kom.

VI. DE EVGIENDA CATACHRESI NIMIS DURA.
ITEM QUÆ APVD CRITICOS ANTIQVOS
CATACHRESIOS FVERIT NOTA.

ET SI autem κατάχρησις sit tropi duriciæ, non tamen duriciæ hæc excedere modum debet. Nimis sanè dura abusus est, cum Alexander Myndius apud Athenæum lib. ix. ait: τὸ ὄψωπον ἐστὶ λιλανδρόν ἐχρύσις, ὅτι μέλας †. Loquitur de passeribus, quibus ὄψωπος nomen nequaquam convenit. Durius quoque dicitur ὄψωπον ἔργον: quomodo Evangelista Matthæus loquitur cap. xvi. In carmine tamen κατάχρησις hæc feratur: quomodo Lycophon coelum vocat πλοῦ ὄψωπον. Nec is tamen hoc nomine effugit censuram Aristotelis in III. Rhetor. Sed pro Lycophrone est, quod poetæ gaudeant rebus quibusvis personas induere. Estque simile, quod Ovidius initio Metamorphosios *natura vultu* dixit. Itè Virgilius nunc feris *tribuit vultu, nunc mari, ut supra vidimus. Quod nihilo mollius, quàm cum Lycophon celo ὄψωπον assignat, quandoquidem hæc idem notant. Sanè & Cicero interdum ὄψωπον vertit *vultum*. Quamquam idem in primo de Legibus Græcos carere censet voce, qua *vultum* exprimant: credo, quia *vultus* vox magis apta est, ut utriusque nominis ἔστωμος consideranti planum fiet. Quod si durior videatur cam remedio, tachresis, mollire eam licet bit *ταρτέματι* * aliquo. Ut ibidem Cicero ait:

† nec facie
alba valde,
nec nigra.

* 7. Æn.

* remedio.

ait: *Nec arboris, nec equi virtus qua dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura.* Quamquam Plato in primo de Rep. ἀπλῶς dixerit ἀρετῶν ἓξ κινῶν*.

Extremo illud loco adijcimus, veteres criticos, (ut ex antiquis scholiasticis cognoscere est) κατὰ χρῆσιν, omnemque vocum insolentiam, indicare solitos præfigendo verbis γ. Vide Isaaci Casauboni notas in Laërtium, & ejusdem animadversiones in Athenæum lib. vi, cap. viii, item Ioannem à Wouweren de πολυμαθία cap. xvii. Et hæc de abusione.

VII. HYPERBOLÆ QUOMODO LATINIS DICATUR:
ITEM QUID, ET QUOTPLEX SIT, AC IN
QUOVIS EAM TROPO INVENIRI.

ΥΠΕΡΒΟΛΗΝ recentiores Aristotelis interpretes *excessu* vertunt; uti ὑπερβολὴ defectum. Se' Latinos veteres aliter his vocibus usos esse, monet Victorius lib. xix. Var. Lect. cap. ix. Ab auctore ad Herennium dicitur *exsuperatio*: ab eodem, & Cicerone in III. de Orat. transfertur *superlatio*; quâ voce & Arnobius utitur lib. i: à Fabio lib. viii. *superiectio* vocatur. Nec eodem omnes modo definiunt. Quibusdam dicitur esse tropi audacia: quæ descriptio non minùs catachresi convenit, quàm hyperbolæ. Siquidem audaciæ est ijs uti, quibus duricies inest, uti fit in catachresi. Hyperbole verò aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratiâ dicit, aut minuendæ: ut Tullius definit in Topicis. Itaque est duplex; alia αὐξήτικὴ, sive augens, alia μειωτικὴ, sive minuens. Certè non Tullio modò, sed ipsi etiam Aristoteli, comprehendit utrumque excessum; tum eum, qui tendit ad exsuperantiam, qui solus alijs ὑπερβολὴ vocatur; tum illum, qui vergit ad defectum, qui & ὑποκεισμός dicitur. Vtroque enim modo exceditur τὸ μέτρον †.

Exemplum prioris modi est in illo Maronis * de navibus Cleopatrz: *Credas innare revulsas Cycladas.* Nam etsi magnitudinis erant inusitatæ, quod Florus † abunde testatum facit: non tamen singulari infulis poterant æquiparari.

Posterioris modi exemplum habes apud Iuvenalem sat. vi. de virgine exiguâ, quæ ob tutulum, sive suggestum, (sic cum Statio * appello, quod Nazianzeno † est ὑπερβολὴ πλοκάμων, Hieronymo † est *irritus vertex*) refert à fronte Andromachen:

--- post minor est, breviorque videtur

† mediæ.
* Æn. 8.
† lib. 4.
cap. 11.
* epithalamio Stella & Violanilla.
† cavm. 63.
pag. 147.
edit. Morell.
† epist. ad Damerio:
dicitur

† Schoppius
adjuncta.
Sed vetus
lectio ele-
gantior est.
* sat. 13.

Virgine Pygmaâ nullis adjuta † cothurnis.

† l. 2. sat. 2.

Cui enim verisimile fiat, ipsis eam fabulosis Pygmæis, quorum *tota cohors pede non est altior uno*, ut idem satiricus ait *, breviorum semper vitam fuisse, nisi quando staturam iuaret induendo cothurnos, genus calceamenti subere altiùs elevato, quale in tragœdijs usurpabant, ut personæ ferorum, quas inducebant, apparerent grandiores: quemadmodum & è Polluce discimus, iccirco in ijsdem usos firmate, unde hic ipse satiricus alio loco † scribit:

--- Longum tu pone Thyeste

Syrma, vel Antigona.

Esse autem *ὑπεβολὴν* troporum quorumvis affectionem, argumeto est, quodd metaphora *ὑπεβολὴν* sit, si Aristotelem voces *Deum* philosophorum: metonymia *ὑπεβολὴν* sit, si quempiam dicas *nequitia ipsâ nequiorum*, h. e. nequissimis quibusque (vulgus nunc sequor, cui nequitia nequissimorum adjunctum potius videtur, quàm forma essentialis, quâ de re suo loco diximus:) synecdoche *ὑπεβολὴν* sit, *saecr* pro quouis improbo: ironia *ὑπεβολὴν* sit, si cæcum dicas *Argo* esse oculatiorem. Imò & cum catachresi concurrit: ut in illo Gregorij Magni: *O culpa FELIX, qua talerum mernisti habere redemptorem!*

VIII. CVI ETATI, ATQVE ARGUMENTO,
HYPERBOLE IMPRIMIS CONVE-
NIANT.

CONGRUVVNT Hyperbolæ juvenibus magis, quàm senibus: cujus causa est, quodd juvenus in omnibus modum excedat, contra illud Chilonis præceptum, *Nequid nimis*. Id voluit Aristoteles *, cum scripsit: *εἰς τὴν ὑπεβολὴν μετακινῶνται σφοδρῶτα τὰ δὲ παιῶν †*. Eandem ob causam ijs quoque conveniant, quibus animus est commotus. Illustrat id Aristoteles exemplo Achillis, qui, Agamemmoni iratus, eoque munera oblata respiciens, negavit, ab eo animum suum placari posse, si vel donentur, quæcumque arenâ maris terræque oculantur: atque item, cum polliceretur oratore, regem ipsum filiam suam daturum conjugem, negavit se eam ducturum, quamvis vel formâ contenderet cum Venere, & industriâ atque artibus cum Pallade.

Hæc ipsâ de causâ creber quoque est eorum usus in convicijs. Vt, *Hic † alienus oves custos bis mulget in horâ*. At vix fieri potest, ut bis de die mulgeantur, de horâ certè non potest. Sed *hora* ponitur pro exiguo

* lib. 3.
Rhet. cap.
11.

† sunt autem
hyperbole
juveniles:
nam vehem-
entiam
indicant.

† Ed. 2.

exiguo tempore, per *συνεπείχων* & *σπλοκιστός*. Etiam hæc profecta sunt ab animis perturbatis: *

Nusquam tuta fides *.

Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur †.

Denique est maximus eorum usus in quibusvis amplificationibus. Plautus Epidico *: *

--- *Pedibus pulmonis*

Qui perhibetur, prius venisset, quam tu advenisti mihi.

Vt quidem restituit Camerarius: quo pacto *pulmonei* pedes erunt, quos aibi † appellat *podagrosos*.

Quemadmodum autem eo ingens indicatur tarditas: ita contra ab eodem Comico mira designatur velocitas, cum in Amphitryone ait †:

--- *Quadrigas si nunc ascendis Iovis,*

Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium.

Vel si id esse *σπερβολικόν* vix placet, ob particulam *vix* adjectam: at dubium non est, quin *σπερβολικόν*; ab Euripide * summa indicetur celeritas, cum Achilles vocatur *ισάμενος*, h. e. *ventis equalis*, pro quo Homerus simpliciter dixerat *ωδίας δολός*, h. e. *acapedius*, ut locuti veteres †. Maxima quoque velocitas significatur Antipatri de † Aria Epigrammate †; cuius hi versus extremi:

Η δ' ἐπ' ὀσπλίον, ἢ τέρματ' εἰδὲ πρὸς ἄκρη

Ἡ ἴδιον μέσση δ' ἕσπερ' ἐπὶ σάδρη.

Ergo in carceribus, metaque, hunc cernere possis

Currentem: medio non videas stadio.

Item isthoc Virgilij † de Camillâ:

Illâ vel intacta segetis per summa volaret

Gramina, nec tenoris cursu lassisset avistus:

Vel mare per medium fluctu suspensâ tumenti

Ferret iter, celeres nec tingueret aequore plantas.

Falluntur Critici, qui versus hos, Maronis gravitate indignos, eoque adulterinos censent. Nam in omnibus eos codd. inveniri, auctor est Pierius Valerianus: ac similes sunt Apollonij versibus, quibus agilitatem Polyphemi describit†. Imò nec dubium, quin Apollonium Maro expresserit. Simul etiam, ut præter alios Cælius Calcagninus in epistolice quæstionibus monet †, allusit ad id, quod poëta tradiderunt de O. ione, Neptuni, vel, ut alij volunt, Minois ex Euryale filio; aut Iphiclo, filio Phylaci; quorum illum aiunt patris beneficio super fluctus suspensus vestigijs, haut secus atque in terrâ, cucurrisse: hunc fabulantur ita super aristas incesse, ut eas

* 4. An.

† Lucanus
lib. 10.

* Alf. 5.
f. 1.

† Mercatore
lib. 3. f. 6.
Summe ego
homo.

† act. 1. f. 1.

* Aside.

† Fætus.

† lib. 1. c. 1.

Αρδω.

† 7. An.

† l. 1. Ap.
gen. v. 132.
† lib. 1. ep.
3.

non confringeret. Hesiodus, Hyginus, & Apollonij interpres. Nec abludit ab hisce fabulis, quod de Lada, Alexandri M. curfore, poëtarum multis * memorato, refert Julius Solinus †. Quippe tantâ celeritate fuisse prodit, ut nec vestigia in pulvere arenâque relinqueret. Hæc vanorum Græcolorum ὑπερβολῶν ex eo traxit originem, quodd, Pausania * teste, omnes suæ ætatis velocitate antecesserit: unde & ei statuam apud Argos dicarunt in templo Veneris *VIKA-φάγου*.

* *Catal. carm. 56. Iuvenal. sat. 13. Martial. lib. 2. ep. 86. & lib. 10. epig. 100. † cap. 6. * in Corin- thiâncis.*

IX. AN HYPERBOLIS VTI LICEAT: VNDE SIT, QVOD
EAS A MEMVS: IN SACRIS QVOQVE SCRIPTV-
RIS EAM FREQVENTARI: ET QVOMO-
DO DVRIORES HYPERBOLÆ
MOLLIANTVR.

OPPONVNTVR ὑπερβολικῶς, & verè loqui: quia nempe in ὑπερβολῶν veritatis limites excedimus. Cicero epist. xxi. lib. v. ad Att. Cyprij talenta Attica ducenta, quâ ex insulâ (non ὑπερβολικῶς, sed verissimè loquor) nummus nullus, me obtinente, erogabatur. Neque iccirco damnari debet hæc ratio loquendi. Nam in hoc omnis hyperbo-
* *lib. 7. de le extenditur, ut ad verum mendacio veniat: quemadmodum Seneca † scripsit. Neque enim adhibetur, ut intelligatur, quod d' citur; sed ut excessus aliquis animo concipiatur, ac per incredibile intelligatur penè incredibile.*

Quid verò in causâ sit, cur ὑπερβολικῶς homines loqui malint, quàm propriè, non ineleganter docet Joachimus Camerarius probl. II. appendicis. Verùm quod de levitate humanâ ait, non potest esse ratio perpetua, cùm Sp. S. gaudeat hyperbolis. Ita Augustinus lib. xvi. de civit. Dei cap. xxi. ὑπερβολικῶς interpretatur illud cap. XIII. Genes. Ponam semen tuum, quasi pulverem terra. Nam quis, inquit, non videat, quàm sit incomparabiliter † amplior pulveris numerus, quàm potest esse omnium hominum ab ipso Adam, usque ad terminum seculi? Sic Exodi cap. III. vers. 8. 17. & alibi passim, Dabo vobis terram fluentem lacte & melle, id est, admodum fecundam. Exod. cap. x. vers. 21: Vt sint tenebra super terram Egyptiorum, & qui visus palpet tenebras: hoc est, densissimæ tenebræ. I. Reg. cap. I. vers. 40: Adeo ut sinderetur terra, præ voce eorum: Et cap. x. 27. Et reddidit rex argentum Hierosolymis, ut lapides: cedros autem reddidit, ut sycomores, quæ crescunt in loco depresso multitudine. Neque Christus hyperbolen refugit.

† *vulg. eodd. com- parabili- ter.*

refugit. Nam tale illud Matth. v. 39. *Quisquis se cadet in dexteram tuam maxillam, obverte ei & alteram.* Hoc est, potius quam jure talionis agere cum eo velis, etiam alterum colaphum excipe. Nec enim propriè id sumi oportere, arguit, quòd Christus, cum caderetur à servo Pontianici M. non alteram ei maxillam ferendam obtulit; sed hominem reprehendit. Vti & à B. Paulo factum videmus Act. XXI. 3. Aliæ quoque id genus hyperbolæ multæ se in N. T. offerunt. Itaque statuendum, inter alias hyperboles causas, eam quoque esse, quòd propria sæpe desint, quibus res sine ὑπεβολῆς æquè efficaciter significantur.

Quemadmodum autem de metaphoris durioribus dicebamus, ita hyperbolæ quoque modum excedentes, quales tumidam redundant orationem, præmunientæ sunt particulis *instar*, *præpe*, ac similibus. Atque hoc est, quod præcipiunt Græci, *ὀρεσπασθῆναι τῆν ὑπεβολήν*. Cicero in Pisonem, ubi differit de reditu suo glorioso: *Vnus ille dies, inquit, mihi quidem instar immortalitatis fuit, quo in patriam veni, cum Senatam egressum vidi, populumque universum: cum mihi ipsa Roma prope sedibus convulsa ad contemplandum conservatorem suum procedere visa est; quem ita accepit, ut etiam mœnia ipsa viderentur, ac testæ urbis, ac templa latari.* Est & altera leniendi ratio, quam ex Sapphone docet Demetrius. Nam cum divina, ut vocat, mulier dixisset, *γαμβρός ἐστὶν ἕξ η̄ται ἰσῶς Ἀῤῥῆ*, gener ingreditur equalis Marti: quasi reprehendens se ipsam; quòd hyperbole usa esset impossibili, continuò subdit; *ἀνδρὸς μεγάλου πολλῶν μείζων*, viro magno multo major.

X. D E E M P H A S I.

EM P H A S I S sive efficacia est, cum vocabulum adhibitum singularem habet vim. Sive, est vox modificata vim orationis magis intendens, quam si proprià usi fuisset. Estque variorum troporum affectio. Itaque metaphora est *ἔμφρασις*, incensus iræ, accensus cupiditate. Sic in illo ex legibus XII. tab. apud Ciceronem III. de Orat. *Si telum manu fugit*: quo significatur, telum esse imprudentiã emissum: atque, ut Muretus † monet, videri queat expressum ex illo Homeri ‡,

— τὸ δ' ἐχ' ἄλιον βάλῃ ἔπιφυγε χερσὸς.

Item cum Maro * de hastâ Æneæ inquit:

— Volat atrî turbinis instar

Exitium dirum hastæ ferens.

† E. 18.

Var. Lect.

cap. 19.

‡ Ibid. s.

* 12. 288.

Nam brevius, ac planius, proprijs res exponi non potuit, quàm
 * *Æn.* 2. est uno significata translato. Idem in illo *;

Invadunt urbem somno vinoq; sepultam:

† in *Aug.* signifiantius est *sepultam*, quàm *oppressam*. Etiam illud Augu-
 cap. 7. sti apud Suetonium †, *forum aleatorium calefecimus*; majorem ha-
 † *Matth.* bet ἐπιγεναι, quàm, *studiosè multumque lusimus: alea*. Similiter illa
 27. 4. Synecdoche †, *Prodidi sanguinem innocium*, ἐμπατικότερα est, quàm
 † *Adi.* si *hominem* dicas. Item illa Terent. † *Tu quantus quantus, nil nisi sa-*
 ab. 3. se. 3. *piencia es: quæ οἰωνὸν αὐτὸνδοχὰ majorem habet emphasin, quàm si*
dixisset, tu quidem sapientiã summã es ornatus.

Interdum quoque ἐμφασι propriæ accidit locutioni, quæ iccirco
 ad Grammaticen pertinet. Ita apud Maronem ἐμπατικὸς, sive (ut lo-
 † 4. *Æn.* quitur Thucydidis Scholiastes) ἐμπατικὸς ait Dido de Æneã †:

† *Phom.* *Pro Iuppiter ibit Hic, ait. Εμπατικὸν quoque illud Comici *;*
 * *Æ.* 2. se. 1. *Hominem commonstraverit mihi istum volo.* Vtrobique enim pronomen
 odium significat. Similiter apud Hebræos ἐμφασιν habet vox gemi-
 nata. Genes. cap. 11: *De omni ligno horti comedendo comedes.* Item,
Quicumque die comederis ex eã, morte morieris. Genes. cap. 11. *Mul-*
tuplicando multiplicabo dolorem tuum. Cùm autem hoc emphasius gen-
 nus ipsi sit Spiritui S. usitatum: manifestarius est eorum Rhetorum
 error, qui scribunt, emphasi propositum esse, ut res major videatur,
 quàm revera est.

† *lib. de* Aliquantò aliter emphasis nomine utitur Plutarchus †: ut cui ἐμ-
Æon. φασι sit, ἡμεῖς δὲ κατανοῶντες ἐπιτασιν τὸ λεγόμενον παρ' αὐτοῦ quæ occulto sensu
 ejus, quod dicitur, significationem intendit. Ita elegantiarum pater O-
 dyssi. λ ait: ἄντ' ἄρ' ὄρ' ἐστ' ἴσθ' καταβαίνομεν. Verùm postquam in equum
 descendimus. Nam descendendi verbo significatur equi magnitu-
 do. Alterum quoque exemplum huic geminum inibi vide Sed &

† *lib. 8. c. 3.* eodem sensu ἐμφασι à Fabio † definitur, *virtus altiozem præbens in-*
tellectum, quàm quem verba per se ipsa declarant. Itaque emphasius utri-
 que est, cùm ex dicto quopiam latens aliquid eruitur: ut in illo
 † 8. *Me-* Myrrhæ apud Nasonem † patris amorem nutrici contentis:

— O, dixit, felicem conjugem matrem!

† *Æn.* 3. Et in illo Virgilij † de Cyclope:

--- Iacuitque per ætrem

Immensum:

† *Æn.* 2. quo prodigiola ejus magnitudo significatur. Par ratio in illo *:

Demissum lapsi per funem:

quo innuitur equi ligni altitudo. Item 1. Georg.

--- Cùm

Cum jam glaudos atque arbores sacra

Deficerent sylva.

h.e. non solum alijs, sed & sacrae quoque. Et IV. *Aenid.*

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam

Degere more ferae?

Nam conqueri videtur Dido de matrimonio, cum tamen eo affectu prorumpat, ut vitam absque connubio non hominum, sed ferarum putet. Et haec de tropis veris, eorumque speciebus, & affectionibus.

CAP. XIII.

DE IIS, QUAE FALSO INTER TROPOS REPONUNTUR.

CUM in omni tropo requiratur immutatio significationis: nentiquam Sarcasmus, Diasyrmus, Charentismus, & Asteismus, Ironia species statumenda sunt; neque etiam Onomatopœia, Epitheton, Icon, Periphrasis, Antiphrasis, & Hypallage, inter tropos referri possunt.

I. DE SARCASMO.

QUIMADMODUM, ut vidimus, distincti à multis constituuntur tropi, qui troporum sunt aliorum vel species, vel affectiones: itidem & tropos alios alijs subjecerunt, qui neque troporum sunt species, neque affectiones, neque etiam distincti tropi. Hoc pacto quatuor statuunt ironiae species; sarcasnum, diasyrnum, charientismum, & asteismum. Ratio, quae eos compulit, est ista, quod sint species irrisionis. At idem, ac est irrifio, putarunt esse ironiam. Verum licet ironia semper fiat cum irrifione, irrifio tamen saepe fit sine ironia. Neque enim semper in irrifione significatur contrarium; sed saepe intelligitur, quod verbis primò significatur.

Est autem sarcasmus, hostilis irrifio. De *ετυμολογία* nominis haut convenit inter eruditos. Mihi verisimile fit, *σαρκάζειν* proprie dici de canibus carnes ossaque ad rodentibus; ut proprie sit *σαρκασμός* irrifio, quae fit cum rictu, qualis est canum, cum inimicè super osse mutiant hirriuntque. Aliter tamen hæc super re alij scribunt. Apud Galenum quidem in Gloss. Hippocratis exponitur, *διὰ τῆς ἐξ χειλῶν διέξεως χαλιδάζειν* irridere cum labiorum morsu. Ita *σαρκασμός* proprie sit, cum

quis morsis labris subsannat alium. Quamquam nec defunt, qui pro
 * morsu. δειξέω* legant δειξέωσ†: ut *σαρκομυς* juxta eos sit irrifio, quæ fiat didu-
 † monstra- cōis labris, ostensâque dentium carne. Julio Cæsari Scaligero * *σαρ-*
 * lib. 3. de *κομυς* est hostilis irrifio super jam mortuo, vel mox certò moritu-
 re poet. cap. ro. Nam putat, *σάρκα* propriè esse *cadaver*; quomodo, ut annotat
 86. Eustathius ad Iliad. γ. *σάρμα* quoque apud Homerum perpetuò dicitur
 † vincio. de inanimis, at *δέρμα* de vivis, puta à *δέρω* †, quia sit quasi *δερ-*
 * vincula. *σμυς* *. Certè ab eâ *σαρκός*, quam dixi, significatione, *σarcophago*,
 (quo sepulchrum significari, autor est Nonius in Capulo) inditum
 est nomen. Idem quoque stabiliunt origine Latinæ vocis, siue sit à
 cadendo, siue à carendo. Quidam enim *carnem* ita dictam volunt,
 quia cadat, atque ita communem habere originem cum cadavere.
 Ac de origine quidem *cadaveris* nullus controversabitur. Quem-
 † à cetero- admodum enim Græcis *κάρμα* est *σὸν τὸ κίβειν*, ita & Latinis *cadaver*
 * Ep. 6. dictum liquet à cadendo; unde divinus poeta *:

--- *Belloque caduci*

Dardanide.

Et Lucanus lib. vi:

Carmimbus magicis opus est, herbisque cadaver

Ut cadat.

At de *carnis* ἐτυμολογία hanc immeritò fortasse scrupulum alicui
 injicit; quòd alijs à carendo dici aiunt, quia careat vitâ; quò re-
 † 4. Georg. spexisse videri queat idem Maro, eum de apibus ait *:

--- *Tum corpora luce carentum.*

* in Hecyr. Sanè Donato † videtur ex eo *carnifex* dictus, quia carnem faciat
 è vivente. Imò Scaliger quoque ejus vocis ἐτυμολογία suam sta-
 bilit sententiam super origine propriâque significatione tum *σαρκα-*
σμυς, tum *carnis*. Verumtamen (liceat nobis porrò Rhetorum areas
 adspargere pulvere Grammatico) magis placet, ut *caro* sit à *κρίαις*,
 quandoquidem † fere in Latinis locum mutat: quomodo à *τίβλις* est
rener, à *σπώνυς* *sterno*, à *κρίαις* *cerno*, à *καρκίνῳ* *cancer*: atque eadem esse
 ratio in alijs plurimis. Nec displicet, ut *facere* in hac carnificis voce
 sit *interficere*; tum quia, ut Græcis *πέζειν*, ita Latinis *facere*, quoties
 de sacrificando animali fermo est, *μαελλare* notet, tum quia hæc ma-
 etandi seu occidendi significatio remansit in composito *interficere*.
 * Andr. Nam *inter* non rard in compositione auget, ut innuit Donatus *, qui
 ad 4. sc. 1. adauctivam particulam vocat, ac *interurbare* explicat non medio-
 † Lun. act. critè turbare, & *intercipere* totum capere; eodemque modo dici
 2. sc. 1. vult *interfectum*, & *interemissum*. Nam *emere* significabat tollere, sumere;
 unde

unde in vett. gloss. *Abemit, ἄβειν*. Nec in solo *interficiendi* verbo primogenii vim cernere est. Nā, ut hoc quoque *ἄβειν τὴν ὀδονταίαν* † *obiter*.
neamus, confici, eodem Donato † teste, propriè dicuntur gladiatores
 gravissimis occumbentes vulneribus: eoque modo dixit Seneca lib. † *Em. act.*
 III. de irā cap. ult. *Quos cum alter alterum vexarit, suus confector ex-* † *sc. 2.*
pectat. Hinc extensa ad animantes quovis significatio: ut cum sicā
conficere aliquem legimus apud Tullium, *confectores ferarum* apud
 Tranquillum, & *confectorium* in veteribus glossis, pro loco in quo
 fues interimuntur. Exponunt enim *χοιροσφαγέων*. Et hæc hætenus.

Quod si placet ea *σαρκασμὲ ἐπιμολογία* ac definitio, quam è Scali-
 gero adsignavimus, propriè Sarcasmus sit in illo Turni XI I. Æn.

En agros, &, quam bello Troiane petisti,

Hesperiam metire jacens.

Et hoc x. Æn.

Istic nunc, metuende, jace.

Verè quoque ac propriè *σαρκασμὸν* fuerit isthoc Iudæorum in Chri-
 stum Matth. xxv II: *Alios salvos fecit, se ipsum non potest saluum face-*
re. Item: *Si filius Dei est, descendat nunc de cruce.*

II. DE DIASYRMO.

ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ, eidem Scaligero, est par acerbitate, sed extra
 cædem. Vt IV. Æn.

I, sequere Italiar: ventis:

& apud Comicum in Andriā act. IV. sc. III:

Nova nunc religio in te isthæc incessit, cedo.

Vbi tamen Eugraphius Sarcasum statuit; latiùs nempe Sarcasmi voce acceptā. Illustre etiam diasyrmi exemplum apud Orosium
 occurrit in apologetico † de arbitrij libertate: ubi Pelagium deridet, quia putaret, portare se posse onus legis divinæ, vivereque sine peccato: *Sed tibi, inquit, specialis inde portandi oneris fortasse fiducia est, quòd, balneis epulisque nutritus, latos humeros gestas, robustamque cervicem, præferens etiam in fronte pinguedinem.* † pag. 748. edit. Colos. An. 1582.

Aquilæ Romano diasyrmus dicitur esse elevatio aut illusio; definiturque figura, quā ludentes, quæ ab adversarijs dicuntur, solvimus: qualis est totus ille locus pro Murenâ in Sulpicium de jure civilli. Hoc schemate ex consilio Gorgiæ utemur, quoties vix est, quod argumentis adversæ partis respondeamus. Gorgiam certè *εἰρωνείαν* frequentasse, ac cum dissimulatione isthæc uteretur, inusitata etiam,

& peregrina verba usurpare solitum; autor nobis Aristotel. lib. III. Rhetor. cap. VI. Julius Rufinianus, qui in operis ingressu ait, se ea persequi velle, quæ Aquila præterierat, diasyrnum vocat figuram, quæ rem aut personam elevamus. Sed Aquila quoque elevationem esse monerat. Interim verè uterque. Nam & ipse Aristoteles tertio Rhetor. & Demosthenes pro Ctesiphonte, *διαρίγει* usurpant pro astutè extenuare atque elevare adversarij argumenta.

III. DE CHARIENTISMO.

CHARIENTIS MOT vox est à *χαριεντισμός*: quod glossæ Benedicti exponunt *carinari*. Isidorus ꝑ similit. *Carinantes, inludentes*. Nempe velut Græcis *καρπύριον* est à *καρύειον*, ut propriè signet, è ponte convicia jacere: ita *carinari* propriè est è carina, infimâ navis parte, conviciari. Sed *καρπύριον* sumitur pro *objectare probra*: ut exponit Festus, & Ennius ꝑ usurpat. At *χαριεντισμός* dicitur ex eo, quia Græcis sint *χαρίεντες*, qui Latinis *falsi*, ut *χιδεῖντες sales*. Itaque charientismus, juxta Rufinianum, est irrisio cum amœnitate mordax. Vt in hoc Ciceronis *; *Facite enim, ut vultum ipsius, & illam usque ad talos demissam purpuram cogitetis*. Alijs charientismus est, cum dura gratiosis verbis molliuntur; ut in illo ꝑ Davi ad Simonem: *Bona verba quæso*, h. e. *Εὐφραμα φάσθαι*, meliùs ominare. Geminum huic isthoc Plauti Persa ꝑ: *Bona pax sit potius*. Item Maro, & Cicero, non uno in loco: *Di meliora*. Quod integrè expressit Tibullus ꝑ: *Di meliora ferant*. Vide de hac loquendi formula Hier. Ferrarium in Philippicam IV. De charientismo ita Diomedes ꝑ: *Charientismus est, quo dura dictus gratiosè proferuntur, ut cum interrogamus: Numquis nos quæsierit? & responderetur: BONA SALVS, vel FORTVNA: quo intelligitur, neminem nos quæsivisse*. Idem iisdem penè verbis refert Isidorus lib. I. Originum. Metuo autem, ne hæc consuetudo posterioris tantùm seculi fuerit: quamvis V. N. Janus Duza lib. I. Plautin. explicat. cap. X. ad eumplè morem respexisse existimet Plautum, cum Euclio ꝑ, absente se, omnibus vult oclusas obseratasque esse fores, usque aded, ut ne Bonam quidem Fortunam intronitti velit.

IV. DE ASTEISMO.

ASTEISMOs est jocus urbanus; ut apud Athenæum * : Εἰ μὲν π. lib. 3.
 τῶν ἰβῶν ἰαρεῖ,

--- χαίρω

Λιβυκαῖον βέλγας, ταῖσι τ' Ἀγνωνθ. φλάνας †.

Sententia est, qui tam prodigus est honoris sui, ut istiusmodi res scriptis consignare non pudeat, is per me licet eadem se oblectet futilibus ac mendaciorum manifestis (sic enim vulgò judicabant) Hannonis, Carthaginensium ducis, commentarijs de suâ in Atlantico Oceano navigatione, novisque inibi ab se terris inventis. Est igitur planè geminum illi Maroniano †,

Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi.

Facet quoque Cicero * parvam Lentuli, generi sui, staturam irridebat, cum diceret; *Quis generum meum ad gladium alligavit?* Nec urbanè minus Philippus Macedo, cum Persas cogitaret in suam redigere potestatem, eoq̄ue in Persiam misisset exercitum, scripsit, milites à se missos, quòd comperisset, eos seditione vexari; bonorum autem virorum esse, cum id fit, alijs succurrere.

† Si quid
 bonum in li-
 bros revulsi-
 luba, oblie-
 scet se Li-
 bycia libris,
 & Hannoni-
 nis evoni-
 bu.

† Ecl. 3.

* apud Mn-
 crobium lib.
 2. Saturn.
 cap. 3.

V. DE MYCTERISMO.

SVNT &, qui Ironiæ speciem faciunt Mycterisimum, quo alium quis --- naso suspendit adunco †. Id enim est μυκτηρῖσος, à μυκτηρ, quâ voce nares significantur: unde, quòd Græci Ἀΐκιδὸν μυκτηρῖσος †, id M. Seneca * *nasum Atticum* vocat. Nempe δία † πῶ Ἀΐκιδω δειμύπητα ἐστὶ σκώμμα † †, ob quam & εἰρωνες * appellantur. Verùm μυκτηρισμός non magis Ironia est, quàm Sarcasmus, aliæque irrisionis speciei s. Pollux quidem scribit, ἐπὶ τὸν εἰρώνα τῖρες μυκτηρῖσος καλεῖται. Verùm si non quicquid σκώμμα, sive disterium est, id continuò pro Ironiâ haberi debet; verùm tum demum εἰρωνικὸν censetur, cum in eo intelligitur contrarium: quantò minùs μυκτηρισμός fuerit Ironia, in quo nec contrarium intelligi unquam potest, quandoquidem non verbis fit, ut sarcasmus, sed gestu; naso puta, quem subdola esse irrisioni dicatum, scribit Plinius lib. xi. cap. xxxv. unde idem Præfat. in Nat. hist. Lucillum, quia fatiram invenit, ait styli nasum condidisse. Et Martialis † ridet Tongilianum nihil habentem præter

† Horat.

† Lucianus
 contrarium,
 qui dixerat,
 Prometheus
 as in verbis.

* Suidas
 ἰ.

† Lucianus
 ibidem.

† Atticam
 illam mor-
 dendi acer-
 bitatem.

* Lucianus
 ἐπὶ γο-
 μανίας.

† lib. 12.
 epig. 90.

ter

ter nasum, quia pauper erat, a. acris aliorum censor. Atque inde

* lib. 4. 3. *nasuti* dicuntur: unde idem Martialis * :

ep. 2.

*Nasutus sis usque licet, sis denique nasus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,
Et possis ipsum tu deidere Latinum:
Non potes in nugis dicere plura meas.*

Quin capse de causâ à *κωμῆ*, quo tum narium sonus, tum *κλῆ-*

† *inculpa-*
um.

κλῆς notatur, *ἀκρόμακ*; quasi *ἀκρόμακτα* dici volunt.

‡ Non irri-
detur ac
quasi nasus
suspenditur
Dens.

Latè *μυκτηρισμῶ* nomine utitur Apostolus, cùm cap. vi. ad Gala-
tias inquit, *Θεὸς ἐν μυκτηρίᾳ* †. Nam hic *σικκιδόχητος* quævis intel-
ligenda irrisio, sive ea cum gestu fiat, sive secus. Sed & Simplicio
in Epictetum *μῶν* †, sive sanna est ὁ *μυκτηρισμὸς* ἢ ὁ *διὰ τοῦ χόματ* †.
ἐν τῷ στόματι. At plura sunt *μῶν*, sive sannæ genera, inter quæ prin-
cipem hæc tria obtinent locum; ciconia, auriculæ afini, & lingua
canis: de quibus apud Persium legere est sat. 1. & B. Hieronymum
epist. ad Rusticum Monachum.

VI. DE MIMESI, APOPHASI, ET ΚΑΤΑΡΑΣΙ.

NE c rectiùs ad Ironiam referunt *μίμησιν*, cùm eâ plurimùm in-
telligi debeat, quod verba propriè sonant. Est enim *μίμησις*,
cùm verba aliorum referimus directâ oratione. Nam si obliqua
fuerit oratio, non est *μίμησις*. Itaque *μίμησις* non fit, si hoc pacto ser-
monem feram: Feneratores ac negotiatores à summo Iano ad
imum usque exemplo suo docent, primò pecuniæ habendam esse ra-
tionem, post curandam virtutem. At *μίμησις* est, cùm hæc directâ
oratione effert Horatius epist. 1. lib. 1:

*O cives, cives, quærenda pecunia nimium est.
Virtus post nummos. Hæc Ianus summus ibi imo
Prodocet.*

† cap. 7.
huius lib.

Ita legendum esse, non *perdocet*, ostendimus suprâ *. Vt *prodo-*
cet fit *palam* docet. Nam id interdum *pro* valere in compositione,
auctor est Festus.

Similis *μίμησις* est Psalm. secundo vers. 3. *Dirumpamus vincula, &
projiciamus a nobis funes eorum. Habitans in caelis ridebit, Dominus sub-*
sannabit eos. Nam primò David verba adversariorum recitat: inde
responsionem subjicit.

Nonnulli quoque Ironiæ subjiciunt *ἀπόφασιν*, & *κατάρασιν*: illâ *πε-*
gamus,

gamus, quod agimus: hâc agimus, quod negamus: *ἀπόφασις* sit, Non dicam hoc loco, quæ libidinosè in legatione patrârît: *κατάφασις* sit, Prætereo, quæ libidinosè egit in legatione. Verùm nullam hic video ironiam. Nam quod disertim scribunt, non dicam accipi pro dicam, quodque prætereo interpretantur *minimè prætereo*, id vellem Rhetoribus illis nunquam excidisset. Sed hâc de re aliquid quoque dicemus, cùm de Præteritione agemus in *ῥηματολογία*.

VII. DE ONOMATOPOEIA.

MULTOS præterea vulgò recensent tropos, qui troporum numero non sunt inferendi: cujusmodi sunt *ὀνοματοποιία*, *Ἐπίτιτος*, *Εἰκὼν*, *Πειρώσεις*, *Ἀντιρώσεις*, & *Ἦ παλλαγή*.

ONOMATOPOEIA Ciceroni in tertio de Orat. vocatur *verbi fabricatio*; quomodo & in Lucullo ait *verba fabricari*: ac III. de Oratore pro eo quoque dixit *verba facere*, & *novare*. Fabius lib.

VIII. cap. VI. *ὀνοματοποιίαν* interpretatur *filiationem nominis*. Quamvis autem hæc ab Eustathio vocetur *Ἐπίποιησις*, propriè tamen tropus non est, quia non mutatur hâc propria vocis significatio, sed rei carenti nomine nomen à sono inditur. Atque id quoque vidit P. Fonseca lib. I. *Dialecticarum Institutionum* cap. IX. Errat tamen, cùm existimat, quia onomatopœia non immutat significationem, non omnem tropum eam immutare; cùm ex eo, quod tropus omnis significationem invertit, potiùs colligere debuerit, onomatopœiam tropum non esse. Est autem onomatopœiæ exemplum *βουβαλοβόμβαξ* apud Aristophanem; item *ἄβύεσμα* apud Theocritum, pro susurro arborum, quem eduat ventulo spirante; nisi quis malit, propriè esse insufurationem in aures, ut fit à *ἄβυ τῶ λαπύγῳ*. Sonus quoque, quem buccæ inflatæ collisæque edunt, ut fit à *ἄβυ τῶ λαπύγῳ*, *scloppus* dicitur, sive, ut in veteribus membranis Persij, ac Prisciani, etiam nostris, legere est, *scloppus*, sive *sclopius*. *Gannire* vulpium, vel potiùs canum est, voce caudaque heris præ gaudio adulantium; ut cùm origo indicat (est enim à *γάννυμι*, h. e. *gaudere*) tum Lucretij illud lib. V. de catulis: *Gannitum vocis adulant*. Itaque rectè in veter. glossis, *Gannit*, *σκύζω*. Nam *σκύζω* propriè canum est, teste Helychio, & Eustatio in II. θ. Apud eundem Lucretium † invenias *bau-* † lib. 5.
bavi pro *latrare*, nempe ab *ἄβυ ἄβυ*, quem Aristophanes canum latrantium sonum facit: eaque examussim optime ratio videtur Iano Duzæ, cur in Casina prologo legamus, *Plantius cum latrantium nomine;*
h h
quamvis

quamvis aliter hæc de re Camerarius, Canterus, Scaliger. *Mutire* quoque canum proprium est, factum à *μύ*, ut à *χρ* est *grunnire*, quod proprie est animalis istius, cui diceba: Chrylippus animam profale datam, ne putiferet. Græci itidem *χρῦρον* dicunt, quo usus Aristophanes in *Nebul. Act. III. sc. III.:* *χρῦρον μὲν εἶμι φωνῶ παίδες χρῦροντος μὲν εἰ ἀέσαι.* Primum, inquit, nec vocem oportebat audire *pueri* vel *grydicentis*. Ineptit interpret, cum verit: non oportebat morem gerere. Sed & volucrum quarundam nomina sunt à sonis facta: cujusmodi sunt, teste Varrone lib. iv. de L. L. *Ψυπα, Cuculus, Corvus, Hirundo, Vlula, Bubo; item hæ: Pavo, Anser, Gallina, Columba:* quibus, Fabij iudicio, addendum *Graculus:* quem ineptè Varro † ita dictum putabat, quòd gregatim voler, quamvis non fugiat me, in veteri verbo esse, graculum semper addidere graculo, ac Græcis quoque

† lib. 4. de L. L.

† *mutium* receptaculo

† *q. d. procal*

† *faculantem.*

† *nonius* est à *bombardi.*

† *epistola* præfixa *Poëtiæ.*

† *Iohannes* *Trenten-*

† *Blondus,*

† *polydo-*

† *mus Virgil.*

† *B. Plati-*

† *na. Vide*

† *de ejus in-*

† *ventione, si*

† *voles, Sa-*

† *onicus Chal-*

† *condylā in*

† *rebus Tur-*

† *cicis lib. 5.*

† *Hierony-*

† *mū Magium*

† *Messall. lib.*

† *i. cap. 1.*

† *Out. ff. 0*

† *122. 15 2'*

† *di. Rom.*

καλοῖς sit à *καλῶ*, quod est, *conglutino*. Quibusdam etiam *ὀνοματοποιῶ* vocatur, quælibet novi nominis effectio: ut cum Siculus Dionysius virginem vocaret *μέγαυρον*, quia expectat virum; *κύλον* verò seu eolumnam diceret *μενεκῆτι*, quoniam manet continetque; & *τάς ἡς μὲν δεικνύσεις* †, rectè dici putaret *μυσίαι*, quia mures servant. Multa istiusmodi finxit Alexarchus rex, qui Uranopolim in Macedoniâ condidit: nonnulla item Atticus Herodes, alijsque onomatothetæ. Exempla compluria adfert Athenæus lib. i. Deipnos. & ex eo Cælius Rhodiginus lib. xx. v. cap. v: sed præterito, ut sæpe alias, auctoris, ex quo transcripsit, nomine. Eiusdem generis est, quòd Lascaris bombardam *πλεβέλον* * vocabat. Vt cum ait, *κατάσσει πλεβέλον* †. At ipsa *bombarda* vox partim huius, partim prioris esse generis videtur. Nam nomen hoc ei impositum arbitrantur, quòd cum sonitu & flammâ globos ferreos evomat: nempe à *bombo*, & *ardeo*. Iustus tamen Lipsius alicubi † refert, *Lombardam* vocari in superioribus annalibus, quod prior etymo repugnat. Verùm bombardam quoque scripsit, & à *bombo* atque *ardeo* deduxit Laurentius Valla, qui anno c̄lccc̄c̄xx. clarruit †, h. e. non ita multò post bombardam inventam: ut quam anno c̄lccc̄lxxx. juxta quosdam †, aut biennio antè, juxta alios *, in perniciem generis humani invenerit quidam Constantinus Anclitzen Friburgensis, vel Bartholdus Suaz, professione monachus, at chymix studiosus. Nec ineptè bombardæ nomen inditum à *bombo*, cum *bombi* vox non tantum dicatur de apum strepitu, aut sono potuli bilbientis, de quo mox dicam: sed etiam, Eustathio † teste, tonitruū tribuatur, cujus sonum bombardæ imitantur.

Quamvis

Quamvis autem ὀνοματοποιία Fabio quoque generatim dicatur esse nominis fictio : non tamen adsentio Ludovico Carboni, qui lib. I. de eloc. orat. scribit, ὀνοματοποιίας strictè nimis definiri, cum dicitur, hæc nomen a sono fingi. Sanè exempla etiam à Fabio adducta sonum exprimunt, ac Eustathius quoq; disertim scribit, ὀνοματοποιῶν μιμίξαι τὴν τῶν ποιῶν ἤχον †. Sumitur quidem latè interdum ὀνομα- † ὀνοματοποιίας vox : quomodo Alexarchus, alijque, qui derivatione aut compositione aptè vocabula fingeant, onomatopœtæ dicti sunt : verumtamen satius sit hæc distinguere. Nos quidem discrimen ponimus inter tria hæc genera, ὀνοματοποιήματα, novata, eaque quæ sonum quidem exprimunt, verùm nihil significant ex instituto. Nam tantammodo sonum imitatur illud Aristophanis in Ranis: βορβουρέξ καὶ κῆξ καὶ ξ : item pleræque interjectiones, ut quæ risum aut fletum fingant, cujusmodi tantum κχι μίμωσις ἐκφῶρον †, at nihil significant † ἰmitatione soni exprimitur. Quædam autem ita exprimunt sonum, ut etiam significant ex instituto : cujusmodi inter alia, quæ supra commemorabamus, est bombus, quo Homerus significat sonum remorum † in aquis de manibus decidentium, aut galcæ * de manibus lapsæ : † Odys. 203. crebrò verò ponitur pro strepitu apum, quæ iccirco Græcis dicuntur βορβουρέξ, Latinis bombilare, vel, quod malim, bombitare, teste Festo, & auctore Philomelæ. Pocolum quoque oris angusti & oblongi colli βομβυλλῶν appellatur à sono, quem liquor edit per angustum tramitem exiens. Latinis id est bilbere, vel bilbere. Nævius : bilbit amphora. Gloss. Philoxeni : Bilbit, βομβύξι. Istiusmodi propriè facta dicuntur κατ' ὀνοματοποιίαν : unde Isidoro * ὀνοματοποιία definitur, ἡ ὀνομα- * lib. 1. Onomatopœia ad imitandum sonum vocis confusæ. Quædam denique ex instituto significant, & novè sunt conficta, verùm haut referunt sonum : atque hæc vocamus novata. Quæ & ipsa trium sunt generum. Aliqua enim planè sunt nova : cujusmodi Demetrius esse docet κινιδεία pro tympanis, ac mollibus quibusvis instrumentis : item ἰλαφαιπύς, quo usus Aristoteles † pro elephantis rectore. Sed hæc in parte lapsus Demetrius, ut mox dicam. Alia verò à veteri voce facta sunt παρεργαί † : quomodo Aristoteles ab αὐτῶς, quod est μέγας, † derivavit finxit αὐτότης, quomodo item Plautus finxit ipsissimus, Varro munificentiæ, Juvenalis * Stoicidas, quasi Stoicorum propaginem. Nam errat vetus ejus potestatis interpretes, cum ait, sic vocari contemptim quasi feminas, non viros. Siquidem Stoicidæ dicitur, ut Æneade. Apud Terentium † quoque legas mulieritas. Quin, quicquid dicat Demetrius, ipsum κινιδεία quoque, & ἰλαφαιπύς, hujus sunt generis, cùm illud

illud sit à *λύαιδ* Θ , hoc ab *ἐπίθης*. Quamquam mihi quidem Demetrium in re tam clarâ alucinatum esse, vix verisimile sit. Quare cul-
 pam conferre malim in *βελαιοςβέλαιος*, quos verba isthæc trajecisse ar-
 bitror è secundo genere in primum; cuius nulla à Demetrio addu-
 cta esse exempla, sibi persuadere non poterant. Nos id facile con-
 coquimus. Putamus enim, primis tantum linguæ cujusque auctori-
 bus concessum esse, ut multa fingant primogenia, quæ aliorum qui-
 dem origo sint, ipsa verò à nullo originem trahant. Et hæc de se-
 cundo genere. Quædam denique è pluribus vocibus antiquis no-
 vè componuntur; ut *pietaticultrix* de ciconiâ, apud P. Syrum: item
 † *lib. 19. cap. 7.* Quæ omnino nova sunt, ea similia sunt ædificio, cujus & fundamen-
 tum, & structura, planè sunt nova. Quæ derivatione sunt, ea re-
 ferunt domum veterem, in quâ ad structuram antiquam aliquid æ-
 dificatur novi. Quæ facta sunt compositione, ea rectè conferas cum
 binis ædibus, quæ contiguæ cum essent, muro intermedio diruto,
 unique subjectæ recto, unum sunt factæ ædificium. Vide & quæ-
 dam de *ἑποματοποιία* apud Eustathium in Iliad. A, ad vocem *ἐκλαξαρ* †.

† *lib. 19. cap. 7.*

† *pag. 39. edit. Rom.*

VIII. DE EPIETHETO.

A *ἑποματοποιία* transeamus ad EPIETHETON, quod ipsum quo-
 que inter tropos retulerunt. Et certè *ἐπίθετος* in quibusvis tropis
 * *En. 6.* locum habet. Ita *ὑπαροκειῶς* Maroni *, ac Tacito † dicitur, *cruda &*
 † *in vicia Agricola.* *viridis senectus*: Ovidio †, *discordia semina rerum*: eidem alibi, tralatio-
 † *Met.* ne ab humanis factâ ad divina, *Inachis*, h. e. *Isis*, *lauta* vocatur, quòd
 * *lib. 1.* ei sacrificarent anferem. Sic enim poëta ille Sulmonensis * ait:

Fast.

*Nec defensa juvant Capitolia, quo minus anser
 Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.*

* *lib. 1. sat.*

Jecur anseris divitum mensis apponi, ait Juvenalis *. Atque erat
 † *Plinius 1.* inter alitum jecora maximè in delicijs †; ut jecur suis inter qua-
 † *cap. 22.* drupedes †, nulli inter pisces *. Metaphorâ quoque ab animalibus
 † *idem lib.* sumtâ dixit Plautus Pseudolo †:

5.

† *Plinius 1.*

10. *cap. 22.*

† *idem lib.*

2. *cap. 51.*

* *idem lib.*

7. *cap. 17.*

† *Fast. 1. vs.*

† *Pseudolo, no.*

animis.

Eme die caca hercle olivum, id vendito oculatâ die.

Vbi *dies caca* dicitur, cum solutio differtur in diem: *oculata*, cum
 præsentî pecuniâ, ac Græcâ mercamur fide: prout explicat Festus
 Pompeius. Alteram quoque interpretationem vide apud Alcia-
 tum lib. 1v. *αὐτίκων* Iuris cap. xi.

Nec *ἐπίθετος* minùs in cæteris tropis, quàm in metaphorâ, reperire
 est.

est. Sanè *ἰσθρῆ μῆτιν ἔχουσα* sunt *pallida mors* *, *bruma iners* †, *præceps* * *Horat. l. 1. ira* †, aliaque innumera. *Συνδροχῆ* sunt *Chaonia glans* * pro quavis, ^{1. od. 4.} *Achelosa pocula* † pro aqueis, *Massica vina* † pro quibusvis, qualia ^{† idem l. 4. od 7.} itidem se offerunt passim. Ironia denique in epithetis est, cum Iu-
no Veneri † ait:

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis.

Item, cum apud Plautum * Hegio ita compellat Stalagmum, ser-
vum fugitivum, qui Hegioni filium quadrimum subripuerat :

Age tu, illuc procede, bone vir, lepidum mancipium meum.

Verùm non si in omnibus tropis locum habeat *ἰσθρῆ*, id rectè
iccirco inter tropos reponatur; cum nullà non paginà se offerant
ἰσθρῆ, in quibus nullus sit tropus. Velut Ecl. 1. *patula fagus, tenuis*
avena, formosa Amaryllis, salices amara, impius miles, frons viridis, plu-
raque alia & pueris obvia. Propriè quoque *Athene* dicuntur *Atticæ*:
nempe ad discrimen Athenarum Bœoticarum, quæ aliter *Ἰσθρῆ*
μυδὸς dictæ, & Euboicarum, quæ vocatæ *Διαιδῆς*, atque item aliarum,
cum sex septem urbes fuerint cognomines. Quæ de re vide Step-
hanum *ἰσθρῆ*, & locum quandam in vitâ Arati *, quæ Hipparchi,
& Achillis Statij in eum poetam commentarijs subiicitur. Sic verò,
ut dixi, loquitur Plautus Rudente †:

Imò Athenis natus, altus, educatusque Atticis.

Eodemque modo locutus idem Mil. Glor. † Item Macrobius lib. 3.
vix. Saturn. cap. 1. Symmachus lib. v. epist. xxx. Quis etiam, nisi
mente oculisque captus, nivem dixerit impropiè a Poëtis vocari
candidam; aut olores ab ijs candidos impropiè dici? Nam etfi &
Horatius lib. 1v. od. 1. *olores* dixit *purpureos*, cuius in locum quidam
agrestes *marmoreos* substituunt; licet quoque Pedo Albinovanus ad
Liviam *nivem* appellet *purpuream*, cum inquit:
Brachia purpureâ candidiora nive:

non tamen Anaxagoræ delirio, qui nivem esse atram defendit †,
similia fomniarant: sed neque *συνδροχῆ* id intelligit Horatius; † *Galenus*
nempe pedum ratione, quod in primâ Novarum Lectio- ^{lib. 2. de sa-}
tione scripsit Canterus: neque apud Pedonem pro *purpureâ* esse ^{culi. script.}
perpurâ legendum, fidem mihi fecerit Ptolomæus Flavius †: neque, † *obseru-*
cum de brachiorum candore sermo sit, Pedo respexisse potuit ad ^{cap. 24.}
id, quod in Armeniâ nix rubra est, quia partibus ærijs prævalent ^{† lib. 5. de}
terrestres ob minij copiam; uti scribit Eustathius in Iliad. 1; aut ^{hijor. ani-}
quodd, teste Aristototele *, & Plinio †, nix omnis vetustate rubescat, ^{mal. c. 25.}
partibus ærijs paullatim exhalantibus: verùm, vel apud utrumque ^{† lib. 1. 1.}
^{cap. 35.}

poëtam *purpureus* Græcorum more accipitur pro splendido ac pulchro : quomodo Servius exponit illud Virgilij* :

* L. Æn.

--- *Lumenque iuuenta Purpureum* :

& Valerij Flaccus lib. iv. *salem* dixit *purpureum*, cum non tam album, quam candidum, significaret (*florem salis* vocat Cato cap. lxxxv i i i. cui inibi opponit *salem popularem*) vel potius respiciunt ad albæ purpuræ genus, de quo Plutarchus in Alexandro, & ex eo Hermolaus Barbarus, ac Hieronymus quoque Mercurialis lib. vi. Var. Lect. cap. xxv. Qui, puto, scriptores, sic satisfaciunt, ut non laborandum sit, quid Nicolaus Erythræus eâ de re senserit in libello de Coloribus : ubi se hanc quæstionem ait † explicasse. Quem ejus commentariolum non arbitror unquam fuisse editum in lucem : uti nec alia multa, quorum in Indice meminit Virgiliano.

† *In fine Virgiliano voce Purpura.*

Quia verò se hoc loco commoda suggestit occasio tractandi de epithetis : neque illud prætereundum arbitror, Oratorem, ut scriplit Aristoteles in tertio Rhet. haut debere *ἐπιθετοῖς ἢ κενετοῖς, ἢ ἀκαταποῖς, ἢ ἀκαταποῖς* †. Itaque, ut idem inibi asserit, poëtis quidem lac candidum vocare licet : atque, ut scribit Fabius lib. vi i i i. iisdem concessum est *vina* appellare *humida*, quod Maro fecit x i i. Georg. verùm in prosâ epitheta, quæ necessaria non sunt, frigidam reddunt orationem ; quemadmodum & grandiora epitheta, & nimius epithetorum usus. His omnibus modis peccabat Alcidamas, quæ oratio ejus, ut frigida, non ab Aristotele modò damnatur, sed etiam Demetrio. Quin Platonem ipsum, quodd multus sit in epithetis, reprehendere haut dubitat Dionysius Halicarnassensis †.

† *epithetis aut longis, aut intensis, aut crebris uti.*

† *ὅτι τὸ ἀκαταποῖς ἢ κενετοῖς, ἢ ἀκαταποῖς.*

Appuleium sanè, scriptorem doctissimum, ejusdem culpæ reum esse, non vultus modò, ad cujus palatum is nihil sapit, sed eruditi quoque contentur.

Esi autem negari non possit, in poëtis etiam aperta ac perpetua epitheta locum habere : plurimùm tamen apud omnes scriptores, aut distinguunt, aut addunt, aut minuunt. Nam cum *dolum malum* vocant, discriminis gratiâ sic loquuntur. Scio aliter ipsi quoque Camerario † videri, ut qui *malum* vocari velit, quia Latini soleant res arguente eo epitheto infamare. Sed distinctionis id causâ fieri, momento est, quòd dolum esse bonum negari non possit, si strategemate circumveniamus hostem, aut cum pueris poculo melle oblito propinamus absinthia, ut apud Lucretium, ac Themistium est. Sed neque, quod Fabius putabat, otioso Virgilius epitheto utitur, cum scripsit †,

† *Comment. in Ecl. i. Mar.*

† *Georg. 3.*

--- *ceduntque*

--- caduntque securibus humida vina.

Nam rem magis admirabilem facit, si dicatur, in Septentrionali plagâ vinum, quod naturâ humidum est, ita congelari, ut securibus cædatur. Eadem prope ratio in illo ejsdem * : *Dulcia mella premes.* * 4. Georg. Nam Corsicana mella sunt amara, ut Servius scribit. Ac Plinius quoque ejus rei causam adfert lib. XVI. cap. XVI.

Atque hæc de epithetis, eorumque usu, dicta sunt contra quosdam, qui vulgaribus præceptiunculis sufflati ac suffarcinati, non tam veritatis præsidio, quam aliorum auctoritate, sententias suas suffulcire didicerunt.

I X. D E I M A G I N E.

SED nec εἰκασία, sive ΕΙΚΩΝ*, rectè inter tropos recensetur. * *imago.* Neque enim invertit significationem, sed assimilatio quædam est: ut in illo Tullij lib. v. de Fin. *Sed animi cultus ei erat quasi quidam humanitatis cibus.* Neque obstat, quòd εἰκὼν ab Aristotele vocatur μεταφορὰ: quia μεταφορικῶς eum uti ipsâ μεταφορῆς voce, argumento est, quòd cum dixisset, εἶναι ἢ εἰκὼν μεταφορῆς †, mox subiicit, διαφέρει δ' ἢ ἐστὶν ἢ μῦθος †: quippe quæ solùm differat τῆ ἀποδείξει *, unde & à Demetrio dicitur μεταφορὰ πλεονάζουσα †. Itaque metaphora est in illo Taciti in quarto Hist. *Etiâ sapientibus cupido gloria novissima exiit.* At non metaphora, verùm icon est, cum Plato in eandem sententiam ait, *Τὴν κερδοσχίαν, ὡς τὰ λουδοταῖον χιτῶνα, ἢ ψυχὴν πῆχυεν ἀποτίθειν.* *Cupidinem gloria, seu ultimam tunicam, anima solet deponere.* Metaphora item est, si dicas Maximilianum in Germaniâ, Leonem X. in Italiâ, Franciscum I. in Gallijs primos ad bene sperandum de re literariâ signum sustulisse. At imago est in illo Ciceronis pro Marcello: *Ad bene sperandum de omni Rep. quasi signum aliquod sustulisti.* Metaphora est, cum Catullus † ait:

Orationem in Attium petiitorem

Plenam veneni & pestilentia legit.

† *carum.*

45.

At εἰκασία est, cum Sallustius * scripsit de moribus corruptis: * *in præfat.* *Post, ubi contagio, quasi pestilentia invasit, civitas immutata: imperium* *Carilinar.* *ex justissimo atque optimo crudele intolerandumque factum.* Metaphora denique est, si Socratem voces Silenos Alcibiadis: quia nimirum, ut Sileni Alcibiadis imagines erant exterius ridiculæ, interiùs autè artem repræsentarent divinâ, ita Socrates longè alius effret, quam ex-

terna

terna facies præferret. At imago est, si Socratem dicas similem Silenii Alcibiadis. Satius autem sit imagine, quàm metaphorà uti, quando periculum est, ne translatio durior videatur: quàm de re pluribus egimus cap. v. i. hujusce libri.

X. DE PERIPHRA SI.

PERIPHRA SIS, quam & ipsam inter tropos recensitam diximus, rem unam pluribus ambit verbis. Ita veneni periphrafin habes apud Plautum *, cum leno sic imprecatur convivis:

* *Perisa*
act. 5. sc.
Quis sum,
quicquid.

Di faciant, ut id bibatis, quod vos nunquam transcat.

Itidè pro juventute *annos meliores* dixit Seneca pater lib. i. Controv. atque è contrario pro senectute *malam atatem* dixit Plautus Aulul. Rudent. atque alibi: & ante cum *Africanus*, cujus elegantissimi isti versus apud Nonium leguntur in Senium:

† *Sic leg.*
pro quo per-
gram Scop-
pius Ni re-
ponit. De-
linimen-
ta enim his
sunt philtira,
& similia,
que mox
venena
vocantur.

Si † possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores annis.

Etas, & corpus tenerum, & morigeratio,

Hec sunt venena formosarum mulierum.

Mala atas nulla delinimenta inveni.

Periphrafin quoque habes in illo Livij Andronici:

Tum autem lascivum Nerei simum pecus:

ubi delphinus intelligit, qui naribus destituuntur, unde *simones* dicti teste Plinio lib. vi. ii. Histo. Natur. cap. ix. nisi generatim squamosum pecu, ut Plautus † circumloquitur, sive humidam ponti gentem, ut Maro * *sepe*, intelligi malis, quia pisces omnes simis sunt naribus. Quæ si sententia placet, eodem modo Livius pisces dixerit *Nerei pecus*, quo eos *Neptuni pecus* appellat Plautus Pseudolo †. Sed cur priorem magis sententiam proberemus, diximus notis in Tragicorum fragmenta. Eiusdem Virgilij ‡ est:

--- *Dant fruges manibus salfas:*

quo molam describit, quomodo vocari *far tostum*, & *sale sparsum*, quod ea *molita hostia adspargantur*, auctor est Festus. Imitatus id Arnobius initio libri vi. *Quod non tiera, neque fruges salfas inferamus.* Cæsei periphrafsis est in illo Ovidij §:

--- *Cum lacte coagula passo.*

Iudææ est periphrafsis in hoc Iuvenalis lib. ii:

Observant ubi festa mero pede sabbatha reges,

Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Idem

Idem sic *περὶ* Philippum Magnum †:

† sat. 12.

— Biberat quo pallidus emtor Olynthi.

Item Catonem Uticensem †:

† sat. 16.

Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus usquam.

Quali Nævium Plautus, Socratem Persius ac Manilius, circui-
cione exprefferint, vidimus, cum de antonomasia ageremus. Auso-
nij † est:

† Idyl.

26.

Sacra sigillorum nomine dicta colant.

Circumloquitur Sigillaria, quam vocem versus heroicis respuit;
unde & eadem hoc pacto *περὶ* Lucillius:

— Servorum festa dies est,

Quam planè hexametro versu non dicere possis.

Sed neque sacræ literæ *περὶ* aspernantur. Certè cum peri-
phrasid adhibeatur, vel ut splendidius aliquid proferatur, vel ut fec-
ditas evitetur: (utramque causam ponit quoque Isidorus lib. 11.
Originum) utriusque generis exempla in sacris occurrunt literis.
Prioris generis est in isthoc Iud. cap. v. 10. *Equitantes equas nitidas,*
residentes in iudicio, & qui proficiscimini per viam, confabulamini. i. viri
principes, iudices, ac mercatores. Alterius generis est, cum in ist-
dem *μεταληπτικῶς ingredi ad mulierem* † legimus pro *σωσισαζεν* * : aut
cum *tegere pedes* dicitur in mentione *ἡ τοῦ κρηλολυσίας ἄνθρωπος* † : quia
nempe non, ut nos, braccis utebantur Hebræi, uti nec Romani,
aut Græci, sed tunicis, quibus conquiniscentium pedes contege-
bantur: ut superius † diximus.

† Gen. 16.

2. & 29.

11. & Iud.

16. 2. & c.

† coire.

† cori, qui

advant ex-

onerant.

† cap. 10.

scil. 1.

Posse verò & *περὶ* proprijs constare verbis, eoque eam tro-
pum non esse, innumeris comprobari exemplis potest. Quis enim
tropus est, cum Maro Ecl. 1. ait,

— Quo sæpe solemus

Pastores ovium teneros depellere fœtus.

At *ovium teneri fœtus* est periphraſis agnorum, ut Servius agno-
ſcit, & cuivis paret. Quis etiam tropus, cum Athenæus lib. 11. v.
ſcribit, primum Perſarum regem (τὸν ἀρχὴν βασιλῆα) exiſtimare re-
ges peregrinis cibis veſci non debere? At Cyrum *περὶ* ſignari
conſtat. Quis item tropus, cum pro Thucydide (ſi is quidem *μο-*
νοψῆς † fuerit) ab Agathia *, atque alijs, dicitur filius Olori, vel po-
tius Oroli, quomodo ſcribendum docet Marcellinus in vitâ Thucy-
didis. Quis denique tropus eſt, ſi pro Cicerone dicas eloquentiſſi-
mus Romanorum, aut pro Varrone, corundem doctiſſimus?

† origeni-

tus.

† lib. 2.

Illud quoque poſtremo loco monere ex re fuerit, eſſe multo plu-
rima, in quibus periphraſin vulgè ſtatuant, cum tamen modificata
quidem ſint, at *περὶ* non ſint. Iſtiusmodi eſt illud Ennij †:

† apud Po-

ſtium ſup-

pernari.

His pernas succidit iniqua superbia Pœni :

quo significatur , ab Annibale Pœno quibusdam esse succifos poplites , ut progredi non possent. Hic , si multos audimus , *superbia Pœni* per periphrasin pro Pœno usurpetur. Familiarius exemplum dabo. Horatij * est:

* lib. 2. Sat. 1.

Virtus Scipiada, & mitis sapientia Lali.

Vbi *μετρωσιων* Scipionem & Lælium signari ajunt. Verùm factius sit hæc referre ad *μετρωσιων* adjuncti: ut *superbia Pœni* non *αωλω*s pro Pœno accipiatur; sed pro superbo Pœno: nec *virtus Scipiada*, ac *sapientia Lali*, pro Scipione, & Lælio; sed pro Scipione inclytæ virtutis, & sapiente Lælio, ponantur. Quomodo & Ovidius * dixit.

* 1. Fast.

--- *Trabeati cura Quirini:*

† lib. 1. eleg. 13.

pro Romulo curante, & sollicito. Item apud Propertium † legas,

*Nec sic cœlestem flammans amor Hercules Heben
Sensit in Oeteis gaudia prima jugis.*

Nempe *amor Hercules* non pro Hercule *αωλω*s, sed , quod multi

† Georg. 1. non satis attendunt, pro Hercule amante.

† Georg. 3. Eodemque modo apud Maronem iv. Æn. est,

* lib. 1.

--- *& odora canum vis:*

† lib. 1.

* lib. 2. vers. 173. & 437. & lib. 5. vers. 846.

pro multitudine canum sagacium. Et apud eundem †, *robur aratri*, pro aratro valido : *ferrī rigor* †, pro ferro rigido. Item apud Lucretium *, *auro rigor*, pro auro rigido: *robur saxi* †, pro saxo gravi. Quilibet addunt nonnulli, *res Veneris*, pro Venere, apud Lucretium *: *res voluptatum*, pro voluptatibus, apud Plautum †, familiaque. Sed hic *μετρωσιων* esse nequit, cum *res oriar*, five se ipsam, non rei adjunctum notet. Idem judicium esto de illo Maronis *:

† Amphir. act. 11. sc.

11.

* 8. Æn.

--- *Quo pulchrior alter*

† corpus

turni.

* innum corpus.

† lib. 3. Var.

Leit. cap. 4.

† multi

quoque alia

viciu certa.

mina.

† ale victo.

sia per civ.

locutio.

nein ponim.

ur pro vi-

loria.

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Ubi *corpus Turni μετρωσιων* pro Turno accipi dicunt.

Quomodo & Euripides Phœnissis, *οὐν δέμας* †, & alibi, *οὐν σῶμα* * ait,

pro persona ipsa: ut Muretus † observavit. Verùm satis liquet, neque hic *μετρωσιων* statui oportere: sed vel proprium esse sermonem, vel

quæ periphrasi itidem subjiciant.

Sanè & alia sunt *συνεδοχικὰ*, quæ periphrasi itidem subjiciant.

Pindarus od. ix. Pyth. vers. ult. Πολλὰ δ' ἀεὶ ἐν ἡμερῶν δέξασθαι νίκας. i.

† ale victo. *multas etiam alas victoriæ prius accepit.* Quem in locum scholiastes

scribit, sententiam esse, πολλὰς ἔχων ἀλλὰς ἀγῶνας ἐπίστα †: atque inibi sub-

dit; ἡμερῶν δὲ νίκης, *μετρωσιων* ἢ νίκην †. Verùm, ut dixi, hæc synecdo-

che est; quia cum victoriâ fingatur alata, pars ponetur pro toto.

De peri-

De peri-

De periphrafi satis; quomodo vocatur, quando, ut Fabius † inquit, *lib. 8. cap. decorum habet*. Nam, ut idem ait, *cum in vitium incidit, μετεωρολογία* † dicitur.

X. DE ANTI-PHRASI.

NE c magis inter tropos referri meruit *ἀντιφράσις*. Nam si cum quibusdam ita appelles *λέγει τὸ ἐναντίον σημαίνουσαν* †, jam ab ironia non differt: quæ & causa est, cur vetus Iuvenalis interpres † *ἀντιφρασιν* appellet, -- *cum nanum Atlanta vocamus*. At hæc manifesta est ironia. Sin, ut vult Plutarchus *, *ἀντιφράσις* est in isto Homeri †,

--- Οὐδ' ἄρα τὸ γὰρ ἰδὼν γῆδρον Ἀχιλλεύς.

--- *Haut, ut eos vidit, latatus Achilles*. i. indoluit:

planè fuerit idem, quod Litotes. At si per illam intelligas vocis privæ deductionem ab eo, quod nomini significet contrarium; nec tropus, nec schema est. E. G. Erinnyes, five Diræ, boni omnis gratiæ dicuntur *Εὐμενίδες*, quæ verè *δυσμενείς* †: in cujusmodi vocibus *εὐμολογίας* sunt mendaces; licet ipsum *εὐμολογίας* nomen *veriloquium*, seu *verivertium*, vel potiùs *veram rationem* sonet. Cælius Aurelianus lib.

III. γοῶν cap. I: *Anhelatio sive suspirium ab accidenti nomen sumptum. Vocatur præterea secundum aliquos spirationis difficultas, quam Græci δυσπνοίαν vocant, sive orthopnoeam. Siquidem sese præfocari sentiunt, cum jacuerint egrotantes, atque erecti faciliùs spirent. At, ut alij dicunt, contrario vocabulo sua virtuti nomen accepit. Nam cum in spirationem evertat, ac depravet, tanquam corrigat, orthopnoea nuncupatur; quam nos spirandi dicere correctionem poterimus. Multa enim contrarie interpretationis vocabulorum sumserunt: ut sella, quæ Græci γλυκία vocant, velut dulcia, cum sint amarissima* Illustris etiã est locus B. Hieronymi epist. c. ad Bonosum: *An ideo tibi bellus videris, quia sancto vocaris nomine? quasi non & lucus ideo dicatur, quod minime luceat, & Parca, quod nequaquam parcat, & Eumenides furia, quod non sint benigne, & vulgò Æthiopes vocentur argentei. Quidè verò Æthiopes vulgò argenteos vocari ait, idem ab Hsodoro traditur lib. 1. Originum; ubi & alia quædam ἀντιφράσις, exempli adfert, Antiquiores eos non argenteos, sed cygnos vocabant. Unde Iuvenalis †:*

--- *Nanum cujusdam Atlanta vocamus,*

Æthiopem cygnum.

Veneri hodie similiter eos *blanco* nuncupant.

Sed profectò omnes grammaticorum antiphrases planè sunt nugales:

gales : quod & censet L. Ioannes Scoppas lib. i. Collectaneorum cap. xvi. ii. De *orthopnea* scrupulum eximunt ipsa Aureliani verba allata. Nam prior tantum *ἰπυμολογία* vera est, non illa *κατ' ἀπίσταν*. De *γλοκία* pro felle quod idem ait, idonei scriptoris Græci auctoritatem queramus. Nec de Eumenidibus satisfacit B. Hieronymus, vel alius quisquam. Dicitur certè, auctore Suida, & Sophoclis scholiaste †, primus *Ευμηνίδης* dixit Orestes, quod eas, quæ ante latam à sapientissimâ deâ sententiam, planè fuerant *δυσμηνείς* atque infensæ, post factum iudicium sensisset *εὐμηνείς* †; unde & ijs, maternæ cædis in Areopago absolutus, nigram ovem sacrificavit. Nec rectè bellum dictum volunt, quia minimè bellum; cum ex eo factum sit, quod sit inter duos. Nam primò fuit *duellum*, à quo apud Arnobium † *duelles*. i. hostes, qui & *perduelles* à *perduello*, quo utitur Accius pro bello. Similiterque Cicero in Orat. Varro lib. vi. de L. L. Fabius lib. i. cap. iv. testantur nomen *Bellona* factum esse ex *Duellona*, *Bellius* ex *Duellius*, *bis* à *duis* (quod à *δύς*) *bonum* ex *duonum*, unde apud Festum, *Simul duona eorum portat ad naves*. *Duonum* verò à duobus, quia, ut rectè Camerarius ait in problematis, bonum non consistit in uno solo, sed in participatione & communicatione, quæ duum mentione indicatur. Quanquam Cicero, in quarto de Finibus, nescire se dicat, *bonum* unde dictum sit: & Vlpianus in lege xlix. D. rer. significat, *bona* ex eo dici existimet, quod beent. h. e. beatos faciant. Nec rectiùs *otium* dictum volunt, quod non sit ocus, sed segne. Nam est ab utendo; ideoque per T scribitur in lib. vet. ut autor est Pierius in Virgil. & Aldus in Orthographiâ. O verò in u crebrò commutatur; ut cum *indutia* dictæ ab hac ipsâ *otii* voce, & præpositione *indu* pro *in*, à quâ & *induperator*, & *industrius*, aliaque; ne Varroni credas, aut Aurelio Opilio, quorum *ἰπυμολογία* videre est apud Agellium lib. i. cap. xxv. aut Donato, cui *indutiæ* dictæ, quia *inde otium*, aut Aldo Nepoti †, cui vocatæ videntur *indutiæ* quasi *inductæ*. Idem error, cum *montem* volunt appellatum, quia minimè moveretur. Est enim à *μῆναι*, quia perstat ac remanet. Nam ut à *μῆναι* *gens*, à *μῆναι* *mens*, & à *μῆναι* *mors*, sic à *μῆναι* *mons*. Nec *caelum* à celando, quia minimè celatum (ut putabat Ælius Stilo, magister Varronis) quandoquidem, si noctu apertum, diu tamen celatum est. Quare vel ita dictum, quia de die sit celatum, ut est apud Varronem lib. iv. de L. L. vel potiùs, quia sideribus celatum est, ut ibidem docet Varro, & ex eo Plinius lib. ii. cap. iv. & Isidorus lib. xi. ii. cap. iv. aut, quod verissimum, à *καίλον*. Sanè à *caelo* dicta

† in Oedipum Colon.
† benevolas
ac propitias.

† lib. i.

† in orthographia.

dicta gens Cœlia: quod nomen per oī scribitur in veteri nummo argenteo: at per oē crebrò reperitur in antiquis monumentis. Quin ipsium cœli nomen per oē exaratur in Mediolanenſibus inſcriptionibus. Nec rectiùs *ἀντίπρῶτον* ſtatuant in illo †, *Auri ſacra famas*: quo † *En. 3.* loco Rhetores quidam *ſacram* exponunt *minimè ſacram*; quæ interpretatio aded frigida eſt, ut vel Neronianas thermas refrigerare queat. Vti &, quòd *ignem ſacrum*, quaſi minimè ſacrum ſic dici, Erythræus ait in Indice Virgiliano: qui ſententiam ſuam firmatum it illo Callimachi, ſed Latine loquentis:

Mentimurque ſacrum qui dicimur.

Longè enim veriùs cenſeas, tralationem eſſe ab hominibus ſacris, hoc eſt, Deorum numini ob ſcelus devotis: quam rem plenius exponemus, cum ad *ἀντίπρῶτον* devenum erit. Itidem nec *directus* dicitur, quaſi *dies minimè rectus*; ut Feſtus annotavit: ſed quaſi ſub *dio erectus*, id eſt, in crucem actus, quomodo & Nonius interpretatur; cuius hac de re locum emendat Iacobus Schegkius in Præmeſſis *. Nec *Argo*, unde Argonautis nomen, ſic vocata eſt, quia *minimè ἀργή*, *h. e. tarda*, ſed quia verè ἀργή, *h. e. celer*. Similiter *Damium ſacrificium*, (quod Athenis in ædibus ejus, qui eoſe anno rex eſſet, à regis conjuge *, ac Romæ itidem à conſule, aut eo abſente, vel celiſe, aliavè cauſâ obſtante, apud prætorem † fiebat) *minimè ita mihi dictum videtur, quia nihil minùs ſit, quàm ἡμόδοτον*, hoc eſt, *publicum*; quod poſt Feſtum magnus etiam Turnebus * ſcripſit: verùm quòd, (ut Cicero teſtatur orat. de Haruſpicum reſponſis) pro populo fieret: unde hoc de ſacrificio Iuvenalis † ait:

Pro populo faciens, quantum Lauſella † bibebat.

Eodemque modo loquitur Cicero ad Atticum lib. i. ep. x. *Feria* quoque potiùs ita dicta à ferendis epulis, quàm quia nihil feratur è foro. Neque *fatum* ex eo nomen accepit, quòd effari non liceat; ſed cum *fatum* nihil aliud ſit, quàm *ſanctio & velut vox divine mentis*, ut rectè ait Auguſtinus †, ed potiùs reſpexere, quòd id fatuſ Iupiter Parcis, ſcribis ſuis, quæ illud æneis inſcribunt tabulis. Vel ſic dicitur, quia id Deus fatur per vates ſuos. Ennius Caſandra:

Neque me Apollo fatis ſandis dementem invitam ciet.

Similis error Grammaticorum in nomine manium, officij, Iudi, mori, militis, ſimultatis, violæ, ægri, Ditis, Plutonis, ponti, pelagi, Charontis, holoftei, Libitina, luci, & Parcarum: de quibus vocibus vide Franciſcum Sanctium in Paradoxiſ, item Iulium Scaligerum lib. i. de re Poët. cap. xc. Quo ipſo capite Scaliger quo-

* *enſ. 13.** *Demoſth. contra Nearam.*† *Dio lib.*

37.

* *comment.*in *Cic. lib.*2. de *Legg.*† *lib. 3. ſar.*

3.

† *al. Sau-*

ſcia.

† *lib. 5. de*Civ. *Dei,*

cap. 19.

que orationis ductum ab Ironiâ optimè distinguit, ac tres facit *hypocriticos* modos, quâ ironia est, vel ironiæ affinis. Mihi scrinia ejus compilare animus non est.

XI. DE HYPALLAGE.

SUPEREST Hypallage, quæ Grammaticorum potiùs schema est, quàm tropus. Quippe quæ verborum ordinem, ac structuram ita inuertat, ut contrario planè modo referri aliquid videatur, quàm res se habet. Ac plurimùm quidem nomen, aut verbum id, quod regit, casu recti, aut rectum casu regentis profertur. Ut apud M. Tullium pro Marcello: *Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam: gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus.* Pro, vaginam gladio vacuum. Maro hoc schemate mirum in modum gaudet. Ita dixit ecl. **III**:

Necdum illis labra admovent:

Vbi hypallagen agnoscit Servius, quia pocula labris admoventur. Idem **II**, Georg.

Et steriles platani malos gessere valentis,

Castanea fagos.

Nec enim castaneæ fertili fagus inseritur, quæ sterilis est; sed castanea inseritur fago: ut sententia sit, fagi gessere castaneas. Æn. **III**:

--- *Dare classibus austras.*

Pro, austris classes. **IV**, Æn.

Et cùm frigida mors animâ subduxerit artus,

hoc est, separaverit animam artubus. **V**, Æn.

--- *Effrausque illisit in ossa cerebro.*

Pro, effraus ossibus illisit in cerebrum. **VI**, Æn.

Ibant obscuri solâ sub nocte.

Pro, ibant soli sub obscurâ nocte. Æn. **VIII**:

Et primum Hercules sopitas ignibus aras

Excitat.

Pro, excitat ignes sopitos in aris Herculi sacris. Æn. **XII**:

— *Cui plurimus ignem*

Subjecit rubor, & calefacta per ossa cucurrit.

Pro, cui ignis plurimum subjecerit ruborem. Ibidem:

Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem.

Pro, sin noster Mars victoriam annuerit nobis. Similiter poetæ alij, Horat. lib. **I**, od. **XVII**:

Velox

Veloꝝ antonium sape Lucretilem

Mutat Lycæo Faunus.

Vbi, si audimus Priscianum lib. xviii, *mutat Lucretilem Lycæo*, dixit, pro *mutat Lycæum Lucretilem*. Manifestius idem in illo libri xi. od. xii:

Num pinguis Phrygia A. gdonias opes

Permutare velis crine Lycimniæ?

Hoc est, num crines Lycimniæ, five ejus oscula & complexus, permutare velis Phrygijs opibus? Naso i. Met.

Separat Aonia Actæis Phocida ab arvis.

Pro, separat Aonia Actæis Phocida ab arvis. Nam Aonia seu Bœoria interjecta est inter Atticam, & Phocida. Persius sat. xii:

--- *Et angustas extendit lumine rimas.*

Pro, lumen extenditur rimis solem transmittentibus. Idem sat. v:

--- *Purgatas inseris arves*

Frugæ Cleantheâ.

Pro, frugem Cleantheam, seu Stoicam philosophiam, inseris purgatis auribus siue mentibus. Silius lib. viii:

--- *Cœlique arcebant lumine templum.*

Pro, cœli lumen arcebant templo.

Amant etiam Hebræi hujusmodi hypallagen. Vt Levit. v. *Argento siclorum*, pro siclis argenti, hoc est argenteis. Item Levit. xvii: *Sanguis eius in anima eius*. Hoc est, anima five vita ejus in sanguine ipsius. Iud. i. *Miserunt urbem in ignem*. Et Psalm. lxxiv, *Miserunt in ignem sanctuaria tua*. Pro, miserunt ignem in urbem, ac sanctuaria. Nam sententia est, incenderunt ea. Et Iud. xiv. *Mutationes vestium*, pro, vestes mutationum, h. e. vestes muratoriarum. Quo de schemate quædam etiam R. David Kimchi in Michlol annotavit.

Interdum autem in hypallage nulla est casuum commutatio, sed structuræ fit inversio priori casu reservato. Vt in locis adductis è Iud. i. & i. sal. lxxiv. Similiter dixit Ovid. i. Met.

In nova fert animus mutatas dicere formas

Corpora.

Pro, corpora mutata in novas formas. Quo loco haut mirum videri debet, quod nec dubitavit poëta carmen suum ab hypallage suspicari, quæ obscuritatem aliquam orationi adferre soleat. Nam quæ de conversione loquitur, eleganter verborum fecit conversionem.

Hypallage similis, hoc est, ubi casus prior itidem referretur, Gla-reano statuitur in hoc xii. Met.

Spectat

Speclat humi positus geminum, ceu lumina, fidus.

Nam lententiam esse ait, Speclat lumina, ceu geminum fidus. Sed pro *ceus* (uti & Raphaël Rhogius legit, qui *ἀναστροφὴ*, sive *ἀναστροφὴ* hinc esse censet) rectè alij postea in editis *sua* ex codd. melioribus reposuerant.

Est & tertium *καταλύσις* genus, cùm participium ponitur pro verbo, & verbum pro participio. Ut r. Æn.

--- *Submersasque obrue puppes.*

Pro, obrutas submerge. Nisi cum nonnullis interpretari malis *submergendas*. Imò non desunt, qui legere jubeant, *subversasque*. Sed caussa non est satis gravis, cur hinc aliquid mutemus; præsertim contra omnium & MSSorum, & prælo excusorum fidem.

Atque hæc de ijs, quæ falsè referuntur inter tropos. Quare cùm per Rhetorica hæc spatia *ἑπαιτίας* ad calcem ab ipsis usque carceribus deduxerimus, proximum est, ut ad schemata gradum capeissamus.

FINIS LIBRI QVARTI.

GERARDI IOANNIS VOSSI
COMMENTARIO-
RVM RHETORICORVM,

SIVE
ORATORIARVM
INSTITVTIONVM

LIBER V.

QVI EST
DE SCHEMATIBUS.

CAP. I.

DE SCHEMATICIS GENERATIM.



SCHEMA est orationis forma, quã ea alio quopiam modo, quam propria significationis in alienam commutatione, a simplici ac communi usu inmutatur in elegantiorum.

Estque duplex; dictionis, & sententia: illud vocum immutatione exstinguitur; hoc manet etiam vocum ordine variato, aut vocibus alijs substitutis.

I. DE VARIA SCHEMATIS SIGNIFICATIONE
APVD SCRIPTORES, ET QVOMODO SCHE-
MATA ALITER VOCENTVR.

CVM omnis oratio, ut cum Fabio * loquar, constet, aut ex his, *lib. 3.
quæ significantur, aut ex his, quæ significant, h. e. rebus, & cap. 5.
verbis: utrumque in schemate considerabimus. Ac primò de voce,
kk quando

† in omni
disquisitione
nomē ipsū
in dispu-
tationē assu-
mi oportet.
† vestis
imperatoris.
* militaris
vestis.
† semper
vero subter
vestim ma-
nu.
* in prob.

quando initio $\delta\alpha\tau$ † $\tau\alpha\upsilon\tau\omega\upsilon\delta\epsilon\iota$ $\chi\epsilon\iota$ $\chi\upsilon\tau\alpha\mu\epsilon\tau\omega\upsilon$ eis λόγῳ $\chi\epsilon\iota$ $\mu\epsilon\tau\alpha\lambda\alpha\mu\beta\alpha\iota\tau\epsilon$ $\tau\epsilon$ -
νομα. ut Galenus quoque scripsit lib. i. de methodo medendi cap. v.

Vox schematis multifariam sumitur. Propriè autem vestem no-
tat exteriorem. Ita paludamentum, quod Plutarchus $\lambda\upsilon\sigma\epsilon\iota\delta\alpha$, & $\theta\alpha\sigma\epsilon$ -
 $\nu\iota\alpha\delta\alpha$ appellat, Dioni nunc est $\chi\epsilon\iota\mu\alpha$ $\epsilon\sigma\epsilon\tau\eta\mu\iota\alpha\delta\epsilon$ †, nunc $\epsilon\sigma\epsilon\tau\eta\mu\iota\alpha\delta\epsilon$ $\epsilon\delta\iota\delta\iota\varsigma$ *,
& Porphyrius $\epsilon\delta\epsilon\iota$ $\delta\omega\chi\eta\varsigma$ ait: $\text{Αει δ' ἴστας τὸ χεῖματ' ἄειρος} \dagger$. Nec ali-
ter Plautus Amphitryone *:

Quod ego huc processi sic cum seruili schematē.

Vbi schema $\alpha\epsilon\chi\alpha\iota\omega\varsigma$ extulit genere muliebri; quomodo idem in
Persā dicit, *lepidā schematē*; Cæcilius in Hippol. *hilarī schematē*; Valerius
in Phormione,

Quid hīc cum tragicis versibus & syrma facis?

Quā item ratione Pomponius in Satirā dixit, *diademam*; Laberius
† *in Canero, dogmam*; Plautus Milite glorioso †, *glaucomam*; in Trin-
nummo †, *fulmentas iubeam suppingi soccis*; aut quo pacto apud Varro-
nem est, *fulmenta lectum scandit*, pro *fulmentum*; & in veteribus Vi-
truvij exemplaribus lib. ix. cap. i. i. legitur, *ad sacomam pendere*, pro
ad sacoma. Certè & in Florentinā anni c. l. o. cccc. xcv. i., *ad sacomam*
levi errore invenias, pro quo in Florentinā anni c. l. o. xx. i. i., substit-
tuère *sacoma*, cum *sacomam* debuerint. Quæ omnia apponere visum,
necui pulverem ob oculos spargat Alcivius, cum lib. i. i. *αετῆρ*. Iuris
cap. xxx. legendum docet;

Quod ego huc processi cum seruili schemate.

Pace summi viri dixerim, quem se Plauti locum bellè nobis in-
terpolem dare sperat, eum frustra sollicitat, & contra codicum tum
Missorum, tum vulgatorum fidem, & contra auctoritatem Probi in
Catholicis, Sospatri lib. i., Nonij Marcelli, ac Prisciani lib. vi: qui
omnes *schemata* legère. Vt de eo nihil dicam, quòd Tranquillus non
reformidàrit ita loqui cap. xli. i. i. libri i. i.: *Ne cui in operā edenda*
exemplar impetrata schema deesset. Vbi tamen in MSSis plerisque est
impurata scena. Sed pro *impurata* omnino malim cum Casaubono
imperata. *Schema* autem retinendum, cum sermo sit de obscenis fi-
guris, non illis in scenā exprimi solitis, sed de quibus scripsere
Elephantis, Philænis, Astyanassa, Cyrene, impudicissimæ impudi-
citiæ prostibula. Nec movet me, quòd priorem in *schemata* corripit
Plautus; cum Latini, ut inflexionem mutarunt, ita & variare po-
tuerint modulum syllabæ. Atque quòd & in alijs quibusdam pa-
rem Comicorum licentiam videre sit: & poëta potuerit respexisse,
quod ut à $\chi\epsilon\iota\mu\alpha$ est $\epsilon\sigma\epsilon\tau\eta\mu\iota\alpha\delta\epsilon$, unde $\chi\epsilon\iota\mu\alpha$, ita à $\chi\epsilon\iota\mu\alpha$ est $\epsilon\sigma\epsilon\tau\eta\mu\iota\alpha\delta\epsilon$, unde $\chi\epsilon\iota\mu\alpha$.
Validè

Validè hoc firmat Hesychius, cum ait: *Σχῆμα, σχῆμα, Ἀλασί.*
 Hæc cui non probantur, is cum Melisso, duabus trajectis vocibus,
 legat:

--- *Processi sic cum schema servoli.*

Quod non longè abit à Camerarij membranis, ubi est, *cum servoli
 schemâ.* Vtunque est, nullus dubito, quin *schema* in auferendi casu
 dixerit Comicus. Verùm minutias istiusmodi relinquamus Gram-
 maticorum filijs, hoc magis, ne meritò in ipso libri hujus ingressu
 dicamur τοῖς ἑσθῶν λόγῃσι περιῆσαι τὸν λόγον †.

† rebus so-
 ris allatis
 referre
 sermonem.

Est verò & altera schematis acceptio: ut cum eo nomine intelli-
 guntur corporis gestus, ac imprimis petauristarum sive saltatorum,
 respondentens Musicorum instrumentorum modulij. Vñ hoc pacto
 Herodotus, Xenophon, Aristophanes. Aristoteli lib. de poëticâ di-
 cuntur ἰσχυματισμένοι ῥυθμοί. Atque hinc *figurandi* verbum apud Lu-
 cretium lib. 11:

*Ac Musca mele, per chordas organici quæ
 Mobilibus digitis expergesceta figurant.*

Fortasse & *schematis* nomine intelligitur ipsa graduum, ut ita di-
 cam, arbor cum imaginibus, quarum suis singulæ appositæ sint lo-
 cis. Ita in libello epigrammatum de spectaculis (qui Martiali tri-
 buit vulgò, cum è varijs sit poëtis confarcinatus) in vet. codd.
 exaratum est:

Casaris, atque Iovis confer nunc schema juvencos.

Vbi libri alij, *stemma juventus.* Sed *juvencos* etiam in veteri codi-
 ce reperit Pierius †: ac sententia hoc requirit, quia fatis liquet,
 conferri juvencos duos, unum, quo Iupiter, in tauri formam con-
 versus, Europen vexit: alterum, quo Alcides Romanus, hoc est

† in illud
 6. Æn.
 Leni cre-
 pitabat
 bractæa
 ventro.
 † l. 6. D. de
 grad. affn.
 † lib. 4.
 epig. 40.
 † Jan. 8.
 † de præ-
 scripionibus
 adversus
 heret. cap.
 30.
 † epig. 21.

Domitianus, vectus fuit. Quin Alciatus non apud Paullum † modo
 legendam putat; *Schemata cognationum directo limite in duas lineas se-
 parantur*; quæ lectio antiquorum aliquor codicum fide defendi so-
 let: sed penè arbitratur, ubi ubi *stemma* hoc in sensu accipitur, *sche-
 ma* ejus in locum subrogandum esse. Verùm si tot librorū fidei licet
 derogare, quanto sit verisimilius, ubicumque *schema* hæc significa-
 tione legitur, debere substitui *stemma*: qua voce sic usi Martialis*,
 Juvenalis †, Tertullianus †, Aulonius*, atque alij magno numero:
 ex quibus tam multis, Plinij, Persij, Tranquilli, ac Senecæ auctori-
 tate, Alciati sententiam Brodæus impugnat annotationibus in Quin-
 ctum Smyrnæum. Ibidem etiam, quid propriè sit *stemma*, ostendit
 ex Isidoro, & Sophoclis interprete Græco: uti & à Nannato factum

lib. V I I. Συμμάτων cap. XVII.

Ex hisce tribus *schematis* acceptionibus, quas solas è plurimis exponere visum fuit, tertia nihil planè huc facit. Demus enim, scriptores interdum, modò codices non fallant, eopse uti modo: tamen duntaxat à primà secundàque significatione sit, quòd Rhetores *μεταφορικῶς* hoc nomine intelligant orationis quasi habitum ac gestus. Nam si *ῥήμα* tum de veste, tum de gestibus usurpatur, uti vidimus: profectò dubium non est, quin, cùm verba sint quasi corpus orationis; sententia velut anima, à quâ imprimis gestus omnes ac motus proficiscuntur; verborum quidem schemata similia sint habitui, ac vestimentis, queis sine oratio sit velut nuda; schemata autem sententiarum respondeant gestibus artificiosis; queis sine oratio similis sit homini, qui naturali solùm motu incedat, moveaturque.

Et hâc quidem de re infrà dicemus commodius: nunc, quia adhuc agimus de nomine ipso, illud potiùs ostendemus, hasce orationis conformationes, de quibus deinceps *οὐδ' ἄλλ'* tractabimus, non solùm vocari habitus aut gestus, quòd ipsa testatur *schematis* vox; verùm etiam orationis formas, & *μεταφορικῶς* pigmenta, aut lumina; item flores, stellas, ac pluribus alijs modis. Vnum alterumque locum excerptam è Tullio. Is igitur lib. de claris orator. *Erant*, inquit, & verborum & sententiarum illa lumina, que vocant Græci *ῥήματα*, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. Item: *Sententiarum orationisque formis, que appellantur ῥήματα*. Item: *ῥήματα enim que vocant Græci, ea maxime ornant oratorem, eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in illuminandis sententijs*. Atque hæc è Tulliano fonte ed lubentiùs depromere visum fuit, quòd ex ijs non modò cognoscere sit, quid Rhetores *ῥημάτων* nomine intelligant, aut quibus nominibus appellentur; verùm eadè quoque pateat, Tullium nusquam *figure* nomine uti, prout posteriores Rhetores solent; sed vel Græcam retinere appellationem, vel vocibus uti translatis. Nunc ad definitionem nos accingamus.

II. DE SCHEMATIS DEFINITIONE.

SCHEMA nonnullis definitur, quædam arte novata, tum dicendi, tum scribendi ratio. Alijs figura est elocutio, quâ orationis habitus à rectâ & simplici consuetudine mutatur. Verùm, ut de eo nihil dicam, quòd elocutio schematum genus esse nequit, peccat eo utraque

utraque definitio, quod & tropis competat. Nam & qui utitur ἀλλοτριαις, recedit à rectâ ac communi loquendi scribendique formâ: neque iccirco ἐρηματισμὸν, sive figurata hujusmodi fuerit oratio. Quare in definitione addere debuerunt, hanc orationis immutationem spectari nullâ habitâ proprietatis ratione. Nam cùm tam proprijs, quàm improprijs, figuretur oratio; paret, significationis immutationem, quæ de troporum essentiâ est, in Schematibus esse accidens; eoquæ in his aliam quampiam orationis immutationem requiri, quàm in tropis exigimus. Iccirco Alexander Rhetor lib.

αὐτὸν ἐρηματῶν hunc in modum definit: ἡμίμα*, inquit, ἐστὶν ἑλλάξις λόγου * figura est
ἐπὶ τὸ κρείττον ἢ καὶ λέξις ἢ καὶ διανοίας ἀπὸ τῶν περὶ. Quâ quidem in defini- immutatio
tione duo postrema verba intelligi debent non exclusivè, (ita loqui orationis in
nunc liceat) verùm non requisitivè. Hoc est, non negat Alexander, melius, ra-
etiam modificatis figurari orationem, cùm id cæco etiam manife- tione ver-
stum sit: verùm quia definitio tantùm ea debet complecti, quæ per- borum, ac
petuta sunt, negat requiri in figuris, ut vox sit modificata, quia tro- sententiæ,
pus, & schema, differant ἐπιθετῶς †. Non deerunt buccones ac blitei absque tro-
homines, qui ob hoc interpretandi genus albis rideant dentibus: p^o
verùm rem gratam mihi fecerint, si doceant, quomodo aliter, non ter.
dico hæc tantùm Alexandri definitio excusari queat; verùm illa
humanæ sapientiæ promicondi Aristotelis, quâ lib. αὐτὸν ἐπιθετῶς
(quem cùm scriberet, calamum suum in mentem intingebat, ut ait
Hidorus †) orationem definit vocem significantem ex instituto, cu- † lib. 2. O-
jus aliqua pars significat separatim, ut dictio; non autem ut affirma- rig. cap. 27.
tio aut negatio. Partes certè orationis compositæ, quibus ipsis quo-
que definitio competere debet, non tantùm significant ut dictio, ve-
rùm etiam ut affirmatio & negatio. Neque putandum, id subterfu-
gisse acutissimum verum; sed ed respexit, quod nomen quidem &
verbum non possint habere partes aliquid significantes; oratio verò
necessariò habeat partes, quæ aliquid significant; quamquam non
ut affirmatio aut negatio, quod cùm tantùm conveniat orationi
compositæ, de essentiâ orationis esse nequit; verùm ut dictio, quod
in oratione perpetuum est. Atque hoc est, quod dicebamus, debe-
re postrema verba intelligi, non excludendo, quasi orationes non sint
quarum partes eo modo significant; sed non requiringdo, quia com-
positio istiusmodi, aliorum accidentium instar, salvâ rei ἐστὶν adesse
& abesse possit.

Verùm alium hoc loco scrupulum injicit nobis Franciscus Ro-
bortelius. Is enim lib. de artificio dicendi, damnat, quam ex Ale-

xandro afferebamus schematis definitionem; uti & hanc Fabij, cui figura definitur, *arte aliqua novata dicendi forma*. Censet autem Robertelius, (ut ipsius verbis utar) *figuram nihil aliud esse, quam appellationem, & notam quandam à Rhetoribus factam sermonis naturalis & popularis hominum etiam vulgarium, selecti pro ratione morum & affectuum huius vel illius generis, qui faciant, ut hoc vel illo loquamur modo*. Neque hæc ejus sententia exiguo videtur fulciri tibia. Nam

* *ex figurat
ione animi.*

omnis sermo proficitur *ἐκ διαπορεύσεως τῆς ψυχῆς* * : quia animus nos- ter ex suâ naturâ sermonem effingit, aded ut, quicquid loquimur, figuram ac *ῥέσιον*, h. e. habitum quandam, præ se ferat. Quod si est, quomodo figura erit *ἑξ ἀλλαγῆς τοῦ λόγου*, sive arte novata dicendi forma, quod asserit Fabius? Vidit hunc nodum Alexander Rhetor; verùm uti cognominis ille Macedo, Gordium nodum, quem solve- re non poterat, incidit; ita hic quoque non tam eum exsolvit, quàm dissecuit. Ait enim, nisi esset animi conceptus, alius quidem secun- dùm naturam, alius autem figuratus; futurum utique, ut neque præstantes oratores differant à vulgaribus, neque ipsi inter se. Sunt

* *multa
quasi bona
et multa
quoque
noxia.*

& alia hæc ipsa super re apud Alexandrum, *πολλὰ μὲν ἰσθλά, πολλὰ δὲ λυ- γεῖα* *. Nam curus quæso pretij est, quod inter alia scribit, oratorem simulare in sermone figurato? Simulat ille quidem: (cùm enim di- cit, *Quam rationem inibo? Accedamne?* non dubitat, sed dubita- re se fingit) verùm id neutiquam perpetuum est; nec nisi deliri sit fincipitis, velle pertendere, simulationem esse in omni figurâ. Quare quid hæc in re affectus sit Alexander, quid non sit, doctiorum esto arbitratus. Mihi quidem in solvendo superiori scirpo locum habere

* *2. Soph.
Elench. cap.
2.
hanc seque
esse convenit
in distin-
guendo.*

videtur illud philosophi *, *ἐκ ἀκρίτου τοῦ διαίρειν* †. Nam figuræ vox bifariam sumitur, latè, & pressè. Latè accipiendò, omnis sermo est figuratus, quia semper est quædam animi delineatio. Sin pressè ca- piamus, ea tantùm delineatio figurata erit, quæ remota est ab usû communi. Siquidem sermo nos- ter non uniusmodi est; verùm alius est vulgaris, alius melioris notæ: ille utitur in promptu positus di- cendi modis, eoque pressè loquendo figuratus non est: hic, quem figuratum vocamus, multa præter consuetudinem innovat. Exem- plum huiusce rei capere est vel ex ijs, quæ infra † de interrogatione dicturi sumus. At enim, inquit Robertelius, *Etiam rudes homines & vulgares eodem figurato sermone utuntur, ac planè si non uterentur, nec ora- toribus quidem, qui populariter loquuntur, ipso liceret uti*. Verùm non est, quod argumentum hoc cuiquam glaucoma ob oculos obijciat. Nam quamquam schemata a naturâ ortum habent, arti tamen per- fectionem

† *cap. 5,
hujus l.*

fectionem

tionem debent. Sanè, ut eloquentia naturalis haut ea dem planè est illi, quæ artificiosa est: ita nec oratio figurata ἀπλῶς eadem cense-
 ferì debet, quæ naturalis. Quippe animus non uno modo conceptus
 suos exprimit; sed nunc id vulgari ac simplici præstat modo; nunc
 populari illo quidem, artamen diverso ab eo, qui in promptu posi-
 tus est. Nam uti formâ, robore, cæterisque, ita sermonis concinnitate
 ac veluti majestâte quadam, alij semper alijs præstiterunt: ac
 tardi quidem ingenij homines effectum ejusce rei viderunt, ad caus-
 fas verò sese penetrare quiti non sunt. At ubicunque alius alio me-
 liùs rem exsequitur, ibi ejusce rei causâ observari possunt, quæ ani-
 madversæ artem constituunt. Artes enim omnes ex consideratione
 hominum inventæ sunt, ut rectè inquit Philoponus in secundo post.
 analyt. cap. xi. Neque ars aliud est, quàm notatio & observatio
 naturæ; quemadmodum, ut juniores quoque in partes advocemus,
 scitè scripsit Daniel Barbarus in 1. Rhet. cap. 11. Itaque & primus,
 Plutarcho * auctore, schematis uti cœpit Iſæus, is à quo vim suam, † in vitiis
 tanquam à fonte, hausit Demosthenes, quemque in οἰνονομίῃ tam fe- 10. Rhet.
 liciter secutus est, ut eum devorâsse dictus sit; quemadmodum locu-
 ples nobis testis est Dionysius Halicarn. Equidem mihi persuadere
 non possùm, tam bardum fuisse magnam virum, ut ignoraret, ante
 Iſæum vulgè quoque in usu fuisse schemata; verùm id voluit, pri-
 mum creditum Iſæum animadvertisse in vulgari sermone certas lo-
 quendi formas, quas *schemata* appellamus; easque illum frequen-
 tâsse, quibus locis dicendi imperiti simplici oratione uti solent.
 E. G. simili eum sono cola terminâsse, aut pari illa syllabarum nu-
 mero constrinxisse, aut scitè literæ immutatione totam immutâsse
 sententiam, aut sermonem convertisse ad absentem, aut crebris in-
 terrogationibus usum, aut patriam induxisse loquentem, alijsque
 modis orationem cum virtute innovâsse. Quamquam & dicere
 possis, per schemata à Plutarcho signari τὸ χεῶμα, sive colorem, quem
 solum interdum schematis nomine intelligi, ostendemus inferiùs
 cap. vi. Ita sententia sit, primum adhibuisse in dicendo obliqua ac
 figurata dicta, ubi apertè rem dicerent dicendi ignari. Sed seu hoc,
 seu priori modo, schema acceperis, alius fuerit sermo vulgi, alius
 eorum qui bene dicunt. Quare quod Robortelius contendit, omnem
 sermonem esse figuratum, eoque malè eum à Rhetoribus dispecci
 in vulgarem, & figuratum: equidem, utcunque sibi hâc in sen-
 tentiâ applaudat, somnium ejus vigilantibus placere non posse ar-
 bitror.

Ac jam manum nobis de schematis definitione tollere posse videbamur; verum remoram iterum faciunt nobis homines quidam penè dixerim infruniti, qui cum eam parum assequerentur, errorem commisere muranà Tartessia grandiozem. Siquidem ex eà consequi putarunt, non in Poëtica de numero poëtico, ac varijs carminum generibus; sed in schematologia Rhetoricâ agendum esse. Verum si hæc examinassent ad rationis rectæ obrussam: cogitassent, Oratoriam ac Poëticam facultates esse distinctas, eoq̃ue neutram ab alterâ numerum emendicare, cum utraque consideret numerum à numero alterius planè diversum. Quod si alterutra eum ab alterâ haberet, potiùs Oratoria sumisset à Poëtica, cum Aristoteles scribat, Oratoriam ex Poëtica originem duxisse; quod ratione numeri atque ornatus intelligendum esse, vident, qui non sunt de vervecum grege. Neque iccirco putandum, facultatem Oratoriam proprio carere numero; quia nihil prohibet, esse aliquid posterius tempore, ac nihilominus prius naturâ. Scio, urgent illi assignatam schematum definitionem, quam etiam competere aiunt numero Poëtico, quia eo immutetur oratio à rectâ ac simplici formâ ad aliam venustior. Sed parùm validus est hic aries, quem intorquet. Nam totum id, quod aiunt, corrui, si definitionem istam ita restringamus, ut schema oratorium, de quo solo agitur in Rhetoricis, dicatur esse sermonis à communi usu ad elegantiorē immutatio in pedestri oratione locum habens. Et id certè senserunt Rhetores, licet minime adjiciendum putarint. Nempe in *σχηματολογία* locum habet, quod de numeris Fabius ait lib. ix: *Ego certè, ne in calumniam cadam, quâ ne Marcus quidem Tullius caruit, posco hoc mihi, ut cura pro composito dixerò numerum, & ubicunque jam dixi; oratorium dicere intelligar.* Numerus igitur Poëticus planè è schematologia Oratoriâ excludendus est, quia in oratione pedestri non virtus est, sed vitium. Obiter de ec aliquid dici potest, ut plenius discrimen utriusque numeri intelligatur: at *ἀνεκός* ac proliè de eo tractatio institui non potest. Quin hoc insuper addimus, ne in Oratoriâ quidem schematologia omnino requiri doctrinam numeri oratorij. Nam cum is diversò respectu tum ad compositionem pertineat, tum ad dignitatem: alterutro quidem loco tractari debet; at utrobique de eo agere velle, hominis sit tum suo, tum alieno otio invidentis.

III. DE SCHEMATVM DIVISIONE.

ET hæc generatim de schematibus : deinceps de speciebus tractabimus : quæ quidem in re non ita multum subsidij nobis adferet Aristoteles ; ut qui in troporum schematumque doctrinâ vix summa carpat fastigia. Neque iccirco aut Aristotelis Rhetorica mutila est, aut juniorum superflua. Nam perutilis quidem hæc tractatio est, attamen non est de artis *ἑσῆς* *, sed tantum artis *ἡγεμονίας* †, ut alibi † ex Aristotele ostendimus.

* *essentia.*
† *appendix.*
‡ *libro de natura ac consuet. Rhetor.*

Schematum alia ad materiam ac corpus orationis pertinent ; alia ad formam, ac quasi animam, hoc est, ad sententiam : illa dicuntur *ῥήματα λέξεως*, hæc *διανοίας*. Prioribus illis magis propriè schematis nomen convenit, quatenus habitum notat, qui propriè corporis est : at figuris *διανοίας* magis competit, quæ gestum interdum significat, ut suprà ostendimus. Ac primò quidem agendum videtur de schematis *λέξεως*, utpote facilioribus. Sanè, ut optimè dicitur, verborum prior, rerum potior cognitio est. Iccirco Aristoteles quoque in Sophisticis Elenchis prius de fallacijs dictionis pertractat, quàm agat de ijs, quæ sunt extra dictionem, h. e. in rebus ipsis. Fabius tamen lib. IX. cap. I. de schematibus *διανοίας* agendum esse ait ante figuras *λέξεως*, quia naturâ prius est concipere res : & Iulius Scaliger † in eadem est sententiâ, quia, ut inquit, *res verbis, quæque † lib. 3. de in rebus sunt, ijs, quæ verbis insunt, priora sunt naturâ, tempore, cognitione, re poet. cap. usu.* Cicero a se dissentit. Nam lib. III. de Oratore prius egit de figuris sententiarum, mox de figuris verborum : at secus fecit in Oratore. Puto, utram rationem ineamus, parùm referre : nec operæ pretium esse, de eo doctorum sententiam quasi per saturam inquiri. Interim, quæ nostra sit sententia, non obscurè significamus.

Differunt schemata verborum, & sententiæ, quodd illa pereant variato verborum ordine, aut voce aliquâ ejusdem significationis substitutâ : at hæc non extinguantur verborum immutatione. Cicero in III. de Orat. *Sed inter conformationem verborum, & sententiarum, hoc interest, quod verborum tollitur, si verba mutantur : sententiarum permanet, quibus unquam verbis uti velis.* Idem significavit Alexander his verbis ; *Τὸ ἢ τὸ λέξεως ῥήμα τῷ τὸ διανοίας διαφέρει, ὅτι τὸ μὲν τὸ λέξεως, κινηθείσης τὸ λέξεως, ἢ συγχύσης, τὸ σχῆμα διακινῆται. τὸ ἢ τὸ διανοίας σχῆμα ἄθροισμα τῶν ὀνόματων κινήσις, καὶ ἐτέροις ὀνόμασι ἐστέγη, τὸ αὐτὸ ἄθροισμα μὲν. i. Figura dictionis differt à figurâ sententiæ, quod quæ dictionis est, si voces loco*

moventur, reservato schemate pereat: at in ea, qua est sententia, licet locum vocabula mutant, licet alia vocabula adferas, res eadem maneat. E. G. Epanodi schema est in isto: Socrates putabat, vivere eos, qui mortui sunt; mortuos esse, qui vivunt. At perijt schema, si verba hoc pacto immutes: Existimabat Socrates, eos veram vitam vivere, qui naturæ concesserunt: eos autem, qui inter homines degunt, mortuorum habebat loco. Hanc verò præceptoris sui sententiam ita apud Stobæum expressit scenicus philosophus:

† *loc. de laude mortis.*

† *Quis novit, an vivere sit, quod vocamus mortuū esse: Ipsum autē vivere sit mori?*

Τὸ δ' οἶδ' ἐστὶ τὸ ζῆναι ἢ τὸ κείσθαι, ὃ κείσθαι τὸ ζῆναι,

τὸ δὲ ζῆναι ἢ τὸ κείσθαι ἐστὶ τὸ;

In utroque autem schematum genere duo sunt consideranda. Nam primò cognoscenda sunt nomina, definitionesque eorum; idque eò magis, quòd plerique veterum illa non tradant, sed solum nominent: uti videre est ex Hermogenis lib. *mei* *ιδεῶν*, Demetrio *πρὸς ἐπιλευκίαν*, & Longino *πρὸς Ἰωάν.* Tum autem videndum, quando ijs uti conveniat, ut suo ea frequentemus loco, ac tempore. Multi certè ridiculè se dant, dum crebras adhibent apostrophas, ac profectiones in re ludicrà; aut *ἁποιοῦν ἁδόντα*, ac similia scitamenta confectionantur in argumento lagubri. Sed de posteriori hoc parcè agemus in *ἡμῶν* *οὐδὲ*, quia in characterum doctrinà se de eà proprius offerret tractandi locus.

C A P. II.

DE SCHEMATIBVS AEEEΣ, QVÆ VEL SVBTICENTIA FIGVRANTVR, VEL EXCESSV, VEL VSVRPANT VOCEM SOLA APPELLATIONE, AVT SOLA SIGNIFICATIONE EANDEM.

SCHEMATATA dictionis figurantur, vel secundum essentiam, vel quantitatem, vel qualitatem, vel situm.

Qua secundum essentiam accipiunt figuram, ea vel in defectu consistunt; ut ellipsis & asyndeton: vel in excessu, ut pleonasmus, & polysyndeton: vel in reliquo corpore orationis, idque bifariam; in repetitione vocis ejusdem, & similibus verborum usu.

Eandem vox est vel solà significatione, vel solà appellatione, vel & appellatione & significatione.

Eandem vocem appellatione, sed mutatâ significatione, usurpant *ἀπὸ τῆς*

ἁλλοῦ;

πλασι, & πλοῦσι. Ἀπλοῦσι appellatur, cum vox repetita nunc personam, vel quasi personam, nunc qualitatem significat. Ἀπτανάλασι in ceteris locum habet.

Eandem non appellatione, sed significatione, ponunt συνωνυμία, & ἕξαρτά: illa est simplicium verborum, hac est totius sententia.

I. QUOTVPLICIA SINT SCHEMATA DITIONIS,
AC PARTICIPIATIM DE ELLIPSI, ASYN-
DETO, PLEONASMO, ET PO-
LYSYNDETO.

SCHEMATA à Julio Scaligero, imperatore illo orbis literati, longè accuratiùs digeruntur, quàm fecerant priores. Quem iccirco in multis sequor. Nec tamen in paucis ab eo, non dissentiendū amore, sed quia ὅποι & ποστὶματ τῶν ἀλῆθειαν. Ac icnemata quidem ^{† primum est} ἀλῆθειαν cum Scaligero ad quatuor revoco classes. Nam figurantur ^{preferre} verba ratione vel essentia, vel quantitatis, vel qualitatē, vel fitus. Quæ secundum essentiam sive naturam suam figuram accipiunt, vel subtrientiā figurantur, vel excessu, vel repetitione vocis ejusdem, vel verborum similium usu. Subtrientiā, ut ἐλλειψις, & ἀσυνδέτορ: quorum definitiones videre est apud Grammaticorum filios.

Neque iccirco existimandum, à Scaligero in Poëtica, aut à nobis in Oratoriā, alieno de ijs tractari loco; quæ ineptorum hominum calumnia est. Nam Grammaticus de ijs tractat, ut ostendat, quomodo in hac subtrientiā à vulgari loquendi usu (ut in omni fit schemate) aliquantum recedente, orationi constet sua puritas, ac castimonia. At in Poëtica, ac Oratoriā, de ijs agitur, ut cognoscantur, quando cum fructu, ac laudabiliter, in pedestri, aut ligatā oratione, adhibeantur. Itaque rhetor considerat, ut ἐλλειψις subinde ad ἀσυνδέτορ plurimum conferat. Quemadmodum cum Cicero in Verrinis ait: *Huncine hominem? hancine impudentiam? hancine audaciam?* Nempe, *feremus*. Inter affectus etiam pudorem ab Aristotele reponi lib. II. vidimus. Itaque venuste Maro Eclogā III:

Novimus & qui te, transversa tuentibus hircus.

Similiter in asyndeto spectat rhetor geminum ejus usum. Prior est, ut expedita, volubilis, ac concitata oratio indicet rerum celebritatem. Altera, ut aliquid significantiùs exprimitur, quod ^{ἐμφορον} vocant. Utrumque complectitur Plutarchus †, cum ait: Ἀσυνδέτορ

† lib. de Sto-
merico.

† *Afynde.* πρὶ τῆ μόνῃ τῶ χυς, ἀλλὰ καὶ ἐμφάστως κατὰ τὴν κίβητα γίνεσθαι. Prioris generis exemplum habemus in illo Cæsaris de victoria sua Pontica *:

ab celeritate modo, sed ad maiore etiam affectus efficaciam.

Veni, vidi, vici. Item illo Maronis †:

Ferte citi flammæ, date tela, impellite remos.

Vnde illud Silij †, more suo Maronem imitantis *:

Ite citi, ruite ad portas, propellite vallum

Pectoribus.

* *Suetonius in Cæs. cap. 37.*

† *A. Æn. lib. 7.*

De posteriori asyndeti usu sic idem Plutarchus in Platonicis quaestionibus: Ἀφ' οὗ τῆ, σιωπῆσιν ἐξαιρεθέντων, σιωπῆσιν ἐμπροσθεν καὶ κλιμακωτέσιν ἔχει δυνάμιν. Oratio, conjunctionibus exemptis, saepe ad affectus sciendos majorem vim habet.

Exempla hujus generis, nunc per σιωπῆσιν instituuntur, vel penè σιωπῆσιν: nunc per ἀπαριθμῆσιν, sive rerum diversarum enumerationem. Priori fit modo in illo Demosthenis extremâ Philippicâ 111: Χρήματα δαπέδῳ ἐπιπέσειν, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἀξίως ποιεῖν αὐτὸς ἢ παρεσκευασθέντα, καὶ πρῶτος ἀρχὴ ποιῆσαι, τότε καὶ τὸς ἄλλοις Ἐπιπέσειν ἐγκαλεῖν, διδάσκον, καὶ δεύειν. Pecuniam dico mitti oportere, atque alia, quae fieri possunt, faciendâ esse: ac debere nos instrui, & primos officio fungi, ac tum demum ceteros Græcos convocare, docere, admonere. Et luculentiùs in hoc Ciceronis Catilinariâ secundâ: Abijt, excessit, erupit, evasit. Ac similitudine illud Terentij Heautont. †

† *act. 5. sc. 1.*

--- In me quidvis horum convenit,

Quae sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.

At ἀπαριθμῆσιν, sive enumerationem diversarum habes in illo Philippicâ 14: Τὸ ἐπιπέσειν, ἀναλίσκαται, ὅτω ἐξεδώσεται τὰ πρόσωπα, ζῆτις δὲ ἀρχαίως, ἀλλήλους αἰτιάσθαι. Cessatis, sumitis facitis, cui res mandatis, queritis, succensetis, & vos mutuo accusatis. Et post multa: Τεθνήσκουσι καὶ αὐτὸς ἕκαστος, Ἀργεῖοι, Θεβαῖοι, Κορίνθιοι, Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδες, ἡμῶν. Ac divulsi sunt singuli, Argivi, Thebani, Corinthij, Lacedaemony, Arcades,

† *act. 2. sc. nos.* Item apud Terentium Eunuchō †:

2.

Video sentum, squallidum, agrum, pannis, amissaque obstitum.

* *act. 3. sc.*

Sic Adelphis *:

4.

Ignotum est, tacitum est, creditum est.

* *act. 5. sc.*

Et ibidem *:

4.

Ego ille agrestis, sœvus, tristis, parvus, truculentus, tenax.

Cicero pro lege Maniliâ: Non enim illa sunt sola virtutes imperatoriae, quae vulgo existimantur; labor in negotio, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo. Et eadem orat. Quod denique genus belli esse potest, in quo illum

non

non exercuerit fortuna Reipublica? civile, Africanum, transalpinum, Hispaniense, mistum ex bellicosissimis nationibus, servile, navale &c. Idem pro Archia: Hac studia adolescentiam abunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium & solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Ἀσώδητος autem hoc schema voco, non, ut quidam, ἀσώδητον, cum sit ἀσώδητον †. Neque mover, quod apud Porphyriorem legimus, † colligare. ἀσώδητος, non ἀσώδητος, à Porphyriore scriptum fuisse, agnovit quoque Henr. Stephanus lib. IX. ἑρμηνεύσεις ad Senecæ lectionem cap. IIII. Simili errore in Breuliana Isidori editione ἀσυνθητον, & polysyntheton legere est. Rutilio Lupo hoc schema dicitur διάλυσις, sive dissolutio, vel inconnexio: Julio Rufiniano διάλυσις, seu dissolutio. Possimus & iniuge nuncupare, quomodo Diomedes lib. IIII. † versus ἀσώδητος iniuges appellat: uti hunc †,

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.

† cap. de
pedibus me-
tricis.

† Æn. 7.

Sunt etiam subtracentiæ genera, ζύγμα, σύνληψις, ἀπόληψις: quorum definitiones itidem è grammaticis notæ esse debent. Huc verò pertinent, quatenus orationem ornant.

Ἀποσιώπησις similiter huc referunt nonnulli, tanquam ἀλλοίωσις genus. Sed potius schema est διανοίας, quia sic abruptitur oratio, ut nec res ipsa exprimitur; unde, quid aliquis senserit, conjici nequit, nisi cognitus sit dicentis affectus.

Excessu contra figurantur ἑλινοασμός, & πολυσωδιστος: quorum ille ellipsi, hoc asyndeto opponitur. Πλεινοασμός fit ad emphasin, & evidentiā. Ut illo Terentij Adel. †

† act. 3. sc.
2.

--- *Hicce oculis egomet vidi, Sostratu.*

Virgil. Æn. I:

--- *Sic ore locuta est.*

Ac similiter alibi †, ore effata: item *,

--- *Finem dedit ore loquendi.*

† Æn. 2.
* 6. Æn.

Julius Rufinianus huc etiam refert, *pugnare pugnam, servire servi-
tutem*, & similes Atticissimos. Par ratio fuerit in illo Comici, & Ci-
ceronis quoque, *homo nemo*. Et fortasse, cum in Eunuchis † legi-
mus:

† act. 4. sc.
5.

Iam dudum aetatem lites sunt inter eos facte maxime.

Nam volunt, aetatem redundare, quia *jamdudum* præcesserit. Mihi
verò Donati sententia magis placet, quia minus est *jamdudum*, quàm
aetatem: ut quæ vox propriè significet tempus, quantum est tota

hominis ætas: et sic ἡλικίᾳ pro longo admodum tempore sumatur.

Polyfyndeton, ut orationem, ita & rem ipsam amplificat. Nam facit, ut, cum idem, aut penè idem dicas, plura tamen diversa que dicere videaris. Locum etiam habet, cum diversa dicantur, idque ut ea, retardata sermonis cursu, magis singula animum afficiant.

Demosthenes Philippicâ primâ: Ἦσάρχει δ' ὅμιν χειμαδῶ μεν χεῖρῶν τῆ δ' ἰσχυρίας, ἡ δ' ὄσση, ἡ Σκιάθου, ἡ δ' ἄλλαις ἢ ἐν τῶν τῶν νήσων, ἐν αἷς ἡ λιμῆς, ἡ σιτῶν, ἡ δ' ἡ χεῖρ ἡ πνεύματος, πᾶσι δ' ἰσάρχει. *Licebit autem vobis cum exercitu hibernare Lemni, & Thasi, & Sciathi, & in alijs illius loci insulis; in quibus & portus, & frumentum, & omnia sunt, qua exercitus exigit.* Idem Philippicâ III: Ἐπὶ τοῖς πενήσιν, ἡ σωματικῶν πλεθῶν, ἡ χρημάτων ἀφροδοί, ἡ δ' ἄλλης κατασκευῆς ἀφροδοί, ἡ τὰ ἅλλα, οἷς αἱ τις ἰσχυροὺν τὰς πόλεις κείναι, τῶν ἀπαντὰ τὰ πλείω, ἡ μείζω ἐστὶ ἢ τὸ τότε πολλῶν. *Quandoquidem tritemes, & hominum multitudo, & pecuniarum reditus, ac reliqui apparatus abundantia, atque alia, quibus aliquis æstimet potentiam urbium, nunc cuncta & plura, & majora sunt, quam atate superiori.* Cicero pro lege Manilia: *Asia verò tam opima est, & fertilis, ut ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, qua exportantur, facile omnibus terris antecellat.* Virgil. v. Æn.

*Ascaniumque patremque meum, juxtaque Creusam,
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam.*

Etiam Plauti est Epidico †; sed quod in prosâ foret aliquantò affe-

† *Æd. 2. sc. Cælius:*

2.

Vbi fidemque, remque, seque, teque properat perdere.

II. DE ANTONACIASI.

SCHEMATA, quæ in reliquo consistunt orationis corpore, vel eandem ponunt vocem, vel diversam quidem, sed similem. Adit Cæsar Scaliger, vel dissimilem ponere vocem, vel contrariam. Quam etiam sententiam primitus amplexi sumus. Nunc magis placet *διχοπρῆσις*: quia quæ schemata tertij quartique generis statuuntur, ea vel ad tropos pertinent, ut *μετωνομία*, & *ἑμφάσις*: vel non minùs sunt *χρήματα διανοίας*, quàm *λέξεις*, ut *περίφρασις*: vel propriè magis ad *διανοίας* figuras pertinent; ut omnia illa, in quibus contrarietas spectatur. Quare ea tantùm persequemur, quæ vel eandem ponunt vocem, vel similem.

Eadem vox est, vel solâ appellatione, vel significatione solâ,

folâ , vel & appellatione & significatione.

Si eadem vox sit, sed significatio diversa, ἀνταπόκλισις dicitur. Peditanus hoc schema appellat Dilogiam. Nam ad illud Cicer.

Verr. 11, Dedit enim prærogativam sua voluntatis ejusmodi, ut isti pro prærogativâ jam ꝑ reddidisse videatur: scribit hunc in modum: Dilogia dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res significat. Nam

prærogativa præter justum, integraque beneficius, aut dictum, aut factum aliquid significat liberalius ab eo, qui facturus est: & rursus prærogativa sunt tribus, quæ prima suffragium ferunt ante jure vocatas. Est igitur mens Ciceronis, Verrem hanc suæ voluntatis dedidisse prærogativam, atque specimen erga Metellum, quod largitione apud tribus prærogativas effecerit, ut M. Metellus designaretur consul.

Differt Dilogia à Syllepfi oratoriâ, de qua libro antecedenti dictum, quod in Dilogia vox repetita aliter priori, quàm posteriori, accipiat loco: in Syllepfi autem vox ambigua semel posita utraq; que usurpetur significatione. Itaque ἀνταπόκλισις, seu διλογία est, cum vox πρῶτον diversimodè accipitur B. Joh. cap. 11: Πολλοὶ ἐπίσταν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, διαρῶντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα, ὅτι ἴπτατοι. Αὐτὸς δὲ ἰησοῦς οὐκ ἐπίσταν ἑαυτὸν αὐτοῖς *. Itidem τὸ διλογεῖν ad Rom. xi 1, nunc significat rem persequi studio obtinendi eam, nunc aliquem persequi animo lædendi. Nam cum dixisset Apostolus, πῶς φιλοξενίαν διωκόντες ꝑ, mox subiicit, ἐυλογεῖτε τὸς δούλους ὑμῶν ꝑ. Huic verò exemplo geminum quodammodo est illud Virgilij in Eclogis *:

Torva læna lupum sequitur, lupus ipse capellam:

Florentem cithysum sequitur lasciva capella.

Nam odij videtur, quod læna lupum, aut lupus capellam sequitur: amoris autem, quod capella sequatur cithysum. In istidem ꝑ est:

Vt vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

Primum ut est postquam: at duobus posterioribus locis est quantopere: eodemque modo ὅς usurpârat Theocritus in Comaste:

Ὅς ἴδεν, ὅς ἐμάχην, ὅς ἐς βαθυῖ ἀλλὰτ' ἐρωτα ꝑ.

Item in Pharmaceutria:

Χ' ὅς ἴδον, ὅς ἐμάνην, ὅς μιν οὐκ ἔδωκεν ἰαφθην Δαιαλας!

Plautus Mil. Glor. *

Oculorum præstinguat aciem in acie hostibus.

Idem Bacchidibus ꝑ:

Non hercle opinor: verum verum nescia.

Et Curculione ꝑ:

* multi cre-
diderunt in
eam, visis
signis, quæ
cedebat: ipse
autè Ιησοῦς
nō credebat
se nec ὅς.
ꝑ hospitali-
tatem se-
cūam.

ꝑ benedicite
eis, qui vos
insultantur.
x Ecl. 2.
ꝑ Ecl. 8.

ꝑ Vi vidi,
ut insanij,
ut in profu-
dum incidit
animam.

ꝑ Atque ut
vidi, ut
insanij, ut
animus mi-
hi male est
afflictus mi-
sera.

* act. 1. sc.
1.
ꝑ act. 2. sc.
2.
ꝑ act. 4. sc.

Idem ego isthuc, cum credebam, credidi.

Hoc est, idem arbitratus sum, cum tibi pecuniam committerem.
Maro v. Æn.

— *Intentaq; brachia remis*

Intenti expectant.

Scio, in aliquot codd. antiquis pro *intentaq;* inveniri *nudataq;* : quâ de re in Castigationibus suis Pierium vide, si vacat. Sed *intentaq;* etiam Priscianus legit. Atque eundem in locum ita Servius: *Intenta. i. porrecta. Et bene eodem sermone in diversis usus est rebus. Ali- ter enim brachia, aliter intendimus mentem.* Voluit igitur Maro, brachia jam remigio parata avidè expectâsse, ut signum tubâ daret is, qui remis intentus erat, h. e. κελδεις, sive portifculus, sive jussor, (ut in veteri glossario vocatur) cujus erat, tum signo indicare, quando remigandi initium fieri deberet; unde paullò post:

Inde ubi clara dedit sonitum tuba:

tum modum classi dare, ejusque cursum vel incitare, vel sustinere: quod non uno modo fieri solet, quandoquidem Festus maleo, Nonius id perticâ factum ait, uterque in voce *portifculus*: at as- sâ quoque voce, aut per symphoniam, fieri solere. Nonius in Divinat. Atque ita hunc Maronis locum quoque interpretatur Car- rio lib. i. Emend. cap. x. Iul. Scaliger, ob repetitam *intendendi* vo- cem, ταυτίτητα esse statuit. Verùm ταυτίτης solum est, cum eadem quoque vocis retinetur significatio. Alioqui enim ἀνταρτέκλαση po- nere nihil opus fuisset. Idem Schema est in Epigrammate * Græ- co, quo φιλεῖν diversimodè accipitur:

Περὶ Διός, εἰ με φιλεῖς, Πάμφιλε, μή με φίλῃ †.

Vbi φιλεῖν nunc est *amore complecti*, nunc *osculum figere*. Nazianze- nus itidem de patre suo:

--- πολλός † νόον, πολλός † κέρμων †.

Priori loco πολλός modificatè, posteriori propriè usurpatur. Lu- cilius †:

--- Carcer vix carcere dignus.

Nam *carcer*, & pro homine nefario, & pro loco, accipitur. Var- ro Bimarco * voce *bellum* ludit: *Socius es hostibus; cum sociis bellum*. * apud No- ita *gevis, ut bella omnia domum auferas*. Ita eum locum emendo, ut ge- minus sit isti Sallustiano: *Postremo sociis vestris veluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur*. Itidem cum præverbium è (quemadmodum & duæ illæ, *de*, & *in*) nunc augendi vim habent, nunc minuendi: Ovidius utramque conjunxit significationem, quando inquit †:

Egelidum

* lib. 2.

Αυτολογ.

† per Iovē,

† me amas,

† Pamphile,

† ne osculum

des.

† canis mē-

se, canis que

capite.

† apud Do-

natium in Ter-

quinq; lo-

cu, & Cal-

urnium

Epistolib.

i. de conti-

nentia ve-

terum poe-

tarum.

* apud No-

itum in

Bellum.

† lib. 2. A-

morum

eleg. II.

*Egelidum borean, egelidumque * notum.*

Quamquam fuit, cum mallem,

Et gelidum borean, egelidumque notum:

ut est in MSo Claudij Puteani, ac Savaro † etiam legendum censet. Verum puto, ita si scripsisset Naso, hautquaquam eum verum dampnassent amici, tanquam κακός φίλος. Quare magis verisimile fit, poetam ambigua lussisse voce, atque hancce ingenij lasciviam duplicuisse amicis, uti scribit Seneca lib. II. Contr. II. quo loco & Nasonem, hujusce rei admonitum, respondisse refert: *Decentio rem esse faciem, in qua aliquis nervus esset.* Illustre quoque exemplum est epigrammate in Neronem *, quo *sustollendi* vocabulum, & *è medio* tollere significat, & tollere in humeros: * apud Sueton. in Nerone cap. 39.

Quis neget Anca magna de stirpe Neronem?

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Et in veteri inscriptione Narbone: AMICI, DVM VIVIMVS, VIVAMVS. Improbam profecto sententia: at proba, si in probam flexeris mentem, juxta Plinianum † illud; *vita vigilia.* Vfus & eodem schemate Appuleius in Apolog. *Lignum à me toto oppido, & quidem oppido quaesitum.* Item Antonius Epigr. XIX. ubi Meroën anum ita dictam ait, quia

Potare inmixtum sueta merumque merum.

.i. vinum nec ὀδάρης *, nec κενεγμένον †. Quamquam neque desint, qui cum Quintiano Stoà legere malint: * aqua coram mixtum.

Potare inmixtum sueta merum Meroën.

Ejusdem est Epigr. CXIX:

Festinas glossas non natis tradere natis.

h. e. filijs nondum in lucem editis: ubi & ἐξύμωρον. Denique ἀποστροφικαίς quoque est in isto: *Filius inquit patri, non expectare se mortem patris.* Imò vero, inquit pater, rogo mortem meam expectes. Priori loco expectare significat desiderare; posteriori prestolari: quomodo & usus Tullius in Miloniana, ubi de nece P. Africani ait: *Quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent, ejus ne necessariam quidem expectatam esse mortem.* Vide tis, quæ de expectandi verbo annotavit Donatus in Terentij Adelphos *, & Scipio Gentilis ad SC. Macedonianum † in Παράρτησι Iuris ‡. Ac vulgare hoc Proculeij exemplum adducit quoque Rutilius Lupus. Et rectè. At non video, quomodo tria, quæ subjungit, exempla ad ἀποστροφικαίς, sive, ut ipse vocat, ad ἀνάγκαις pertineant. Primum, quod affert, est Platonis; qui rogatus, quomodo resp. beata fieret, respondit: *Si aut qui sapienter, im-*

* att. 1. se.

2.

† l. i. in

prime. ff. de

SC. Aiacul.

‡ lib. 1. cap.

13.

perare, aut qui imperant, sapere discant. Alterum est Theophrasti, Prudentis esse officium, amicitiam probatam appetere, non appetitam probare. Tertium est Aristotelis, qui dixisse dicitur, Ejus esse vitam beatissimam, cuius & fortuna sapientia, & sapientia fortuna superaddet. Sed profecto nulla hinc in exemplis est ἀντανάκλασις, ut quidem hinc eā

* Pet. Ram. voce utimur; verum ἐπέροδο. Alium errorem erravit alius *, qui in distinctionibus Rhetoricis negat, exemplum, in quo ambigūe ἐκσφειλλάνδ vocem accipi dicebamus, ad ἀντανάκλασιν referri posse. Est, inquit, αἰρημασμός ex ambiguo. Verum negamus, propriè sarcasum esse: & ut laxè sarcasmus dicatur, hoc profecto ἀντανάκλασιν simul esse non prohibet. Nec rectiùs ejus, quem diximus, ὑπερβασι-
 † Audom. Tati. τὰς ἀντανάκλασιν refert ad αἰρημασμίαν. Nam in ἀντανάκλασι est eadem vox significatione variatà: paronomasia verò est allusio in vocibus diversis.

III. D E Π Λ Ο Κ Η.

Q UOD si ἀντανάκλασις sit ejusdem verbi in unà sententià repetiri multiplex significatio; prout superiùs dicebamus: sanè ὁλοκλή, seu copulatio (ut Aquila interpretatur) ejus species cenferi debet: ut quā vox repetita, nunc personam, vel quasi personam, significet; nunc mores, aliāve qualitatem. Sin obfirmatum illos sequi, quibus eā differunt, non ut genus & species, sed ut species oppositæ: ἀντανάκλασις vox presè sumi debet, ut non quamvis signet significationum diversitatem; verum eam solūm, in qua neutro loco notat mores. Ita ἀντανάκλασις quidem dicetur, cūm Plautus † matris nomen nunc pro genetrice, nunc pro nutrice usurpat:

† prolog.
Menach.

--- Vti mater sua

Non internoisse posset, que mammam dabat;
 Neque adeo mater ipsa, que illos pepererat.

At πλοκὴ fuerit in eadem matris voce apud Sophoclem Electrā:

* Euit pro Maivetai δ' ἠδονῆς μήτηρ ἀμήτωρ *: & apud Poëtam Sulmonensem:

delectatione
 mater non
 mater.

Talis erat mater, si modo mater erat.

Georgius Fabricius hoc in exemplo statuit αἰρημασμίαν, quam cum vulgo malè αἰρημασμίαν appellat, per ὁ: quā de re in ἀντονομασίῃ diximus. Est & ὁλοκλή:

† Amici
 procul ha-
 bitantes
 non sunt
 amici.

Τὸν φίλον παύσασθαι ἕκ εἰσιν φίλος †.

Sic Plautus Bacch. Act. III. Sc. 1:

Bacchides, non bacchides, sed bacche sunt asseri. ma.

Cicero

Cicero ad Quintum Fr. *Caro adolescens nullius consilij, sed tamen civis Romanus, & Caro.* Idem epist. vi. lib. xiv. ad Att. *Sed vides consules, vides reliquos magistratus, sisti magistratus.* Similiter pro Sextio: *Idem consules, si modo consules erant.* Et pro Cælio: *Quis ignorat in ejusmodi domo, in qua materfamilias meretricio more vivat; in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit; in qua lustra, libidines, luxurics, omnia denique inaudita vitia, atque flagitia versentur; hic servos non esse servos? Quibus verbis significatur, ubi omnia flagitia committuntur conscijs servis, ibi, ut in veteri adagione est, fulmenta lectos scandere, & servos potiùs à dominis metui, quam dominos à servis.* Quatuor etiam luculenta similis $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$ exempla suggeret Isidorus Pelusiota lib. 111. epist. cccxxvi, ad Eulogium exarata.

$\Pi\lambda\omicron\kappa\upsilon\omega$ verò non solum esse personarum, vel argumento est hoc Plauti Afinariâ Act. 1. Sc. 11:

Nam mare haut est mare, vos mare accerrimum.

.i. magis maritimis estis moribus. Atque hinc cognoscere est, cur in $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$ definitione adjecerim, *vel quasi personarum.*

Nec de nihilo est, quòd in eadem à nobis dicatur, $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$ non semper mores, verùm & aliam signari qualitatem. Neque enim mores alterutro loco vox repetita significat, cum Ulpianus ait: *mulier, quæ mulier fieri non possit.* hoc est, quæ virum pati nequeat: quomodo crebrè accipi *mulieris* vocem, testatum facit ea controversia, quam Tertullianus tractat de velandis virginibus. Est tamen hinc $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$, quia eadem voce priori loco persona, posteriori qualitas ejus indicatur.

Denique nec illud monere abs re sit, Donato quoque $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$ esse in illo Terent. Eunucho *:

Si id est peccatum, peccatum imprudentiâ est.

Est, inquit, $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$ *Nam peccatum superius nomen est, & sequens participium.* Item in illo Phorm. †

— *Ni vis boni*

In ipsâ inesset formâ, hæc formam exstinguerent.

Est, inquit, $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$. *Aliud enim supra, aliud infra, forma repetita significat.* Itaque $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$ Donato latius patet, ut $\alpha\upsilon\tau\alpha\gamma\alpha\lambda\alpha\sigma\iota\upsilon$ quamvis comprehendat. Eodemque modo hâc voce utitur Aquila Romanus. Nam in exemplo quidem est $\omega\lambda\omicron\upsilon\delta$: at definitio, quam adfert, convenit $\alpha\upsilon\tau\alpha\gamma\alpha\lambda\alpha\sigma\iota\upsilon$.

Est & tertia, quartaque hujus vocis significatio. Nam Fabius ita vocari ait repetitionum mixturas; qua de re cap. seq. At Julio Ru-

* Prologo

† Act. 1.
sc. 2.

finiano πλοῦς est, cum idem verbum sententiæ ad consummationem su-
 perioris retorquetur: ut †,

† *Æn. 2.*

--- Vos ò quibus integer æui

Sanguis ait, solidaque suo stant robore vires,

Vos agitate fugam.

At hæc quidem anaphora est, ut & altero in exemplo πλοῦς, quod
 inibi adfert:

* *Eccl. 4.*

Pan * etiam Arcadiâ mecum si iudice certes,

Pan etiam Arcadiâ dicat se iudice victum.

Itaque mihi quidem causam suam probet, qui ad vitandam hu-
 jusce nominis ὀμωνυμίαν, ἀντιθέλασιν sive ἀνέλασιν generatim appel-
 let cum Rutilio Lupo, quando vox repetita diversimodè sumitur.
 Ita quidem πλοῦς nomine carere liceat, uti & ἀντιθέλασις. Nam hæc
 quoque ἀνέλασις est, cum eâ idem verbum repetatur in contrario
 sensu, ut scribit Julius Rufinianus; qui ejusce schematis exemplum
 facit:

† *Æn. 2.*

Vna † salus victis nullam sperare salutem:

Item isthoc:

* *Eccl. 7.*

Ex * illo Coridon, Coridon est tempore nobis.

Quamquam hæc quidem non tam contrarius est sensus, quàm di-
 versus: ut mihi quidem videatur Rufinianus aut malè definire ἀντι-
 θέσιν, aut non satis apposita ejus asserere exempla. Minuta hæc fa-
 teor: verumtamen istiusmodi non tam adferre pudet, quàm præ-
 terire piger, necubi meritò nostra desideretur industria. Et hæc de
 schematibus, quæ eandem repetunt vocem, sed significatione di-
 versâ.

IV. DE SYNONYMIÀ.

AT voces non appellatione, sed significatione easdem, conjun-
 gunt σωνυμία, sive interpretatio, & ἕρεσις, sive expositio.

ΣΤΥΝΩΝΥΜΙΑ Aquilæ est *communio nominis*: Fabio lib. viiij, cum plura idem significant. Pleniùs dixeris, hanc esse, cum plura jun-
 guntur idem, vel penè idem significantia. Vocatur & διπλογία, πα-
 ράλληλος, ἀφιδήλωσις, ἐπατάλησις, & ἀναδίπλωσις. Sed fatius fuerit sche-
 mata singula distinctis appellare nominibus, quàm confundere ἀ-
 δήλωσις, sive σωνυμίαν, διπλογίαν, ἐπατάλησιν & ἀναδίπλωσιν, quæ
 quatuor sunt diversa schemata.

Cum autem, quæ Grammatici, ac Rhetores, vulgò σωνύμα appel-
 lant,

Iant, ea Damasceno cap. xxxiii Dialecticæ, ac Logicis alijs, appellentur *συναγωγή*, quia sunt plura nomina unius rei; fortasse rectius *συναγωγίαι* hoc Schema dixeris, quàm *συναγωγία*: præsertim cum Iulius quoque Scaliger neget, rectè vocari *συναγωγή*, quæ ita cum Stoicis Grammatici appellant. Aristoteles tamen eo modo locutus lib. III. Rhet. cap. II. Neque ratio adversatur. Nã τὸ συν-
 &tionem notat: at conjunguntur vel plures res cum eodem nomine, vel plura nomina cum eadem re: priorem conjun&tionem considerantur Logici; posteriorem autem Grammatici, qui Stoicos hæc in parte sequuntur. Itaque jure optimo *συναγωγία* nomen retinemus.

Exemplum *συναγωγίας* est in illo Homericò Iliad. α :

--- ἢ ἤρετο δ' ἄτερον αὐδῆς †.

Nam δ' ἄτερον idem, quod αὐδῆς.

Idem alibi:

--- ἀγορεύσαστο ἢ μετίσαστο.

Istiusmodi quoque est istud Aristophanis †:

Ἡ καλῆ, ἡ θάπιδ', ἐκίλακιδ', ἐξήπιδ' α.

Vbi scholiastes annotavit, *αἰκάλην, θάπιδει, & κολακείην*, idem esse; nempe *adulari*, ac *blandiri*. Plautus Bacch. †

Quicumque ubique sunt, qui fuerit, quique futuri sunt posthæc,

Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blemi, buccones,

Solus ego omnes longe anteco stultitia, & moribus indoctis.

Idem Sticho †:

Morè hoc fit, atque stultè, meâ sententiâ.

Nam *morè* hîc valet *μορῶς* * : quomodo de Claudio dixit Nero, * *stulidè*, cum desijisse inter homines *morari*, h. e. *μορῶσιν*. Mirificè autem hæc figura gaudet Catullus. Ejus est isthoc carmine de nuptijs Pelei & Thetidis:

Illâ tempestate, feræx quo tempore Theseus.

Ad Rufum:

Rufè mihi frustra ac nequicquam credite amice.

Et fortasse in illo ad Lesbiam:

Si quicquam cupidoque optantique obigit unquam.

Nec refugit Virgilius, cujus hoc II. Georg.

Quadrisidalque sudos, & acuto robore vallos.

Servius: *Bis*, inquit, idem dixit. Nam *et valli, & sudos idem sunt.*

Quod & Vegetius ait lib. III. cap. VIII. Eiusdem Maronis est †;

Quantum in connubio gnata thalamoq, moratur.

m m 3

Quod

† & vocat
 bat scemad
 iterum.

† Equibus
 sc. 2.

† ast. 5. sc
 1.

† ast. 4.

† Ed. 7.

Quod si quosdam audimus, par ratio erit istius Eclogæ 1:

Non insueta graves tentabunt pabula fetas.

Verùm, ut Servius scribis in 1. Æn. haut temerè additur *graves*, quia latiùs patet *fetas*, quàm *gravidas*, cùm illo tum gravidæ significantur, tum fetum antè enixæ; ita ut ante puerperium, & post partum, *feta* quæpiam dici possit, *gravidas* non item. Sanè quæ non gravidæ sunt, sed jam enixæ, rectè fetas nominari, vel fidem fecerit Servius, cùm cap. xi. inquit: *Prægnans ante diem quadragesimum non prodit in funum, & post partum quadraginta diebus pleraque fetas graviores sunt, nec sanguinem interdum continent. Feta autem substantivè accipit Maro: quomodo fortean Arnebius lib. vii. ait, ingens feta. Malim tamen cum copulâ, & feta, quomodo in MSo Regio est. Nam cùm antecedit scrofa, dispar omnino hîc ratio est: Telluri, inquit, matri scrofa ingens immolatur feta. Idem schema in illo Cornelij Severi in Ætnâ:*

Ni furtim generet secretis callibus humor

Materiem sylvamque suam.

Nam *materia*, & *sylvæ*, idem sunt: unde carmina subitò effusa calor, quia sunt velut rudis *materia*, *sylvæ* appellarunt. Sed & etymon *sylvæ* indicio est, cùm non à silendo *κασ' ἀντίθεσιν* factum sit, sed

† lib. 1. sat. à Græco ἄν. Est & *συναυμία* in hoc Juvenalis †:

5.

Structorem interea, nequa indignatio desit,
Saltantem spectas, & chironomonta volanti
Cultello.

Nam minister, qui priùs *structor* dicitur. i. carptor five scissor, vel, ut vetus poëtæ hujus interpres vocat, *infector*, is postea *χειροβάτης* appellatur; ut placet Lipsio †, ac Savaroni *: vel potiùs, qui priùs *saltans*, h.e. pantomimus, is postea à manuum gestificatione *χειροβάτης* vocatur; ut idem significetur per saltantem structorem, & chironomonta volanti cultello. Qua de re plura in Originum libris diximus.

‡ Poëtis *μο- ris est usurpare*, ac *quasi parvis componere voces* ejusdè *significatio- nis.* Atque ex hisce quidem cognoscere est, *συναυμίας* χῆμα poëtis esse usitatissimum. Εἴθ' τοῖς κοινταῖς παραλλήλαις λέξεσιν ἰσοδυναμοῦσας χεῖρας †: ut in Vespas scribit Aristophanis interpres. At oratores haut temerè *συναυμίας* usurpant: quâ de re ita Theon in progymnasmatibus †: *Εἰς τὸ τοῖς κατὰ τὴν λέξιν ἑταίμασιν, καὶ τὸ μίτε συναυμίας χεῖρας. Ταῦτ' αὖ τὴν ἀντιθέσιν ἑχόντα δυνάματα μακροτέρου ποιεῖ τὸ λόγον, ἢ δὲ δῆλον ὡς ἑστὶ δημοδῆσαι ἐν τῇ Ὀλυμπιακῇ δευτέρῳ, Δαιμονία τὰ καὶ θεία παρὰ τῆσιν ἑσὶ καὶ ἐν ἑσέραις. In verbis observandum, ne utamur multis idem significantibus.*

† cap. de Narrat.

bus. Nam quæ voces idem polleat, orationem reddunt longiorem, cum non sit opus: ut Demosthenis hoc Olynthiacâ secundâ: Calesti quodammodo ac divino beneficio hoc omnimodis simile videtur.

Varius autem est usus *σωωνυμίας*; ut docet Gellius lib. xiiii. cap. xxiiii. Inter alios, tum ut orationem modulationem aptioremque reddat: tum ut onerandi, vel exprobrandi criminis causâ, exaggerationem aliquam speciosam faciat. Atque addit deinde, Quæ cum dignitate orationis, & cum gravi verborum copiâ dicantur, quamquam eadem fere sint, & ex una sententiâ coordinantur, plura tamen esse existimantur, quoniam & aures, & animum, sapius ferunt. Quibus ex verbis alius etiam usus *σωωνυμίας* comparet. Præterea orationi a dit acrimoniam. Ut cum Hæmerus ait, *Βάσι' ἴδ'· I vade*. Vbi Gellius ꝑ ait, verba duo idem significantia non ꝑ lib. 13. frustra posita esse ἐν Ἑλληνῶ, ut quidam putant; sed hortamentum esse cap. 23. acre imperata celeritatis. Et hæc de *σωωνυμίας*.

V. DE ΕΞΕΡΓΑΣΙΑ, ET ΕΠΙΜΟΝΗ.

ΕΞΕΡΓΑΣΙΑ verò sive explitio est, cum orationes idem significantes conjunguntur. Quidam *παλιολίας* vocant. Retulit autem Alexander quoque ad *χρήματα λέξεως*, quia si *σωωνυμία* est schema dictionis ob dictiones singulas; erit & *ἐξεργασία* ob plures junctas pluribus alijs *ἰσὸδωαμέντος*. Optimè tamen referri quoque possit ad *χρήματα διαβολίας*. Nam ut *χῆμα* est *λέξεως*, cum eadem usurpatur dictione, quod *πυτότητα* vocant: ita *χῆμα* erit *διαβολίας*, cum eadem repetitur *διείρη*: estque in hæc quoque sententiâ Iul. Scaliger.

Ἐξεργασία est in illo Ciceronis pro Milone: *Vetorem consuetudinem fori, & pristinum morem judiciorum minimè vident.* Nisi hic tergeminam *σωωνυμίας* statuere malis. Virgilius *

* *Æn. 1.*

--- Si vescitur aurâ

Aithereâ, nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Status Papinius Epithalamio Stellæ & Violantillæ:

Exerce formam, & fugientibus utere donis.

Permulta quoque, tum *σωωνυμίας*, tum *ἐξεργασίας* sunt exempla in sacris literis: plerumque tamen posterius est *ἐξοχητικόν* prioris. Vnde Gregorius Magnus lib. xxviiii. Moral. cap. xvii: *More sacri eloquii res semel pro confirmatione replicatur.* Ita in oratione Ionæ cap. ii. vers. 11: *Inclamavi ex angustiâ meâ, & exaudivit me: è ventre sepulcrali vociferatus sum, exaudivisti vocem meam.* Vers. 33: *Nam projeceras me in profundum, in intimam partem marium.* Vers. 53: *Circumierant me*

aque

aque usque ad animam, abyssus circumdabat me. Imò Psàlms CXIX, siue, iuxta Latinos CXVII, qui pro XXI Hebræorum literis in totidem partes distribuitur, vix aliud dici potest, quam perpetua expolitio. Similiaque exempla passim se offerunt in Psàlms: uti & in Ieremiæ Threnis.

Quod verò dicebam, utrumque schema institui, quòd ijs, quæ minus erant aperta, lucis aliquid accedat, id in profanis quoque scriptoribus locum habet. Certè Homerus etiam, quoties obscuriori usus est vocabulo, sejus explicationem subnectit. Ita, cum dixisset * bovem ἀμύτω, subdit, ἡ δὲ ἔπειτα ἑστὸς ζυγὸν ἤραξεν αὐτῆς †. Pluribus id probat Porphyrius quæstionibus, quas in Homerum scripsit.

Ad ἐξερρασίαν pertinet ὀπμιονή, cum idem diversimodè exprimitur ad auditorem diutius detinendum: siue, quâ diutius in eadem commoramur sententiâ, ita tamen, ut aliud atque aliud dicere videamur. Ovid. XI II. Met. in querelâ Hecubæ:

*Nata jaces, videoque meum tua vulnera peclus.
Et ne perdidderint quemquam sine cade meorum,
Tu quoque vulnus habes.*

Et paullo pòst:

*--- Cecidisti & femina ferro,
Postque tot amissos tu nunc, quæ sola levabas
Maternos luctus, hostilia busta piasti.*

Quod si immodicè, aut sine causâ, utamur σιωωνιμίᾳ, aut ἐξερρασίᾳ, βαπλολογία nuncupatur; unde βαπλολογεῖν apud Matth. VI. 7. Originem vocis à Batto quodam ducunt, qui poéticas audiunt fabulas. Omnino autem est à βάλῃ, quod est τελευτόων, ἰχθυόων, ut optimè exponit Hesychius. Est enim βάλῃ καὶ ὀνοματεπιστάν δὲ βα vel bat, quæ syllaba crebrò infantibus in ore: unde & βάλωξ, ὀφθαλμῶς, ut idem exponit Grammaticus. Nævij quoque butubata, quod è quatuor vocibus factum, hinc tertiam accepit syllabam. Est autem hoc vitium eò diligentius vitandum, quòd in illo quoque optimi peccarint auctores. Chærenon quidem ab Eubulo reprehensus est, quòd scripsisset,

† ἢ ἀμύτῃ, ὅδ' ὄρ' ἰπταμῆ σῶμα διεπεράσωμαι †. Nam ὅδ' ὄρ' idem est, quod ποταμῆ σῶμα. Æschylus quoque Aristophani visus ταυτολογεῖν. Quod nisi audaciæ crimen metuerem, hujusmodi esse dicerem illud castissimi scriptoris, Cornelij Nepotis in Timotheo: *Huic in consilium dantur duo usi & sapientiâ præstantes, quorum consilio meretur.* Nisi fortasse tria verba postrema è glossemate irreplere, quod suspicor. Lambinus putat esse ἐξερρασίαν: sed non satisfacit. Scaurus hujus vitij reum notavit

* Il. II.

† quâ nec-
dum sub
jugo duxit
eius.

notavit rhetorem Montanum, quod sententias repetendo corrumpere. Itaque & eum solebat vocare Ovidium inter Oratores. Nam & Ovidius eo nomine reprehensus; quâ de re visum adscribere verba Senecæ patris è lib. ix. controv. v: *Ovidius nescit, quod bene cessit, relinquere. Non multa referam, quæ Montaniana Scavrus vocabat. Vno hoc contentus ero. Cum Polyxena esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit* *

--- cinis ipse sepulci

In genus hoc pugnat. ---

Poterat hoc contentus esse, adiecit:

--- tumulo quoque sensimus hostem.

Nec hoc contentus adiecit:

Eacida fecunda fui. ---

*Liebat autem Scavrus rem veram: Non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere. Hæc Seneca rhetor, non philosophus; ne fallare cum magno Erasmo, qui, hæc ipsâ de re tractans †, † lib. 1. de Ovidium ait taxatum esse eo nomine, quod in copia modum non teneat; † cop. verb. at taxatum à Senecâ, cuius totam dictionem damnant Fabius, Suetonius *, * cap. 2. & Gellius. Nam hi quidem improbant phrasin L. Senecæ philosophi, non M. Senecæ rhetoris, quem philosophi patrem fuisse, multi sentiunt; ut jam olim scripsit Raphaël Volaterranus lib. XIX: ne quis hoc primùm suspicatum putet Justum Lipsium, qui multus est hæc in re libro lectissimorum Electorum primo.*

VI. ELOQVËNTIÆ STUDIOSO PLVRIMVM PRO-
DESSE, SI DISCAT, EANDEM REM EFFER-
RE PLVRIBVS MODIS.

OPTIME autem operam suam locaturus est, qui rem eandem didicerit compluribus variare modis. Notum, quomodo certarit Tullius cum Roscio, utrùm hic gestibus, an ipse oratione, rem plurifariam signare posset. Ac fructum hujuscæ operæ videt, qui videt, quàm variè Tullius idem tractet argumentum in orationibus. Et certè multò maxima Virgiliani carminis venustas deperijisset, nisi in pugnarum cædiumque descriptione, rem unam tam variè expressisset. Imò & Sallustius eodem argumento Catilinariam conjurationem, & bellum exorsus est Iugurthinum. Tacitus item argumento eodem scripsit initium annalium, & historiarum. Singulas utriusque scriptoris partes inter se componit Vincentius

Contarenius lib. xx. Var. Lect. Ferridiculum autem sit, existimare, id ab hisce auctoribus factum esse, quod inveniendi facultate destituerentur. At longè magis vero mihi simile videtur, eos sufficere existimasse, ut idem, diversimodè tractatum, diversum quoque videri posset. Nam, ut scribit Quintilianus †, *non adeo jejunam ac pauperem naturam eloquentiam fecit, ut unà de re bene dici, nisi semel, non possit.* Quin eo potissimum cernitur eloquentiæ vis, quod idem multis possit modis transformare. Itaque non possum adfentiri Cæsari Scaligero, qui in Hypercritico Horatium eo nomine damnat, quod de eodem sæpius argumento agat. *Principio, inquit, nos offendit idem argumentum tot locis tractatum. Nam, ut omittam, quæ in satiris, atque in epistolis, ad hanc eandem rationem tractantur, video nihil differre materiam prima cautionis primi, & prima tertij: eadem sententia decima, & sextadecima secundi: multis quoque alijs in locis aut eadem, aut similia, repetuntur.* Hæc vir ille summus. Ac de eo quidem lubens adfentio, quod ait, in eodem Horatium sæpius versari argumento. Ita ejusdem quoque argumenti esse scimus odam 1 v. lib. 1. ad Sextium, & od. vi. lib. 1 v. ad Torquatium. Nec multum disconveniunt ode ultima lib. 1. & ultima tertij; atque alibi compluries id ipsum ab eo factum; ut præter cæteros non uno loco observavit Bernardinus Parthenius. Verùm, ut dicebamus, varia isthæc unius argumenti tractatio non vitium est, sed virtus. Ac visum hæc de re illustrem adducere locum Theonis: qui in progymnasmatibus † eà de re scribit hunc in modum: ἢ ἢ περὶ φερεσι, ἐχ' ὡς πον εἶρη, ἢ ἔδοξαν, ἀχρησὶς βῆτι. Τὸ δὲ καλῶς εἶπιν, φασίν, ἀπαξ φερίνη, δὲ ἢ ἐκ ἐδέχη. ἔπει ἢ σφάδρα τὸ ὄρθα διημαρτήεσσι. † ἢ δὲ δανοίος ὑπ' ἐνὶ φεράγματι μὴ κατ' ἐνα τρέπον κινωμένους, ὡς πτω φεραποσῶσαν αὐτὰ φαντασίαν, ὁμοίως φερατῆραδης, ἀλλὰ καὶ φάσις, ἐν ποτὲ μὲν ἠποφαινομένῳ ὑμῶν, ποτὲ δὲ ἠρωτῶντων, ποτὲ δὲ φωλυνομένων, ποτὲ δὲ διχομῆνων, ποτὲ δὲ κατ' ἄλλον πνὰ τρέπον τὸ νοσθὲν εὐφαιρόντων, ἐδὲν καλῶς καὶ πάντας τὸς τρέπους, τὸ φανταδὲν ὁπίσης καλῶς ἐξενεργεῖν. h. c. *Paraphrasis verò non est, ut quidam dicunt, aut sentiunt, inutilis. Nam semel, inquit, pulchrè quid loqui licet; his non licet. At verò multum hi à vero aberrant. Cum enim non uno modo cogitatio unius rei ab eodem moveatur, prout est, quæ incidit, imaginatio, verum id plurifariam fiat, ac interdum nobis affirmantibus, interdum interrogantibus, interdum percontantibus, interdum precantibus, interdum cogitatum alio modo efferentibus: nihil prohibet hisce omnibus modis eandem imaginationem æquè laudabiliter efferre. Idem inibi hancce rem comprobat testimonijjs Homeri, Archilochi, Demosthenis, Æschinis, Thucydidis, & Theopompi. Vide & Gellium.*

† lib. 10.
cap. 5.

† cap. 1.

lib. xiii. cap. xiiii: unde quædam superius adduximus, cum de *ἁπλοῦς* ageremus.

Cumque in omni oratione magnus sit hujus artificij usus: tum maxime in eo, ut aliter atque aliter exprimamus id, quod præcipue in controversia est. Nam ut a *ἁπλοῦς* lineæ omnes ducuntur versus centrum, inque eo conveniunt, velut communi termino: ita in oratione etiam omnia referuntur ad principalem quæstionem, & eam, quæ *κεφάλαιον* dicitur. Quæ quia causa innititur, eo omnino illam sæpius repeti sit opus. Quod cum voluptate fiet, si variè idem efferamus: cum tædio autem, si idem ipsdem semper verbis dicamus.

Sunt autem sex modi, quibus orator rem, quam vel ipse, vel alius antè dixerit, alijs possit modis dicere, ita ut videantur diversa; aut, si idè dici occultum non sit, sine fastidio tamen audiatur. Primus est, ut quod prius breviter dictum est, id fusiùs prosequamur. Alter, ut, quod antè dictum est copiosè, id efferamus breviter. Tertius est, ut rem novam addamus ei, quam repetimus. Quartus est, ut partem demamus, non de verbis modò (ne modus tertius, & quartus, concurrere videantur cū primo, & secundo) sed de rebus ipsis. Quintus est transpositio verborum sententiarumque. Sextus est imitatio eorundem. Neque hæc res oratori modò utilis est, sed omnibus ijs, qui obscuros enucleant autores; teste Hermogene *ὁ μὲν δὲ δεινότητι*. Fabium quoque ad lib. x. cap. v.

CAP. III.

DE SCHEMATIBUS, QUÆ VOCEM
EANDEM ET APPELLATIONE, ET SIGNIFI-
CATIONE, REPETVNT.

VOCEM eandem & appellatione, & significatione, usurpant, ἀναφορὰ, ἐπιφορὰ, συμπλοκὴ, ἐπιάνησις, ἀναδιπλωσις, ἀλίμαξ, ἐπίπλοσ, ταυτότης, & ἀλλύλων.

Anaphora est repetitio in principiis, epiphora in clausulis: quòd si utraque concurrat, συμπλοκὴ nominatur.

Epanalepsis est iteratio, qua fit initio præcedentis, & clausulâ sequentis sententiæ.

Anadiplosis est repetitio in fine præcedentis, & initio sequentis.

Quod si repetitio ob affectum continua, vel quasi continua, fuerit, i. e. si dicitur dicitur.

Climax eodem verbo connectit superiora inferioribus.

Epanodos est, cum per eadem recurrimus, verba ordine inverso reagentes.

Tautotes est, cum eadem voce utimur quasi temere, & neglecto cultu.

Polyptoton est, cum eadem vox repetitur variatis casibus.

I. DE ANAPHORA.

REPETITIO, quæ ejusdem est vocis, ac significati, vel fit simpliciter, ac sine mutatione, vel partibus mutatis, vel utroque modo. Primi generis repetitio vel disiuncta est, vel conjuncta. De disiunctâ ed prius agimus, quia ἐπιζευξίς, quæ conjuncta est repetitio, tantam quam quarta specie disiunctæ repetitionis affinitatem habet, ut ejus vulgò species existimetur. Fit verò disiuncta, vel ejusdem, vel diversi generis locis. Ejusdem, ut anaphora, & epiphora. Diversi, ut epanalepsis, & anadiplosis: cui vulgò, ut dixi, subjiciunt epizeuxin. Ad anaphoram, & epiphoram pertinet symploce. Ad anadiplosin climax. Ad epanalepsin, & anaphoram, epanodus. Tautotes, & polyptoton, superiorum sunt schematum affectiones. De singulis videamus.

ANAPHORA, seu relatic, quæ scriptori ad Herennium generatim repetitio, Plutarcho, & Ruffiniano ἐπιαναφορῆς, Rutilio Lupo ἐπιτολή, alijs δὲ τῶν λωας ἀναφορῆς, aut πειλοσσις dicitur, est repetitio, quæ fit in principijs. Hâc figurâ nobilitavit Homerus Nirea solâ formâ præstabilem, & cujus nusquam mentionem faciat, præterquam Iliad. β, in navium catalogo, cum ait:

Nireus δ' αὖ Σύμωδον ἄγχι πρὸς ἧας ἕτοας.
Nireus Ἀγλαίης δ' ἕδς, Χαρόπιοιο τ' ἀνακτοῦ,
Nireus δ' εὐκάλιδος ἀνδρὸς ἕδ' Ἰλίου ἦλθε
τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα †.

† Nireus autem vocatur à Symo dicitur tres naves equales, Nireus Aglaies filius, Charopique regis, Nireus, qui palcherminus ad Ilium venit aliorum Danaorum post scelere violatum est, quod tres Pontifices statuisent, id semper populo Romano, semper senatus, semper ipsis Diis immortalibus, satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est. Illustris quoque anaphora est in Lucillianâ illâ virtutis descriptione apud Lactantium †: Virtus, & Albine, est precium persolvere verum, & heic

Complures junguntur anaphoræ in illo Ciceronis orat. de Arusp. responsis: De sacris publicis, de ludis maximis, de Deorum Penatium, Vestaque matris ceremoniis, de illo ipso sacrificio, quod fit pro salute populi Romani, quod post Romam conditam hujus unius casti tutoris religionum no, semper violatum est, quod tres Pontifices statuisent, id semper populo Romano, semper senatus, semper ipsis Diis immortalibus, satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est. Illustris quoque anaphora est in Lucillianâ illâ virtutis descriptione apud Lactantium †:

Virtus, & Albine, est precium persolvere verum,

& heic

*Quis in versatur, quis vivimus rebus, potesse:
 Virtus est homini, scire id, quod quaque habeat res:
 Virtus, scire homini rectum, utile; quid sit honestum,
 Qua bona, qua mala item; quid inutile, turpe, inhonestum:
 Virtus, querenda rei finem scire, modumque:
 Virtus, divitijs pretium persolvere posse:
 Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honori:
 Hostem esse atque inimicum hominum, morumque malorum:
 Contra defensorem hominum, morumque bonorum:
 Magnificare hos, his bene velle, & vivere amicum:
 Comoda praterea patria sibi & prima putare;
 Deinde parentum, tertia jam postremaque nostra.*

Mantuan quoque cum Marone suo haut invenustè commendat
 Silius †, licet bonorum Poëtarum ultimus:

*Mantua mittendâ certavit pube Cremona,
 Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu
 Ejecta Andino, & Smyrnæis emula plectris.*

Martialis † verò, Hermetem ut laudet, decies quinquies versum
 orditur ab *Hermes*.

Afferit hoc schema mirificam venustatem, si cum interrogatione
 instituat. Certè suavissima est anaphora mellitissima istius can-
 tionis: Πῆ † μὴ τὰ πόδα; πῦ μοι τὰ ἴα; πῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα; πῶ μοι τὰ δὶ τὰ
 πόδα, τὰ δὶ τὰ ἴα; τὰ δὶ τὰ καλὰ σέλινα; Ita ea verba in excerptis Athe-
 næi concepta legere est; ut monuit Casaubonus lib. xi v. Animadv.
 cap. v xi. Ex ijs verò nemo non videt, cur saltationi, quâ isthæc.ca-
 nebant, à floribus nomen fecerint ἄνθεμα. Nam ἄνθεμον κτ' γλῶσσας, ut
 vult Eustathius †, idem est, quod ἄνθος.

At non venustatem modò, sed & gravitatem, atque acrimoniam,
 affert anaphora cum interrogatione conjuncta in querelâ Ariadnes
 apud Catullum *:

*Siccine me patriis abvectam, perfide, ab oris,
 Perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?
 Siccine discedens, neglecto numine Divûm,
 Immemor ab devoti domum perjuria portas?*

Auguet quoque, & acrimoniam orationi addit in illis Maronis z. Æn.

*Tu mihi quocumque hoc regni, tu sceptra Iovisque
 Concilias, tu das epulis accumbere Divûm.*

Et hoc 11. Æn.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Item 11,

nn 3

Sanguine

† al. pa-
 triai pri-
 ma.

† lib. 8.

† lib. 5.
 epig. 25.

† Ubi mihi
 refert? ubi

mibi viola?

ubi mihi

pulcrum?

apium? ubi

mibi ille ro-

sa? ubi mihi?

viola illa?

ubi mihi

pulcrum

illud? apiu?

† in ll. 8.

pag. 324.

edit. Rom.

* carm. de

nuptijs Pe-

lei, & Tho-

tidis.

*Sanguine placâstis Divos, & virgine casâ:
Sanguine tentandi reditus.*

Neque tantùm primanum repetitur verbum, aut gemina vox; sed & tres, quatuorve voces. Cicero pro Quinctio: *Ad vadimonium non venit. quis? propinquus. si res ista gravissima suâ sponte videretur, tamen ejus atrocitas necessitudinis nomine levaretur. Ad vadimonium non venit. quis? socius. etiam gravius aliquid ei deberes concedere, quicquid se aut voluntas congregasset, aut fortuna conjunxisset. Ad vadimonium non venit. quis? is quis tibi præsto semper venit.* Virgilius in Eclogis:

*Pan etiam Arcadiâ mecum si juvace ceter,
Pan etiam Arcadiâ dicat se juvace victum.*

Quamquam nec improbo priori versu, *Pan Deus*; ut se in codice oblongo reperisse Pierius refert. Quippe *Dei* vox ad ἱμῶνος facit. Nonnus cap. xv:

Δῶλθ' ἀνὴρ ἐν οἴδ' ἑτι καί εἰσθ' ἔσθ' ὄν ὄφαινε,
Δῶλθ' ἀνὴρ ἐν οἴδ' ἑ.

⁂ *Vn servus igno-
rat, quod o-
pus dominus
agat,
Vn servus
ignorat.*

Quin nec sacrae literæ hoc repetitionis genus nesciunt. Psal. cxxiv: *Nisi Dominus adfuisset nobis, dicat nunc Israel; nisi Dominus adfuisset nobis.* Et similia in ipsdem passim. Sic Matth. xxi. crebro auspicatur Christus ab illis verbis, *Va vobis Scribae, & Pharisei.*

Etiam alternatim voces repetuntur: cujusmodi anaphora magnam vim habet, si res opponantur. Ut pro lege Maniliâ: ubi Tullius alternis colis ab illi, & vos orditur.

Eleganter etiam fit anaphora voce immutatâ. Demosthenes Philipp. i. i: Ταύτην φυλάξτε, ταύτην ἀρτήχεται· ἐὰν ταύτην σῶζετε, ἰδίῳ δεινὸν μὴ σῶσθε· *Hanc custodite, huic adhaerete. si hanc conservaveritis, extrorsum omne eritis periculum.* Cicero pro Plancio: *Nulla contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla expectatio suffragiorum.* Idem pro Archia: *Pleti omnes sunt libri; plena sapientum voces; plena exemplorum vetustas.* Virgil. i. i. Æn.

--- *Bellum ò terra hospita portus,*

Bell: armantur equi, bellum hac armenta minantur.

Ovidius ii. Met. de Narcisso:

Mult. illum juvenes, multe periere puella.

Sed fuit in tenerâ tam dura superbia formâ,

Nulli illum juvenes, nullis tetigere puella.

Qui locus, ut admodum pueri observabamus, expressus est ex illo Catulli 63. lo

Quem mulcent aura, firmat sol, educat imber.

Multis

Multi illum pueri, multa optavere puella.

Idem cum tenui corpore desloruit ungui.

Nulli illum pueri, nulla optavere puella.

Nec minus idem fit in verbis. Virgil. 11. Æn.

Apparet domus intus, & atria longa patefcunt,

Apparent Priami, & veterum penetralia regum.

II. Δ Ε Π Ι Σ Τ Ρ Ο Φ Η

ΕΠΙΣΤΡΟΦΗ, sive *conversio*, ut vocat Cornificius, seu *reversio*, ut interpretatur Iul. Rufinianus (*ἐπιστροφή*) ea Rutilio dicitur, Aquilæ Romano *ἀναστροφή*, Hermogeni *ἀντιστροφή* est schema, quo repetitio fit in clausulis. Ut in illo Apoitoli †: *Hebraei sunt? & ego.* † 2. Cor. 11. 22.
Israëlitæ sunt? & ego. Semen Abrahæ sunt? & ego. Ministri Christi sunt? (ut minus sapiens dico) & ego. Sic Cic. 11. Philipp. *Doletis tres exercitus populi Romani interfectos? Interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives? Eos quoque eripuit vobis Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflicta est? Afflixit Antonius. Et Plautus Trinummus *, de* * *Æt. 1. sc. hanc ep- rona.*
curiositate scurrarum:

Qui omnia simulant se scire, nec quicquam sciunt:

Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt:

Idque, quod in aurem rex regine dixerit,

Sciunt: quod Iuno fabulata est cum Iove;

Que neque futura, neque facta sunt, tamen h' sciunt.

Maro Ecl. x:

Surgamus: solet esse gravis cantantibus umbra:

Iuniperi gravis umbra: nocent & frugibus umbra.

Venustè sanè: quamquam verus posterior in codd. aliquot antiquis omittatur, ut Pierius monet. Scitè quoque Ovidius:

Rure latent: finguntque comas: licet arduus illas

Celer Atlas, cultas alius habebit Atlas.

Locus est lib. de Medicamine faciei, quem malè aliqui ab Ovidio abjudicant, cum pro suo ipse agnoscat in 111. de Arte, ubi ait:

Est mihi, quo dixi vestra medicamina forma,

Parvus, sed curâ grande libellus opus.

Acrimoniam sæpe habet hæc figura: ut in illo:

Et qui ab uno non potest occidi, a multis occiditur.

Elephas grandis est, & occiditur:

Leo fortis est, & occiditur:

Tigris fortis est, & occiditur :

Cave multos, si singulos non times.

Quam versuum Græcorum contra Cæsarem Maximinum dictorum fuisse sententiam, refert Iulius Capitolinus. Interdum quoque repetitur sententia, ut in illo Martialis †:

† lib. 2.
epig. 18.

Capto tuam, (pudet heu) sed capto, Maxime, cœnam:

Tu captas alias. Iam sumus ergo pares.

Manè salutatum venio: tu dicis iste

Antio salutatum. Iam sumus ergo pares.

Sum comes ipse tuus, tumidique antea mbulo regis:

Tu comes alterius. Iam sumus ergo pares.

Quod si hæc ἐπιστοφὴ est, etiam ἐπιστοφὴ erit, si versus integer sapius subiungatur: ut ille apud Ovidium *:

* epist.
Deianira
ad Hercules.

Impia quid dubitas, Deianira, mori?

Nec propterea ijs subscribendum, qui omnem versum inrecalem epistrophe subiiciunt. Nam hujus quidem loci est, si ex prioribus colligatur; aut quomodocumque sententiam finiat. Sin eam incipiat, ad anaphoram rectius retuleris. Qualis ille Ecl. viii:

Incipe Manalios mecum, mea tibia, versus.

Nam Damonem incipere eo sententias singulas, tum illa incipientis vox arguit, tum quod sic desinat:

Desine Manalios mecum, mea tibia, versus.

Totius sententiæ epistrophe gaudet quoque divinus psaltes. Vt Psal. cxiv:

Domus Israël speravit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Sic Psalms cxxxvi, qui viginti sex versiculis constat, singulos versus concludit his verbis: *Quoniam in æternum misericordiae, us.*

Habet epistrophe vim eandem, quam anaphora, vel etiam majorem: quia, quæ postremò dicuntur, magis inhaerent, atque altius penetrant,

III. ΔΕ ΣΤ Μ Π Λ Ο Κ Η.

ΣΤ Μ Π Λ Ο Κ Η, sive *complexio* est, cūm repetitio fit in principijs, ac clausulis. Nam comprehendit anaphoram, ac epiphoram. Vnde & *ἀναφορὰ* dicitur Rutilio Lupo lib. priori. Quamquam profectò hæc librorum distinctio non est ab auctore, qui quatuor Gorgiæ Leontini, non illius antiqui, sed æqualis sui libros in unum contraxit. ut scribit Fabius lib. ix. cap. i. Hunc verd eundem esse Lupum, argumento est mihi, quòd ipse lib. ff. in *περὶ ἰουδαιῶν* lectorem remittat ad Græcum Gorgiæ librum, in quo plenius ait uniuscujusque rationem reddi.

Plurimūm hoc schema fit per interrogationem. Ut apud Cic. pro lege Agraria: *Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem populi partem suffragijs privavit? Rullus. Quis comitijs præfuit? idem Rullus.* Illustre etiam illud apud Cornificium †: *Qui sunt, qui sædera sæpe ruperunt? † lib. 4. ad Carthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? † Carthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformaverunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Carthaginienses. Videte ergo, quā conveniat eos veniam impetrare.* Her.

Fit etiam casibus variatis, & citra interrogationem. Cicero pro Quinct. *Profectus enā L. Albius, homo imprimis honestus, dicit testimonium. Profecti sunt familiares & Albi, & Quinctij: dicent hi quoque testimonium.*

Sed prior modus majorem habet vim, & acrimoniam: eoque cūm est usus, cūm vehementer urgemus adversarium: item in adhortando, objurgando, & alijs in affectibus ciendis.

IV. ΔΕ ΕΡΑΝΑΛΕΨΙ.

ΕΡΑΝΑΛΗΨΙΣ, quam Rutilius & Julius Rufinianus nominant *ἐρανὰ δὲ λόγον*, est repetitio, quæ fit in initio præcedentis, & sine sequentis sententiæ. Ut pro Marcello: *Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam: gladium vaginā vacuum in urbe non vidimus.* In Verr. *Multi & graves dolores inveni parentibus, & propinquis multi.* Plautus Amphitr. †

Virtus omnia in se habet: omnia assunt bona, quæ penes est virtus. † act. 2. sc. 2.

Virgil. *

Ambo florentes atatibus, Arcades ambo.

* Ed. 7.

ET XII. EN.

Victus amore tui, cognato sanguine victus.

Nec unum semper, sed geminum etiam iteratur verbum. Pro-
 * lib. 2. cl. pertius †:

Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.

Ovid. II. Fast.

*Una dies Fabios ad bellum miserat omnes.**Ad bellum missos perdidit una dies.** lib. 9.
ep. 99.

Martialis *:

*Rumpitur invidiâ quidam, charissime Iuli.**Quid me Roma legit, rumpitur invidiâ.*

Aliquando etiam tres repetuntur voces; idque bifariam. Nam
 interdum sunt pars coli. Ut in antiquo lapide:

*Balnea, vina, Venus, corrumpunt corpora nostra.**Conservant eadem, balnea, vina, Venus.*† lib. 3.
Amorum
eleg. 5.

Interdum & sententiam conficiunt. Ovidius †:

*Ilia, pone metum. tibi regia nostra patebit.**Teque colent omnes. Ilia, pone metum.** lib. 8. ep.
21.

Martialis †:

*Phosphore, redde diem, quid gaudia nostra moraris?**Cesare venturo, Phosphore, redde diem.*

Huc quoque pertinere videtur, cum epigramma ab eodem ver-
 † epigr. 53. su orditur, & in eodem definit. Catullus †:

*Quid est, Catulle, quid moraris emori?**Sellâ in curuli Struma Nonius sedet.**Per consulatum peierat Vatinius.**Quid est, Catulle, quid moraris emori?** lib. 4. ep.
91.

Martialis † etiam longiusculum epigramma incipit ab hoc versu,
 similiterque finit:

Ohe, jam satis est, obe libelle.

V. DE ANADIPLOSI.

ANADIPΛΩΣΙΣ Hermogeni ἐπανάρσις, Julio *μαλερογία*,
 Martiano *reduplicatio* vocatur. Est hæc repetitio in fine præ-
 cedentis, & principio sequentis sententiæ. Vnde quibusdam repe-
 titio continua vocatur: sed, propriè si loqui amamus, contigua ve-
 riùs sit. Figura hæc & suavitatem habet, & emphasin orationi ad-
 † Heb. 122. dit. Pſal. CXXI †: *Stantes erant nostri in arvis tuis, Ierusalem. Ierusalem*
optimè

optime adificata, civitas, quæ conjuncta est inter se pariter. Et Ps. cxxlii v. : * Hæc.
 Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum ¹⁴⁵.
 in veritate. Cicero Catil. i. Hic tamen vivit. vivit? imò verò etiam,
 in senatum venit. Idem pro Plancio: Erit tamen tibi fortasse de nobis
 aliquid, aliquid & de C. Mario audiendum. At geminatur pro Postum.
 Gabinius illud quoquo consilio fecit, fecit certè suo: quacumque mens illa
 fuit, Gabini fuit: sive ille, ut ipse dicebat, gloriam; sive, ut tu vis, pecuniam
 quesivit; quesivit sibi. Virgil. Ecl. vi:

Addit se sociam, timidisque supervenit Ægle,
 Ægle Næiadum pulcherrima.

Ecl. viii:

Certent & cygnis ulula. sit Tityrus Orpheus,
 Orpheus in sylvis.

De quo versu, si tanti, vide Nannium lib. vi. Miscell. cap. vii i.
 Idem Ecl. x:

Pierides vos hæc facietis maxima Gallo;
 Gallo, cuius amor.

Item in illis versibus apud Cicer. i. de Divinat.
 Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,
 Et matutinis acyredula vocibus instat,
 Vocibus instat, & assiduus jacit ore querelas.

Quo loco, quia canentes eandem subinde repetunt voces, ele-
 ganter postremorum fit verborum repetitio, dum describitur acy-
 redula cantus.

Sed & anadiplosis integræ esse sententiæ potest; ut in illo Ho-
 meri †:

Τὴν δ' ἐγὼ ἀντίθετον εἶμι, καὶ εἰ ποτε χεῖρας ἔοικες,
 εἰ ποτε χεῖρας ἔοικε, μένθ' ἀΐδων σὸ δῆρ'.

Nam Poeta hæc, ut ait Hermogenes, καὶ συλλαβαῖς, μὴ δὲ λέξιν, κίμματα
 τὴν δ' ὅλην ἐπαύρασε *.

Videtur autè pro contigua etiam repetitione habendum, si minuta
 solum vocula interseratur. Ut pro Ligar. Principum dignitas erat pene
 par: non par fortasse eorum, qui sequebantur. Et Philipp. vii: Quæ potest
 major esse discordia? in discordiâ autem pax civilis esse non potest. Vbi &
 calus variatur. Idem, sed continuè variatur in illo pro Roscio: In-
 juriam novo scelere constatam putant oportere defendi: defendere ipsi propter
 iniquitatem temporum non audent. Et Philipp. i: Doletis tres exercitus
 populi Rom. interfectos? interfecit Antonius. Auctoritas hujus ordinis af-
 flucta est? affluxit Antonius. Vbi cum epistrophe concurrat.

† Il. v. vers. 371.

‡ Hinc ego aduersum eo, etsi manibus igni sit similibus.

‡ Etsi igni manibus similibus sit, robore auctore ardentifer.

* non syllaba unius, aut alterius, neque vocabuli sed totius membri constructionem habet.

VI. DE REPETITIONE, QVA MEDIA PRIMIS,
MEDIJS, VEL POSTREMIS RESPONDENT:
ITEM DE ΠΑΟΚΗ.

POSSVNT quoque media respondere, tum primis, tum medijs,
tum ultimis. Primis, ut ÆN. VII:

Te nemus Angitia, vitrea te Fucinus undâ.

Et I. Met. fab. IX:

Oscula dat ligno: refugit tamen oscula lignum.

Vbi & epistrophe, ac polyproton.

Medijs, ut in Miloniana: *Qua in senatu saepe ab inimicis, ab improbis saepe jactata sunt.* Et plurium verborum repetitione pro P. Quinctio: *Etenim cum artifex ejusmodi sit, ut solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur: tum vir ejusmodi est, ut solus dignus videatur, qui eo non accedat.*

Ultimis denique, ut in Verrinis: *Hac navis onusta prædâ Siciliensi, cum ipsa quoque esset ex prædâ.* Et variato casu, ÆN. VI:

Dardanida venient: (mitte hanc de pectore curam)

Sed non & venisse volent.

Et ÆN. III:

Si pereo, manibus hominum perisse juvabit.

Longè autem elegantissimæ sunt repetitionum mixturæ; quâ de
* lib. 9. c. 9. re ita Fabius *: *Illâ verò apud Ciceronem mirâ figurarum mixtura depre-*
henditur, in quâ & primo verbo longo post intervallo redditum est ul-
timum, & media primis, & medijs ultima congruunt. *Vestrum hic jam fa-*
ctum deprehenditur, Patres Conscripti, non meum: ac pulcherrimum qui-
dem factum: verum, ut dixi, non meum, sed vestrum. Hanc frequentiore
repetitionem ~~quodam~~ vocant, quæ fit ex permixtis figuris, ut supra dixi: ut
que se habet epistolâ ad Brutum: *Ego cum in gratiam redierim cum Appio*
Claudio, & redierim per Cn. Pompeium, te ego ergo cum redierim. Et in
* sat. 1. ut apud Persium *:

--- *Vsq̄ue ad eone*

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter ?

Ethæc de repetitione disiuncta.

VII. DE EPIZEUXI.

CONIVNCTAM autem vocari aiunt EPIZETZIN: quæ vehemens est ejusdem verbi iteratio. Hanc anadiplosi subijciunt quidam: sed omnino species sunt distinctæ, quia ἀναδιπλωσις, semper fit in diversis colis; ἐπίζηξις semper in eodem. Atque hoc est, quod dicebamus, in ἀναδιπλώσει proprie non quidem continuam, uti in epizeuxi fit; verum contiguam esse repetitionem. Quamquam nec in epizeuxi semper ἀπλῶς continua est repetitio; sed vel continua, vel quasi continua. Continua crebrè fit vocibus, *age, age*: item, *adeste, adeste*. Quod plusculis exemplis ostensum P. Colvio in primum Metram. Appuleij. Quare unum alterumque tantummodo exemplum ei intactum apponam. Ut illud Accij Erigonâ †:

Age, age amolire, amitte, cave vestem attigas.

Et hoc Senecæ initio Medæe:

Adeste, adeste, scelervis ultivices Deæ.

Nec dubium, quin sic legendus sit Varronis locus apud Marcel- lum:

Adeste, adeste, quæ feramque gnoscite

Similiter alijs in vocibus. Cic. pro Milone: *Excitate, excitate eum, si potestis, ab inferis*. Verr. VII: *Cruce, cruce, inquam infelici & arumtoso, qui nunquam istam potestatem viderat, comparabatur*. Virgil. IX. Æn.

Me, me; adsum qui feci, in me convertite ferrum,

O Rutuli.

v. Æn.

--- *Nunc, nunc insurgite remis,*

Hectorei socij.

Catullus †:

Non, non hoc tibi, falso, sic abibit.

Item in illo Anaxarchi, qui cum à Nicocreonte, Cypriorum tyranno, se suis malleis cæderetur, generosè dixit, Πίστε, πίστε τὸν ἀναξάρχου δούλακον, ἀναξάρχον ὃ ἐπίπισις. Autor Diogenes Laërtius.

Idem sine geminatione refert Philo Iudæus*: ὃ ὃ πλεητικώτατα εἶπε, Πίστε τὸν ἀναξάρχου δούλακον, ἀναξάρχον ὃ ἐπ' ἀνδράωται. Vbi Philo corpus humanum δούλακον, sive utrem vocat, ut Laërtius δούλακον, sive faccum. Eandem historiam, reservatâ repetitione, commemorat Tertullianus cap. ultimo Apologetici: *Anaxarchus, inquit, cum in exitum*

† apud
Non. in
Attigis.

† Epigr. 14.

* libro 11.
ἐπίπισις
ἀνδράωται
εἶπε ἰλασθῆναι
ἑαυτοῦ

prissana pilo contunderetur, Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem: Anaxarchum enim non tundis.

Non continua, sed quasi continua epizeuxis est in hoc Ciceronis primâ Catil. *Viris, & viris, non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.* Nam et si vocula interferatur, tamen habetur istiusmodi repetitio pro continuâ. Idem pro Manil. *Ab illo tempore annum jam tertium regnat, & ita regnat, ut &c.* Vbi duæ particulæ interjeçtæ. Sic eadem orat. *Fuit hoc quondam, fuit populi Romani, longè à domo bellare.* Item pro Milone: *Negat enim se, negat ingratu civibus fecisse, quæ fecit.* Virgil. iv. Æn.

*Felix, heu nimium felix, si litora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carina.*

Itidem neque *παρένδεισις*, aut *παρεμολοία*, impedit continuationem, quia neutra est de orationis essentiâ. Vt: *Fuit, inquam, fuit &c. Quæ, malum, quæ &c.* Et pro Marcello: *At verò ejus gloria, Cæsar, quam ex paullo antè adeptus, socium habes neminem. totum hoc, quantumcunque est (quod certè maximum est) totum est, inquam, tuum.*

† *apud De-*
mentium.

* *Virgini-*
tas, virgini-
tas, quò me
linquens
abû?

† *Non am-*
plius veniã
ad te, non
amplius
veniã.

* *Met. lib.*
2. fab. 11.

Et continua, & quasi continua epizeuxis est in versibus Sapphûs †: ubi cum primum à sponsâ dictum esset, *Παρθένη, παρθένη, ποί με λιπέσα οίχη* †; mox eadem figurâ respondetur, *ἐν ἑπ' ἡξω πένσι, ἐκ ἑπ' ἡξω †.*

At nec epizeuxis, nec anadiplosis propriè, sed quædam *μίμνησις* est, cum Batto *βαπλολογῶντι* simili vocum repetitione respondet Mercurius apud Ovidium *:

*At senior postquam merces geminata, Sub illis
Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis.
Risit Atlantiades, Et me mihi, perfide, prodis?
Me mihi prodis? ait.*

Et hæc de Epizeuxi.

VIII. DE GRADATIONE.

KΛΙΜΑΞ verbo eodem inferiora connectit superioribus: unde & definitur *ἐπ' αὐτὸ ἐὰ πλεονάζουσι*. Cicero *gradationem* appellat, *Aquila adscensum*, *Hermogenes κλιμακωτόν*, *Rutilius ἐπιτολοκλίω*. Sed & *ἐπιποδομόνιον* appellari, docet nos Eustathius in II. B. cum scribit †:

† *pag. 181.*
edit. Rom.

* *Adhæc, ut*
Epicharmus

τὸ χλιμα τὸ ἰσθῆν? & χλιε κλιμακα, & κλιμακατὸν λέγουσιν οἱ πωλασοί, ἔτεροι δ' ἐπιποδομόνιον. Eustathij sententiam confirmat illud Aristotelis lib. 1. *ἐπεὶ * δ' ἄρα ταῦτα, αἰς ἐπ' αὐτῶν χαριῶ*

χαρῆς τοῦ ἐπιποδίου, Ἐκ τῆ διαβολῆς ἢ λοιδόσια ἐκ τῆ ταυτῆς ἢ μά- gradationē
 20. Quem locum & Casaubonus adducit Animadverfionibus in suam inſi-
 Athen. † fed, errore memoriæ, citat ex tertio Metaphysicorum. In-
 teger verò Epicharmi locus est apud Athenæum †, hoc pacto: Ἐκ τῆ ἡ- ladiſia, ex
 δουρίας δούρη ἐκ δὲ δούρης πάντες ἐξήσττο· χρείαι αὖτε γὰ μοῦ· ἐκ δὲ πᾶσι· κομι· maledicti
 ἐκ νόμου δὲ ἐπὶ πλοῦτος δουρία· ἐκ δὲ δουρίας δίκην ἐκ δὲ δίκης καταδίκην ἐκ δὲ κατα- puana.
 δίκης πᾶσι δὲ τῆ ἰσοφάκει· ἢ ζῆμια. Verba illa, ἐκ δὲ δίκης καταδίκην ἐκ δὲ, 7 lib. 2.
 inferui, gradationis ita naturâ exigente, & præeunte tum Dale- cap. 2.
 campo, tum Casaubono. Latine sic locus sonet: Ex sacrificio qui- 7 lib. 2.
 dem epulam: ex epulo autem compotatio: quod festivum mihi quidem vi-
 sum: ex compotatione pezulans comestatio: ex comestatione furor: ex fu-
 rore lis apud iudicem: ex lite ac iudicio condemnatio: ex condemnatione com-
 pedes gangrana, & multa. Nisi σφαίει· hęc etiam siderationem no-
 tat, ut solet. Sed cùm siderationis malum longè gravius sit mul-
 tā: sic trajectis vocibus legi debeat; ἢ ζῆμια ἢ σφαίει·, multa
 & sideratio. Aliorum etiam exempla videamus. Herodoti est in
 oratione Darij, quâ μοναρχίας commendat *: Αὐτῶς δὲ ἐπαι· Βελόμ· * lib. 3.
 20 κορυφαί· ἢ, πρόμοσι τῆ νικᾶν, ἐς ἔχθρα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀμικτόν· ἢ
 ἢ σάπες ἐγγίνον· ἐκ δὲ τῆς ταύτων, φόν· ἐκ δὲ τῶ φόνι, ἀπέβη ἐς μοναρχίαν·
 Cùm enim quisque velit esse princeps, sementiâque vincere; ad ingenta in-
 ter se odia perveniunt. Ex quibus fiunt seditiones; ex seditionibus verò ca-
 ces; è cadibus autem ad unius devenitur imperium. Demosthenes ἐς πᾶ-
 ῶσι· Οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, ἐκ ἔργων δὲ: ἢ δὲ ἔργων ἢ, ἐκ ἐπεσέδωκε δὲ
 ἐκ ἐπεσέδωκε μὲν, ἐκ ἔπιση δὲ. Hac non dixi, ac ne scripsi quidem: non scrip-
 psi, ac neq; in legatione egi: non egi in legatione, ac nec suasi. Gaudet etiam
 Tullius. In epistolis quidem est illud *: Si stas, ingredere; si ingredere * ad Att.
 ris, curre; si curris, advola. Idem verò sic oratione pro Roscio Ameri- lib. 2. epist.
 no: In urbe luxurios creatur: ex luxuria existat avaritia necesse est: ex 23.
 avaritia erumpat audacia: inde omnia scelera, ac maleficia gignuntur. Et
 pro Flacco: Si prator dedit, ut est scriptum, à quæstore numerabit: qua-
 stor à mensa publica: mensa aut ex vectigali, aut e. tributo. Item in Va-
 tinium: Non ergo magis pecuniarum reperundarum, quàm majestatis:
 neque majestatis magis, quàm Plantia legis: neque legis Plantia magis,
 quam ambitus: neque ambitus magis, quam omnium legum judicia peri-
 eunt. Idem Philipp. xi: Quid enim, per Deos immortales, potest Reip.
 prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obſitura est? obſitura
 dico? Quid si etiam nocuit? Varro apud Nonium: Cùm aut humus se-
 mina recipere non possit; aut recepta non reddat; aut reddita grandire ne-
 queat.

Ovid. I I I. Fall:

Mars

Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupitâ.
 * vers. 163. Claudianus lib. III. de laudibus Stilliconis † :

--- Sic Medus ademit

*Affyrto, Medoque tulit moderamina Perses,
 Subjecti Persen Macedo, cessurns & ipse Romanis,*

Poëta enim non servant semper ordinem gradationis naturalem: imo nec perpetuò id faciunt oratores.

Neque necesse est iterum, ac tertio fieri repetitionem. Est enim & *κλιμαξ* in simplici repetitione. Cicero pro Archia : *Famam ingenij expectatio hominis, expectationem ipsius adventus admiratioque superaret.* Idem pro lege Manilia : *Ab eo bello Syllam in Italianam Respublica, Murranam Sylla revocavit.* MARO IX. ÆN.

*Emathiona Liger, Chorineum sternit Atylas,
 Ortygium Caneus, victorem Canea Turnus.*

Quemadmodum & in x :

--- *Atronium Salius, Saliumque Nealces.*

Cyprianus similiter epist. LXXIII : *Ad hoc veniunt, ut discant : ad hoc discunt, ut vivant.*

Quare haut rectè nuperi sophistæ dixerunt, *κλιμακα* esse *διαδιακωσιον* pluribus continuatam gradibus.

Nec rectius Trapezuntius scripsit, gradationem semper fieri mutato casu in sequenti membro. Nam & sæpe eodem in casu fit *κλιμαξ* : idque nunc recto, nunc obliquo. Recto quidem, ut in quinto Aufonij idyllio, quod incipit :

*Res hominum fragiles agit, & regit, & perimit fors.
 Fors dubia aeternumque labans, quam blanda fovet spes.
 Spes nullo finita ævo &c.*

Atque idem fit in Tertulliani uno alteroque exemplo, quæ mox adducam. Obliqui attulimus supra exemplum è Cicerone in Vatinium. Simileque hoc ejusdem pro Milone : *Neque verò se populò solùm, sed etiam Senatui tradidit : neque Senatui modo, sed etiam publicis presidij, & armis : neque his tantùm, verùm etiam ejus potestati, cui Senatus totam Rempublicam, omnem Italia pubem, cuncta populi Romani arma commiserat.* Vbi videmus, non verborum solùm, sed & sententiarum esse adscensum. Atque idem fit in aliquot alijs exemplis, antea adductis. Ut satis liqueat, gradationem non totam huc pertinere ; verùm schema quidem *κλιμαξ* esse, quatenus in ea est verborum repetitio : at figuram esse *διαδιακωσιον*, quatenus in eadem est sententiarum incrementum.

Est autem

Est autem gradatio schema admodum conspicuum, eoque parcius adhibendum oratori. Sanè rectius illud frequentes in argumento ludicro, & ad delectandum instituto, quàm si in senatu, aut foro fuerit dicendum. Ac similiter epigrammatis magis convenit, quàm si epos scribas. Certè apud principem poetam haut aliam, quàm brevem, inveniri gradationem, qualis erat, quàm è nono, ac decimo Æneidos adducebamus, monuit & Iulius Scaliger libro IV. de re poetica cap. xxxi. Intellexisse id eum arbitror de divino Æneidos opere. Neque enim simplex est illa in Eclogis:

*Torva leena lupum sequitur, lupus ipse capellam.
Florentem cithysum sequitur lasciva capella.*

Quod verò idem ait, gradationem haut multum præ se ferre gravitatis, id non malè convenit cum eo, quod superius diximus. Neque propterea existimandum, nullam habere gravitatem. Nam clarè Demetrius docet, in gravi formâ assumi posse: atque id Demosthenis exemplo comprobatur ex oratione *αὐτὸς ἑρπύων*. Verba ejus antè adduximus. Sed & simile habemus exemplum in orat. *ἄρτι Κίρωνος*. Neque Tullius abhorret, cùm de gravissimis differit rebus: ut antè vidimus. Quemadmodum neque suppositivus ille, seu Christianus, seu semichristianus Hermes, in Pœmandro, ubi ait: *Ἦλως μὲν τὸ ἀεθλοῦ ἐμπέσειν ἀνδρῶν, αἰετὸ δὲ ψυχῆ, ψυχῆς δὲ ὀφθαλμοῦ, ὀφθαλμοῦ δὲ οὐραίου, οὐραίου δὲ οὐραίου*. *Materia subtilior aër, aère anima, animâ mens, mente verò Deus*. Etiam Ecclesiæ doctores eo gaudent. Tertulliani est libro de Spectaculis cap. xv: *Vbi voluptas, ibi & studium, per quod scilicet voluptas sapit. Vbi studium, ibi & emulatio, per quam studium sapit. Porro ubi emulatio, ibi & furor, & bilis, & ira, & dolor*. Idem libro de velandis virginibus cap. xiv: *Porro ubi gloria, illic sollicitatio: ubi sollicitatio, illic coactio: ubi coactio, illic necessitas: ubi necessitas, illic infirmitas*. Item libro de cultu feminarum cap. xi: *Sperando timebimus, timendo cavebimus, cavendo salvi erimus*. Ejusdem est lib. de anima cap. i: *Cui enim veritas comperta sine Deo? cui Deus cognitus sine Christo? cui Christus exploratus sine Spiritu sancto? cui Spiritus S. accommodatus sine fidei sacramento?* Itidem Laëtantij est lib. vii. cap. vi: *Idcirco mundus factus est, ut nascamur: ideo nascimur, ut agnoscamus factorem mundi ac nostri Deum: ideo agnoscimus, ut colamus: ideo colimus, ut immortalitatem pro laborum mercede capiamus; quoniam maximis laboribus cultus Dei constat: ideo premio immortalitatis afficimur, ut similes angelis effecti summo patri ac domino in perpetuum serviamus, & simus æternum Deo regnum*. Ex Hilario quoque exemplum adjiciam: *cujus isthoc de synodis, & antisynodis, post syno-*

dum Nicænam: *Annuae atque menstruas de Deo fides decernimus, decretis pœnitentibus, pœnitentes defendimus, defensas anathematizamus.* Imò creber quoque gradationis usus est in scriptis Apostolicis. Ad Rom. cap. III. vers. 5: *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit.* Item in aureâ illa catenâ ad Rom. VIII. 39: *Quos præscivit, hos & prædestinavit; quos prædestinavit, hos & vocavit; quos vocavit, illos & justificavit; quos justificavit, hos & glorificavit.* Itidem cap. X. vers. 14: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? quomodo verò ei credent, de quo non audierunt? quomodo audirent, absque prædicante? quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint?* Et hæc de gradatione.

† serm. 28.
de prædestina.

† *Quandoguidem res hauriunt, prout vellemus; velle convenit, prout sunt.*

* *Quandoquid Aristoteles non cepit Euripum; Euripus capio Aristotelem.*

† *paranesis ad genes.*

* *oratio contra Iulianum.*

† *lib. 4. in istor.*

* *Antiphylus Byzantinus.*

† *Plinius lib. 2. cap. 79.*

* *Vulgianus in Philipp. 1.*

† *Mela, & Seneca in Hercule Oct.*

* *lib. 28.*

IX. DE EPANODO.

ΕΠΑΝΟΔΟΣ, sive *reditus*, vocatur hoc loco (aliter enim eâ voce utitur Rufinianus) cum per eadem recurrimus, verba ordine inverfo relegentes. Ut in illo Hieronymi Vidæ:

Nec sine Sole suo lux, nec sine luce suâ Sol:

quem verum Iulius Scaliger in Hypercritico suo ingeniosissimum vocat. Item in illo ipsius Cæsaris Scaligeri versu, sine arte nato, sed quovis artificiosissimo operosiori:

Nox brevis nimis, ah nimis brevis nox.

Verum, more nostro, tantum apponamus exempla antiquorum; qui venustum hoc schema orationi gaudebant interferere, vermiculati instar emblematis. Aristotelis est apud Stobæum †: *Ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ ἀεγγύματα εἰς βελόμαδα, δὲ τὸ βέλμαδ εἰς γίνε* †. Græcus quoque Nazianzeni interpret eidem tribuit illud: *Ἐπειδὴ ἀειστότης ἐχέει τὸν εὐεπον, εὐεπον & ἐχέει τὸν ἀειστόλῳ* *. Quo usus, cum in Euripum Chalcidicum insuliret, quod ejus naturam investigare non posset: ut scribere non dubitavit idem scholiastes, auctores secutus nescio quos. Nam Iustinus martyr † haut aliud ait, quam ejusce rei tædio animam egisse: eumque secutus Nazianzenus *, item Procopius †. Et tamen ne tantorum quidem iudicio virorum standum puto. Assensum quippe sufflammat, tum quod aconitum bibendo obijisse, scripserit Eumelus, auctore Diogene Laërtiensi, cui & subscribit Helychius Illustris: tum quod naturali infirmitate stomachi mortuū, velit Cælorinus: ut penè nõ minùs super obitu Aristotelis dissentiant auctores, quam de Euripo ipso: quem alij sexies *, alij septies †, alij bis septies †, idque stans horis, reciprocare aiunt: at Livius *

temere

temere in modum venit, nunc huc, nunc illic, rari existimat: Petrus verò Gyllius, qui ex molitoribus, Euripi accolis, optimè rem nòrat, ut plurimùm quater de die naturali cursum mutare annotavit.

Epanodo quoque gaudebat Aristotelis discipulus, Theophrastus; cujus illud apud Plutarchum de amore fraterno: ἄνθρωπος ἐστὶν ἀγαπᾶται θεῶν ἀλλὰ κρείσσει φίλων *. Est & idem schema in veteri isthoc:

Τὴν τέχνην ἔσθηκα, ἔ τέχνην τὴν τέχνην.

H. Stephanus vertit:

Sors est repertrix artis, hanc illius hac.

Ne schema deperdamus, maluissem:

Sors artis, hanc ars fortis inventrix fuit.

Quamquam nec hoc ad amussim Græco respondet, cùm τὴν non sit sors, sed fors: quæ duo in MSSis quoque codicibus crebrò librorum culpà confunduntur. Quare ἀρχαῖος malim,

Fors artis, hanc ars Fortis &c.

Nam fortis à fors etiam dici, satis indicat, quòd Fortis Fortune dicimus. Eapfe de re, & eodem schemate, versum scripsit Antipho, poeta tragicus; qui ed quòd πρόπον τινα ἔσται τὰ αὐτὰ ἔστιν ἡ τέχνη ἔ τέχνην †, affinitatem amoremque inter ea statuit hoc versu:

Τέχνην τὴν τέχνην ἔσθηκα, ἔ τέχνην τέχνην.

Quod similiter, manente epanodo, vertere liceat:

Artemque fortuna, atque fortunam ars amat.

Vel etiam, Fortunaque artis, arsque fortuna est amans.

Meminit hujus senarij Aristoteles lib. VI. Eth. cap. IV: itemque Simplicius in I. I. φυσ. ἀκροῦσος. Itidem in hoc Sophoclis responso, quo eum Aristoteli scholiasies usum scribit, cùm à filio (Ionpho dicitur is Laërtio, Suidæ, & Luciano in Macrobijs *) delirij accusaretur: Εἰ μὲν σοφοῦς, ἢ ἀσοφοῦς εἰ ἢ ἀσοφοῦς, σοφοῦς ἔκ εἰμι †. Item in Biantis (eum enim dicti hujusce auctorem facit Aristoteles ‡, uti & Laërtius *: sed hic posterioris tantùm meminit membri) Δεῖ φίλων ὡς μισήσοντας, ἔ μισῶν ὡς φιλήσοντας. Agellius †, qui Chiloni tribuit, ita transfert: Hæc fini ames, tanquam sorte fortuna osurus: hæc iridentenus oderis, tanquam sortasse post amaturus. In quo dicto jam olim à Scipione, ac Cicerone ‡ etiam, damnato, jure ait sapiens ille Hispanus *, nescire se, utrùm homo ingeniosus magis adductus sit schemate verborum, quam veritate sententia; cùm nusquam consilium istud spectet, nisi nequis cujusquam sit bonâ fide vel amicus, vel inimicus. Itaque jubet ita sententiam converti, pari elegantia, eodem schemate, insuperque verius, atque humanitati congruentius: Ama tanquam n.: aquam

* non amantem indicare, sed, cum judicaveris, amare oportere.

† quodammodo circa eadem versatur forma & ars.

* quibus est aristotibus resistentibus Val. Maximus lib. 8. cap. 7.

† Si Sophocles sum, nō deliro; si nō deliro, Sophocles non sum.

‡ C. Rhetor. * in Biantis. † l. 1. cap. 4. ‡ in Lelio. * Ludovici cas. Vives lib. de offic. m. viii.

† ferm. 2. i. *ostendit, oderis tanquam aliquando amaturus.* Theocritus quoque, teste †
 Stobæo, ἔρωταδὸς δὲ αἰ τὶ ἢ οὐχ ἔαφε, ἔτι, ἔτι, αἰς μὲν φίλομαι : ἢ δὲ αἰμαίαι
 αἰετὶ δὲ αἰμαίαι, ἢ φίλομαι †. Geminum verò huic illud Ilocratis, quod

scipsum.

† cum roga-

retur, cur

nihil literis

mandaret,

Quia, in-

quiebat, ut

quidē volo,

ἢ ὀ πῶσσω;

ut autem

possum, non

volo.

† lib. 7. Sa-

turn. cap. 1.

† eo des-

ertur ἄγος

ἔσθλοισ.

† act. 2. sc.

3.

Qua presens locus, & tempus exigit, ego non calleo: qua ego calleo, nec loco
 presenti sunt apta, nec tempori. Meminit quoque Iohannes Sares-
 buriensis in Policratico sui prologo: ubi & de sese, dicti hujus exem-
 plo, istiusmodi effingit ἔαδρος: Ego contemno, qua illi asilici ambium:
 & qua ego ambio, illi contemnunt. Etiam Tarentini poetæ versus est
 apud Clementem Alexandrinum*:

Ταυρὸς δὲ γέννησεν, ἢ δὲ γέννησεν ταυρὸν δράκοντα.

Taurus draconem genuit, & taurum draco.

Prout transfertur ab Arnobio lib. v; ubi & fabulam narrat, quæ
 senario illi præbuit causam.

Nec Latini veteres schemate hoc abstinuerunt, quamvis minus cre-
 bra apud eos reperire sit huiusmodi exempla. Terent. Phorm. †

Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?

Hanc Demipho negat esse cognatam?

Cic. pro Planc. Gratiam qui refert habet, & qui habet, in eo quod ha-
 bet, refert. Quo de dicto Gellium vide lib. 1. cap. 14. Idem pro Cæ-
 cina: Quia res indigna sit, ideo turpem existimationem sequi: quia turpis
 existimatio sequitur, ideo rem indignam non vindicari. Idem pro lege
 Manilia: Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse, qua locuples sit? ec-
 quam locupletem, qua istis pacata esse videatur? Et eadem: Hoc tantum
 bellum quis unquam arbitraretur, aut ab omnibus imperatoribus uno anno,
 aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? Ovid. Met. 14:

--- Vt in equore summo

Umbra viri visa est, visam fera sevit in umbram.

Amorum lib. 11. eleg. ult.

Quod sequitur, fugio; quod fugit, ipse sequor.

Item epistolâ Helenes ad Paridem:

At tu dissimula: nisi si desistere mavis.

Sed cur desistas? dissimulare potes.

† act. 5.

Seneca in Thyeste †:

--- Genitor en gnatos premo,

Premorque gnatis.

Plinius epist. vi. lib. 11: Liberti mei non idem, quod ego, bibunt: sed
 idem ego, quod liberti. Iustinus lib. xxxi. de Hannibale: Nec minus
 in secun-

in secundis adversa, quam in adversis secunda cogitantur. Geminam *in* *vidor* conjungit M. Minucius in Octavio. Locum, ob eruditam elegantiam, altius repetam: *Isis perditum filium cum Cynocephalo suo, & alijs sacerdotibus, luget, plangit, inquit: & Isiaci miseri cadunt pectora, & dolorem infelicissima matris imitantur: mox iavento parvulo gaudet Isis, exultant sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur: nec desunt annis omnibus, vel perdere, quod inveniunt, vel invenire, quod perdunt.* Nonne ridiculum est, vel lugere, quod colas, vel colere, quod lugeas? Elegans quoque est istud Iulij Aufonij, patris Dec. Magni Aufonij: *Beatum esse, non qui habet, que cupit; sed qui non cupit, que non habet:* Et illud Gratiani Imperatoris: *Solvere, se quod debebat, & adhuc debere, quod solverit:* Quibus adductus verbis, ita exclamat Aufonius †: *O mentis aurea dilectum bracteatum! O de pectore candidissimo lactei sermonis alimoniam!* At ipsius Dec. Aufonij est *:

*Infelix Dido nulli bene nupta marito,
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.*

Interdum autem in epanodo integræ quoque invertuntur sententiæ: ut in illo Virgilii † de Medea, & Cupidine:

*Cruelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.*

Ad cuius imitationem expressum est illud de Eva, & serpente apud C. Sedulium initio lib. 11:

*Noxia tu conjux magis, an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia conjux.*

Quin & epanodi genus est, quo verba eadem non remanent: ut in illo †: ἢ Πλάτων φιλονίζης, ἢ φίλων πλατωνίζης †. Et hoc Ovidij *:

*Talis erat cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.*

Sed de epanodo tandem pauſam faciamus: præfertim quia huius etiam loci sunt pleraque exempla ἀντιμεταθέσεως: cùm ea sit, contrarietas sensus cum verborum transpositione; eoque ἀνάσθησις, & ἀντιμεταθέσεως sæpe concurrant. Itaque idem tum sermo, pro diverso considerandi modo, vel ad schemata pertinet λέξεως, vel διανοίας.

X. De ΤΑΥΤΟΤΗΤΟΣ FIGVRA.

TΑΥΤΟΤΗΤΗΣ est, cùm repetitur eadem vox quasi temere, & neglecto cultu. Ita multa concinniter uno implicantur verbo in illo Enniano †:

† in gratianum actione ad Gratianum.
* in heronum epistaphis.

† Eccl. 8.

† Suidasin
Φίλων.
† aut Plato
Philonizans,
aut Philo
Platonizans.
* 8. Meta
lib. 4.

† in satiris
apud Agellium
lib. 18.
cap. 2.

* *perperam*
in *Stepha-*
nica etiam
editione a-
pud *Acellii*
est frustrat.

Nam qui lepidè postulat alterum frustrari †;
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.
Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra.

Quorum verborum quam mentem esse voluerit Muretus, vide apud Io. Castalionem Variarum Le&. cap. XXI II.

† *a. 7. 2. sc.*
2.

Scitè etiam Plautus Captivis †:

Qui cavet, ne accipiat, vix cavet, cum etiam cavet.
Etiã cum cavisse ratus est, sepe is cantor captus est.

* *Haaut.*
a. 7. 4. sc.
4.

Item Terentius *:

— *Quod s. is nunc me*

Deceperit, sepe obsecrans me, ut veniam, frustra ventet.
Aut cum venturam dixero, & constituerò, cum is certè
Renunciarit, Clitipho cum in spe pendebit animi,
Decipiam, ac non veniam.

† *ibid. a. 7.*
3. sc. 3.

Simplicior illa ejusdem †:

— *Ecquid de illo, quod dudum tecum egi, existi Syre?*

Et hæc Ciceronis lib. de Oratore : *Feci q, hoc, quod ne adolescens quidem feceram, ut his de rebus disputarem.* Sunt & crebra hujuscemodi *taur-omr* & exempla apud Cæsarem. Ut lib. I. de bello Gallico: *Vnos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas cateri facerent.* Idem lib. I. I. de bello civili : *Qua volumus, & credimus libenter, & qua sentimus ipsi, reliquos sentire speramus.* Quã *proplu* (ut hoc obiter addamus) Jacobus Magnus Tolcanus †, qui ante annos amplius ducentos floruit, ac ante hos cxx, Lutetiæ editus est, Julio Celso tribuit; idemq; in alijs Cæsaris locis † facit: quæ res non mediocriter confirmare videtur opinionem Floridi Sabini *, qui tres de bello civili libros, Cæsaris esse negat: tum Ludovici Carrionis †, qui & belli Gallici commentarios Iulio Celso adscribendos putat. Verùm Celsi commentarij de rebus à Cæsare gestis, *de sic noscunt* differunt à commentarijs Cæsaris; ut sciunt, siquî cum Cæsare contulerint editionem Celsi anni clb cccc LXX I I I : cujus nullam à Gesnero, aut Simlero, mentionem factam miror: ut qui haut aliud dicant, quàm istorum fieri commentariorum mentionem in margaritâ Poëtica, cujus pater Alberus Eibius paullo junior fuit Iacobo Magno, antè nobis laudato, ac à quo triginta amplius locis Celsus hic memoretur. Quemadmodum & alij eorum, aut proximorum temporum, Celsi meminere: & in his Gualterus Burley Anglus libro de vita philosophorum †. Interim fatemur, Celsum non tantùm Cæsaris

† *lib. 5. Sophology*
cap. 13.
† *lib. 3. c. 7.*
l. 4. c. 11. l.
6. cap. 7. c.
20.
* *l. 2. Subsec. Le&. cap. 2.*
† *Vide ad Carrionem epistolam Lipsij lib. 2. epistoliarum quæst.*
† *Edidit Arnoldus ter Hornen an. 1472.*

gesta

gesta conscripisse; sed & Cæsaris commentarios, sive recensuisse, sive corrupisse. Certè in MSo meo Cæsare Hirtioque ter locis distinctis adscriptum: *Julius Celsus Constantinus P. C. legit.* Hæc quidem aliæque hujuscemodi, quæ interdum adspargere visum, nihil fateor ad artem, quam profitemur; verumtamen per causam, ac mantissæ loco addita, haut ingrata fore adolescentiæ spero.

Exemplum etiam ταυτότητες habes apud Maronem, qui *litoris* vocem tribus continuis usurpat verbis. Nam sextum Æneidos ita claudit:

Tum se ad Caieta recto fert litore portum.

Anchora de prorâ jactitur. stant litore puppes.

Septimum verò ita auspicatur:

Tu quoque litoribus nostris Æneia nuxrix.

Hujusmodi ταυτότης figuræ sit, ambigi possit. At absque dubio elegantiam affert in illo Livij lib. ix: *Arma viris in arma natis auferre festinant.* Et hoc Tiberij, sic epistolam ordientis, apud Tacitum vi. Annal. *Quid scribam, P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, di me deaque peius perdant, quam perire quot idie sentio, sciscio.* Valde hoc crebrum apud Xenophontem. Quomodo primis verbis de Rep. Lacedæm. ter usurpat vocem *δαύμαζεν* τ, † *mirari.*

etsi & ἀγαλλεξ dicere posset. Faciebat hoc ad ἀράματα*, quæ ornatum * *simpliciter* orationi adfert, eumque minimè affectatum, & quem tamen nulla *causa* assequi affectatio possit.

Est & ταυτότης, cùm integra retinetur sententia; ut in illo Ovidij:

Si nisi qua facie poterit te digna videri,

Nulla futura tua est: nulla futura tua est.

Propriè enim hic ἀγαλλεξ non est; cùm quæ in ἀναδιπλώσει reperiuntur, abesse possint salva sententiâ.

Fortasse dicat aliquis, non esse inter figuras ταυτότητι locum: quippe ubi fermo à communi usu minimè recedat, quod in omni schemate requiritur. Sed aliquid hoc foret, siquid uno solum modo posset efferi. Nunc simplicis cujusdam elegantiae est, nolle variare, cùm possis.

Nempe in ταυτότητι, & omnibus repetitionis figuris, ut Cornificij † verbis utar, non inopia verborum sit, ut ad idem † *lib. 4. ad* verbum redeatur sapius: sed inest festivitas quedam, qua facilius auribus Herennii.

judicari, quam verbis demonstrari potest.

‡ Marcial. 304.

‡ alij.

† 2. Cor.

10. 12.

* ipsi in se-
ipsis seipfos
uolentes.

† Hanc quis-
quam cu-
iusquam
quicquam
audit.

‡ Labor la-
bori labore
auferre.

* Sat. 3.

† apud Epi-
bium.

‡ Licinius
lib. 8. Pla-
tarchus pe-
ei oeguo-
Quayias,

Lucianus in
Somnio, siue

Gallo, Por-
phyrius apud
aproxus.

† Arist. 1.

Rhet. &
Porphyrius

l. 2. de non

interficiendis

animalibus.

* Od. η.

† Pyram sub

pyro matu-
reuit, potui

vero sub po-
mo. Sed sub

uua, uua,
aescus sub

ficu.

‡ Eristonius

adit sicula,

& faberfa-

brii. Et me-

dicus me-

dicoinvidet,
& canter
canteri.

SVPEREST HOΛYΠTΩTON. Ita Rutilius vocat. Cornifi-
scio appellatur *iraductio*. Hęc vox eadem repetitur variatis casti-
bus. Casum verò non Grammaticorum, sed Logicorum modo
intelligo, ut quoque comprehendat immutationem terminationis
ratione numeri, graduum comparationis, generis, modi, temporis,
aut personę. Varijs autem modis fit; quia nunc coniuncta est re-
petitio, nunc disiuncta. Item nunc unius est verbi, nunc diverfo-
rum. Pręterea vel semel aliquid repetitur, vel sæpius, Simplex
unius verbi, eaque continua repetitio est in isto, *Vero* ‡ *verius* : &
illo Apostoli ‡ : *Αὐτοὶ * ἐς ἑαυτοὺς ἑαυτοὺς μετρήντες*. Simplex etiam unius
verbi, sed disiuncta repetitio est in hoc Senecę : *Vix tota vita suffi-*
cit, ut hoc unum discas, vitam contemere. Simileque est hoc Tertul-
liani ad Scapulam : *Non est religionis cogere religionem, quę sponte susci-*
pi debet. Sæpius verò eadem vox, ac continuè quidem, repetitur
in hoc Euripidis de Nomadibus omnia clamore miscentibus : *οὐδὲ ἐς*
ἐδὲ ἐπὸς ἐδὲ ἐπ' ἀνδρες †. Et illo Sophoclis Aiace Lorario : *Πόν * πόνος ὀδόν*
‡. Nec multum abijt Persij illud * :

De nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.

Vbi vox una partim conjunctim, partim disiunctim repetitur.

Pertinet huc quoque illud Calvi † in Vatiniū : *Factum esse ambi-*
tum omnes scitis : & *vos hoc scire, omnes sciunt*. Nam, ut diximus, in
verbis etiam *πᾶσι* locum habet, ac proinde *πᾶσι πᾶσι*.

Continua diversarum vocum repetitio est in illo Ovidij xv. Met.
in persona Pythagorę ‡; qui, uti & Empedocles †, nefas ducebat
carnibus vesci:

*Hęc quantum scelus est, in viscere viscera condi,
Congestęque avidum pinguescere corpore corpus,
Alienęque animantem animantis vivere leto!*

Hęc tergemina est vocum diversarum repetitio. Quadruplicem
autem cernere est apud Homerum *, ubi Alcinoi hortos depingit :

*Ὅχη † ἐπ' ὄχη γηέσσαι· μᾶλλον δ' ὄπ' μίλη·
Αὐτὰρ ὄπ' σαφύλη, σαφύλη· σῦρον δ' ὄπ' σύρα·*

Hesiodem illud nec admodum pueri nesciunt:

*Καὶ † καρχαδὲς κερχαμὲ κατᾶτες, καὶ τέκτων τέκτων,
Καὶ πᾶρ ὄβι πᾶρ ὄβι φθονᾶτες, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδᾶ.*

Disiunctim plures voces iterantur in aureo hoc Scipionis Africani

cani dicto: Nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus: nec minus solum, quam cum solus esset. Quo significabat, se, & in otio de negotiis cogitare, & in solitudine secum loqui solitum: ut Tullius scripsit. † *in iis*
 Geminum itidem πολύπλοτον, idque difunctum, habes in hoc Mar-
 tialis: *lib. 3. de*

Vero verius ergo quid sit, audi.

Verum, Gallice, non libenter audis.

Offic.
 * *lib. 8. ep.*
 76.

Vbi in primis verbis conjunctum quoque πολύπλοτον esse, antea diximus. Vsurpat etiam B. Apostolus, cum alibi, tum priori ad Coloss. cap. I: Τα πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτισται· καὶ αὐτὸς ἐστὶν πρὸ πάντων, καὶ ἐν αὐτῷ πάντα ἐστὶν ὡς ἑαυτοῦ. Omnia per illum, & in illum creata sunt. Et ille est ante omnia, & omnia per illum consistunt.

Quamquam verò in omni argumento fuerit huic schemati locus: non alibi tamen frequentius occurrit, quam in præliorum descriptione. Simplex quidem πολύπλοτον est apud Senecam Thebaide:

--- Signa collatis micant

Vicina signis.

Et hoc Curtij libro III: *Due quippe acies ita cohærebant, ut armis arma pulsarent.* At geminatur eodem libro: *Vir viro, arma armis conferta sunt.* Cui simile hoc Maronis †

--- *Hæret pede pes, densusque viro vir.*

Et illud Lucani*:

--- *Obvia signis*

Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.

Quo loco, uti & alibi aliquoties, non immeritò signa & aquilas conjungit poeta, quia legionibus cuique una erat aquila: at tot signa erant, quot cohortes: ut diximus in Origenum libris.

Tergeminum verò de eadem re πολύπλοτον habes in hoc Furij Antiatis lib. IV. Annal. †

Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Ac similiter de pugna forensi dixit Tullius pro Caelio: *Argumentis agemus: signis omni luce clarioribus crimina resellemus: res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit.*

Interdum verò & hic numerus in eo exceditur. Imò quintuplex πολύπλοτον est apud Statium Papinium lib. VI II. Thebaidos:

*Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,
 Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis.*

Ac ante eum similiter dixerat Homerus †:

* *Ἐξάντις δὲ βυ δὲ βυ, σάμθι σάκει πρὸ δελύμυθι.*

† *ἀπὸ δὲ κρυβίον lib.*
 6. *Σεισθήνα 1.*
 cap. 3.

† *Il. vers.*
 330.

Atheniæ apud doris *apud*, *abegs kopuo*, *arbez d' anig.*

Munientes hastam hastâ, scutum scuto opposito:

Clypeus utriusque clypeum firmabat, galea galeam, virum vir.

Operæ autem sit attendere, quanto aliter polyptoto utatur Cicero, quam Plautus. Cicero enim parcius iterat, & cum iterat, gaudet polyptoto diffusio; sive semel ponatur vox aliqua, sive sæpius repetatur. Ut Agrariâ I I: *Quales vos besternâ die, maximâ concione mihi pro salute vestrâ præbuisistis: tales reliquis temporibus populo Rom. præbeatis.* Item Catil. II: *Nunquam optabo, ut Catilinam in armis volitare audiat: sed triduo tamen audietis.* Et eadem: *Sed cur tam diu de uno hoste loquimur, & de eo hoste, qui jam fatetur se esse hostem?* Idem pro Milone: *Sed tamen ex omnibus præmijs virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, ac plissimum esse præmium gloriam.* Idem pro lege Maniliâ: *Quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse, & valere oportere, confiteor: sed in hac causâ, tamen si cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum virorum, & clarissimorum: tamen omnis auctoritatibus, ipsâ re & ratione exquirere possumus veritatem.* Et eadem orat. *Hæc vobis provincia, Quirites, non modo à calamitate; sed etiam à metu calamitatis est defendenda. Non in cæteris in rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. At in vestigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse adfert calamitatem.* Hæc ostendunt, quomodo schemate illo utatur Cicero. Plautus verò longè aliter: ut qui non tam simplicitati studeat, quam studium ostentet suum. Ita in prologo Pseudoli decem primis versibus decies quinquies bonus, octies autem malus, casibus variatum invenitur. Eiusdem est Amphitryone †:

† act. 1. sc. Optumè optumo optumam operam das, datam pulchrè locas.

1.

Optumè optumo optumam operam das, datam pulchrè locas.

† act. 2. sc.

Num tibi.

Et Epidico †:

--- *Ab, hoc est tibi dulci dulcius.*

* act. 3. sc.

Ridiculè idem hoc schemâ usurpat Epidico *:

1.

--- *Verùm aliquid, aliquâ, aliquo modo,*

Alicunde, ab aliqui, aliqua tibi spes est fore mecum fortunam.

Et altero ab hoc versu:

Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo, alicunde, ab aliquibus blatis.

† Trinum-

mo, Sc. Quò

illuc homo

foras se pe-

traxit.

At egregiè idem usus eo in acutâ isthâc *πολύ**: *Sapientia atas condimento, Sc. Quò mentum est; sapiens atati cibus est.* Quorum verborum mentem vide sis apud Turnebum lib. Adversar. xxv. cap. xv. i.

Hicce tot veterum exemplis addam, ob viri magnitudinem, & sententiæ pietatem, illud Ioannis Pici Mirandulani, seculi sui Phœnicis:

Namque

Namque tu. *Est nostris major clementia culpis,
Et dare non dignis res magis digna Deo est.
Quamquam sat digni, siquos dignatur amare:
Qui quos non dignos invenit, ipse facit.*

Pulcra profectò sententia. Nam, ut optimè ait Hipponensis ille
antistes *: *Si gratia ex merito, emisti, non gratis accepisti.* Quà de re fu-
sè antiquitatis primævæ sententiam exposuimus libro quarto Hi-
storia nostræ de-controversijs, quas Pelagius, & ejus reliquæ, mo-
verant.

* Tom. 10.
serm. 15. de
verbis Apo-
stoli.

CAP. IV.

DE SCHEMATIBVS VOCVM SIMILI-
TVDINIS NATIVÆ, VEL SECYNDVM QYAN-
TITATEM VARIATIS.

VERBA natura atque ortu similia sociat *ωαγρυμύτων*.
Secundùm quantitatem variantur *ωάειων*, èν δὲ δ' υἰού, τμῶν, & *ωῶν*.
Dens.

Ηάειων dicitur, cùm totidem vocibus, usque aequalibus, complentur partes
orationis.

Èν δὲ δ' υἰού est, cùm rebus duabus una designatur.

Τμῶν est vocis per quippiam interjectum diviso. *Vix autem locum ha-*
bet, præterquam in vocabulis compositis.

Ηαῖ contraria est *ωῶν*, ut quæ duo vocabula integra novè uniantur,
sic ut proximè ad compositorum naturam accedant.

I. UTRVM SCHEMATA OMNIA SONI SIMILIS, AN
SOLVM EIVSDEM TAM ORIGINIS, QYAM
SONI, HIC OBTINEANT LOCVM.

CVM abunde dictum sit de figuris, quæ repetunt vocem ean-
dem: nunc videndum est, quæ venferunt circa voces similes.
Hujusmodi, ex sententia Cæsaris Scaligeri †, est *ωωσποβίωσις*, sive allu-
sio, quam veteres dixerunt *ωωροωμωσιαν*. Sed si *δωωβίωσις* & *δωωβίωσις*,
quæ Latini vocant *similiter cadens*, & *similiter desinens*, pertinent ad
schemata secundùm qualitatem variata: etiam *ωωροωμωσιαν* eodem
referri oportebit, quia utrobique similis qualitas spectatur. Nam
æquè similis est sonus in illo, *Inceptio est amantium, haur amantium;*
ac est, cùm dico, *Perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere;*

† lib. 3. de
re poet. cap.
34.

diligere formam, negligere famam; ubi ὁμοιοπατος est. Quamobrem lo-
 co ὁμοιοπατος cenfeo huc referri debere παρηγμένον. In quo similitudo
 quidem attenditur; sed non illi accidentalis, quæ in qualitate spe-
 ctatur; verum essentialis, quæ ab ortu necessario inest. Hæc optime
 subiicitur εολυπλότω, quia proxime ab eâ abit. Nam cum dico, lito-
 ra, litoribus, imperator, imperitus, uisurpo eandem vocem: quia nomen,
 aut verbum casu variatum, non aliter differt à se ipso, quàm Socra-
 tes stans à sedente. At in παρηγμένω, jungi solent primogenium, &
 derivatum; ut, auarus, auaritia; custos, custodire: quæ similia sunt
 ipsa ὁμοιοπατος; uti pater, & filius: quam rem mox plenius exponemus. In
 παρομοσία verò, uti & ὁμοιοπατος, similitudo est, qualis fuerit Itali
 & Galli, qui lineamenti oris, colore, staturâque, casu aliquo con-
 veniant. Cujusmodi similitudinis exempla compluria adferunt Va-
 lerius Max. & Baptista Fulgosius, uterque lib. ix. Memorabi-
 lium.

II. DE ΠΑΡΗΓΜΕΝΩ.

ΠΑΡΗΓΜΕΝΟΝ, siue derivatum, Julio Rufiniano est, cum
 voces conjunguntur, quarum una ab altera derivatur. Sed non
 solum natura similis elucet in parentibus ac liberis; verum etiam
 fratribus, ac sororibus, & interdum etiam nepotibus. Quamobrem
 παρηγμένον erit, non tantum, cum alterum constat ab altero originem
 trahere: sed etiam, cum liquet, utrumque ab eodem fonte deduci.
 Prioris generis sint, pinso, pistor; memor, memoria; servus, servi-
 tus; pius, pietas; consul, consulatus. Posterioris fuerint, pistor, pi-
 strinum; memoria, immemor; servitus, servilis; piare, pietas; con-
 sulatus, consularis; & ita in alijs. Quare deinceps utriusque gen-
 eris exempla nullo discrimine afferemus.

* mater
 mea, m'la
 mater, im-
 mie habens
 animam.
 † legi, intel-
 lexi, dā navi.
 ‡ legisti, as
 non intel-
 lexisti: si
 enim intel-
 lexisses, non
 damnaisses.
 † lib. 5. cap.
 15.
 ‡ nec o-
 moia, nec
 semper, nec
 ab omnibus.

Ordior à Græcis, à quibus omnes Veneres manarunt. Ita pater
 ipse elegantiarum od. Ψ.

Μήτηρ ἡμῶν δὲσμιτερ ἀπλωέα θυμῶν ἔχουσα *

Est & apud Sozomenum illud Juliani de scripto à Christiano
 quodam exhibitio; ἀρέγων, ἔργων, κατέγων †: cui non minus seite re-
 spondisse aiunt Basilium; ἀρέγων, ἀλλ' ἐκ ἔργων, ἐκ ἀν κα-
 τέγων ‡. Elegans quoque est illud primo Digestorū, Latineque apud
 Iohannem Saresberiensem †, accipienda quidem xenia, at ἔτι
 πάντα, ἔτι πάντα, ἔτι πάντα †. Quod Nazianzenus videtur
 imitatus, cum scripsit, de mysterijs quidem Scripturæ differendum
 esse,

esse, eaque pensicuianda ac perscrutanda sedulo; at *ἐπιπράττει*, *ἐπιπράττει* †.

Similiter Latini. Attius Telepho *:

*Nam is demum miser est, cuius nobilitas miserias
Nobilitat.*

Quæ sententia gemina est illi Boëthianæ: *In omni adversitate fortunæ infelicissimum genus infirmitatis est fuisse felicem.* Lucilius lib. xxx †:

Quem sumtum facis in lustris, circumpida lustrans.

Varro *ταρῆς Μεστάρου* †: *Nec pistorem ullum nosset, nisi eum, qui in
pistrino pinferet farinam.* Virgil. *Æn.* III:

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Æn. VIII:

*Aurea pectoribus demissa monilia pendunt.
Tecti auro, sulyum mandant sub dentibus aurum.*

Ovidius *:

*Tu quoque Pieridum studio, studiose, teneris;
Engenioque faves, ingeniose, meo.*

Seneca Hippolyto †:

Candidas ales modo movit alas.

Sed nemo scriptorum plus sibi hoc in schemate indulsit Plauto.
Ejus est prologo Amphitryonis:

Iustam rem, & facilem esse oratum à vobis volo.

Nam iustè ab iustis iustus sum orator datus.

Nam iniusta ab iustis impetrari non decet.

Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est.

Idem Afinariâ †:

Mecum in commune, nequam fraudem fraudus sit.

id est, fraudem commiserit, ut exponit Festus †. Et eadem †:

--- *Vbi pietem*

Pietatem, sisto more moratam tibi

Postulæ placere?

Vbi piare est propitiâ reddere, sive, ut Nonius interpretatur, *co-
lere.* Item Captivis *:

Ita hic me amœnitate amœnâ amœnus oneravit dies.

Casina †:

Nunc amici, anne inimici, sis imago, Alcesime,

Mibi sciam: nunc specimen spectatur, nunc certamen cernitur.

Et eadem *:

--- *Mala malamale monstrant.*

† nec semper, nec omnibus, nec omnia.

* apud Nonium in Nobile.
† apud Nonium in Lustrare.
† apud Nonium in Pinferre.

* lib. 2. de Pomo eleg. 5.

† vers. 308.

† *act.* 2. sc. 2.
† in Fraus.
† *act.* 3. sc. 1.

* *act.* 4. sc. 1.
† *act.* 3. sc. 1.

* *act.* 4. sc. 4.

Epidico †:

† *act.* 2. *sc.* Epidico †:

1.

*Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet: ubi pudendum est,**Ibi eos deserit pudor, cum usus est, ut pudeant.*Ita rectè legit Palmerius: ubi pro *pudeant* in vulgatis est *pudeat*.* *act.* 4. *sc.* Similiter Pseudolo †:

1.

Memorem immemorem facit, qui monet, quod memor meminit.

Non dubium, quin pleraque ex his duriora sint, & affectata. Quale & Ennij * illud in Phœnice:

* *apud No-*
num in
*Cupietes.**Stultus est, qui cupida cupiens cupienter cupit.*Vbi triplex concurrit *magis*, *cupio* & *cupidus*, *cupio* & *cupiens*, *cupiens* & *cupienter*. Monemur autem eo dicto, ne, siquid cupiamus, vehemens nimis studio prodamus alijs cupiditatem nostram, uti Stalino senex facit in Casina.Oratori verò sobriè magis hoc schemate utendum. Nempe Tullij in modum; cujus iccirco exempla aliquot subjecimus. Tale illud pro Roscio Amer. Etenim rectum putabat, pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur. Vbi & argumentum à conjugatis. Vti & in illo pro Flacco: *Desine putare, auctoritatem esse in eo testimonio, cujus auctor inventus est nemo*. Idem pro lege Manilia: *Regum afflictæ fortunæ facile multorum spes alliciunt ad misericordiam; maxime eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno, quod regale ipsi nomen magnum & sanctum esse videatur*. Et eadem orat. *Satis opinor hoc esse laudis: atque ita reputo, ut hoc vos intelligatis; à nullo istorum, qui huic obtrebant legi atque causse, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum*. Pro Balbo: *Gaditani veterem illam speciem fœderis*† *ita edit.*
Rob. Sseph.
Sed al.
Marciano,
quia
ita dictum
sedus à
Marcio,
principali
sententione.
Quomodo
scapit, non
est, non ma-
*gister.**Martiani* † *omni sanctiorem Marte iudicarunt*. Pro Archia: *Ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipse, in quo predicationem nobilitatemq; despiciunt, predicari de se ac nominari volunt*. Idem Philipp. 11: *Non tractabo illum, ut consulem: ne ille quidem me, ut consularem*. Et Verr. 11: *Ardebat amore illius hospita, propter quam hospitij iura violarat*. In Oratore perfecto ad Brutum: *Itaque efficit, ut cum gratia causâ nihil facias, omnia tamen sint grata, que facis*. Et lib. 11. de Divinat. *Qui (Alcibiades) paullo ante interitum visus est in somnis amica esse amictus amiculo*.Non inveniunt etiam hoc schemate usi sunt antiqui Ecclesiæ scriptores. Vti Lactantius lib. 11. Inst. cap. 1. *Postquam sapientia subla-*

sublata est, *tum demum sibi homines sapientum nomen vindicare ceperunt. Tum autem nemo sapiens vocabatur, cum omnes erant.* Scitum quoque illud B. Augustini de gratiâ Christi lib. 1. contra Pelagium, & Cœlestium, cap. XLV: *Quid eo pelago vult mergi Pelagius, unde per petram liberatus est Petrus?* Alludit eò, quòd B. Petrus à confessione petræ, hoc est, Christi, Petri nomen acceperit, & Pelagius quoque à pelago dicatur: non quasi in Britannijs, unde hæretico illi origo erat, Græcè sint locuti: sed propterea quòd, uti per manus traditum, cum è Banchorensi monasterio, quod in Cambria, sive Walliâ erat, esset ad exteros profectus, qui priùs *Morgan* diceretur (sanè hodieque apud Cambros illustres Morganorum familiæ supersunt) pro *Morgano* deinceps Græcâ appellatione *Pelagius* maluerit vocari: quia nempe *morgan* veteri Britannorum linguâ, quæ hodieque apud Cambros obtinet, *pelagus* significet: quemadmodum suis eruditissimis juxta, ac humanissimis literis (quas ad me paucis ante excessum suum mensibus dederat) edocuit me Reverendissimus in Christo pater, ac dominus, Georgius, Ciceffrensis episcopus, vir natalium quidem & dignitatis splendore, dum viveret, conspicuus; verùm raræ virtutis, doctrinæque dotibus longè excellentior. Sed ad institutum redeamus.

Georgius Fabricius inter schemata hujus notæ reponit & *ἄμιον* † lib. 4. quem duplicem facit. Nam, inquit, vel nomen actionis cum *παρτι*. ipso jungitur verbo; ut apud Ciceronem ad Metell. * *jurare insurandum*; apud Virgil. XI. Æn. *furere furorem*: vel epitheton adjungitur *Grammatici* nomini inde deducto; ut in illo Plauti Aulul. * *Certè edepol equidem te* * lib. 5. *civem sine omni malâ malitiâ Semper sum arbitratus, & nunc arbitrator.* Et 2. forte in illo Ciceronis lib. XI. I. epist. LX. *Is temporibus, quibus facillimè bonam benevolentiam hominum perspicere potui.* Verùm hæc ad *αμυμιόν* schema referri debent: *ἄμιον* verò naturâ suâ schema non est, sed Græciæ dialectus, quomodo *Μετέλω*, ac *Πόλω*, sexcentaque id genus, Atticè dicuntur, in quibus nec tropus est, nec schema.

III. DE ΞΟΚΩΩ, ΑΣΗΑΡΙΣΩ.

VIDIMUS, quomodo oratio figuram accipiat secundum essentiam: idque vel subiectentiâ, vel excessu, vel repetitione eiusdem vocis, vel jungendo voces, quarum una ab altera, vel utraque ab una derivetur. Proximum est, ut excutiamus eorum schemata.

matum naturam, quæ figurantur secundam quantitatem; cuiusmodi sunt ἰσὶακῶν, & πείσων.

ἸΣΟΚΛΑΟΝ fit, cum paribus, licet non pugnantibus membris, utimur. Nam si ea non tantum æqualia fuerint, verum insuper pugnent, ἀγρίστα vocantur: quemadmodum, si neque planè fuerint æqualia, neque pugnent, propemodum tamen paria sint, ut cum membrum unum paullo magis altero producitur, ΠΑΡΙΣΟΝ dicitur. Ita hæc schemata definit Aquila Romanus. Exempla non addo, quia tum ex Aquilâ peti possunt; tum ex ijs, quæ in perflodorum doctrinâ diximus. At nonnullis πείσων est; cum syllabæ similiter desinunt; ut cognoscere est è Fabij libro IX. cap. II. Eademque videtur esse sententia Eustathij; cum sic scribit †: Καίτοι δὲ ἀπὸ τῶν πείσων, οἷς ἐστὶν ἴσος ἰσὶων κείμενα, τὸ ἔπιπαιμῶν, ἢ τὸ μυσταίμῶν. At Scaligero * πείσων est, cum partes orationis totidem habent dictiones, ac dictiones ipsæ totidem syllabas. Vt libello de Amphitheatro, qui Martiali tribui solet, epigr. xxv:

† in od. v
pag. 1577
edit. Rom.
* lib. 4. de
re poet. cap.
39.

Parcite dum propero, mergite dum redeo.

Et ante eum ingeniosissimo Poëtarum in epistolâ Paridis ad Helenen:

O Iove digna viro, ni Iove nata fores.

Idem in III. de Arte:

Cedere iussit aquam, iussa recessit aqua.

Ejusdem est illud de Minotauro:

Semibovemque virum, semivirumque bovem:

quem versum non video, cur furcillandum putarint amici Nasonis, ut scribit M. Seneca lib. II. Controv. II. Quantum profectò venustius Naso, quam is, qui de Centauris dicebat, equum ructare hominem, achominem cacare equum? Hujusmodi enim erat versus Græcus:

Ἰππὸν ἰπρὸν γαίῃ ἀνδρῶν, ἀνδρῶν δὲ σκοπέδεται ἵππων.

Quod cum lepidè urbaneque dictum Eustathio videtur, equidem doctissimi Grammatici iudicium requiro. Sed pauci sunt, qui de rebus istiusmodi iudicium ferre possint. Sanius sensit Demetrius, cui etiam κακόζυλον, & inconcinnum videtur. Κένταυρον ἑαυτὸν ἵππῶν, Centaurus seipsum equitans. Et hæc de πείσων, quod, ut in allatis Latinorum versiculis eleganter fit, ita sæpius vitium est, quam virtus.

IV. DE FIGURA, QUÆ EN DIA ΔΤΟΙΝ
 VOCATUR.

AD quantitatis schemata quoque pertinent, ἢ διὰ δύοῖν, τμήσις, & οὐδὲν.

Figuræ autem quidem sunt, non est, quoddam aliquis ambigat, cum in ijs sit dictionis facies alia ab usu communi. Neque putandum, poetarum esse propria, cum in prosa etiam oratione reperiantur; ut de singulis mox ostendemus. Quod si quis tantum in Grammaticis de ijs agendum putet, longè aliter sensit sciat Cæsarem Scaligerum; qui de tmefi, & synthesi quoque, in lib. de re Poëtica tractat. Agnosco tamen, opinionem contrariam haut levibus fulciri argumentis; quæ ipsa, quia res haut tanti est, hæc prætereunda duxi.

Ἐν διὰ δύο, sive ἐν διὰ δύοῖν, quod barbarè vulgè *hendiatys* vocatur, fit, cum una res in duas dividitur, metri causâ, interpositâ conjunctione. Ita describit Servius †; quæ definitio si plena est, non habet hæc figura locum in oratione prorsâ. Dixit tamen Cicero ad *ves* 65. Le utulum †: *Hac profectò vides, quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint, cum aliquantum ex provinciâ, atque ex imperio, laudis accesserit.* id est, ex provinciæ imperio. Aliaque id genus apud eundem sunt non pauca. Poëtis interim, quàm Oratoribus, multò est usitatus. Horat. epist. 11. lib. 1.

--- *Qui non moderabitur ire,*

Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens.

Hoc est, dolor mentis. Nam frustra hunc locum sollicitat H. Stephanus, qui *exmens*: itemque Muretus, qui *amens* mavult; quod se in vetustissimo Vaticano invenisse scribit lib. xviii. Var. Lect. cap. 111. Pertinet huc quoque illud Persij sat. 11:

--- *Fibris ovium, Ergennâque jubente.*

Hoc est, jubente Ergennâ aruspice, qui fibras ovium inspexerat. Vitur & Maro sæpe hoc schemate: at non ornandi solùm, verùm etiam augendi causâ. Sanè, quòd magnam montium molem exprimeret, rem unam pluribus extulit verbis, atque ita affectus est, ut quodammodo plures quoque res viderentur. Ait enim 1. Æn.

Hoc mernens, molemque & montes insuper altos Imposuit.
 pro, molem aliorum montium. Itidem in eclogis:

Cum canerem reges, & prælia:

* *Æn.* 1. *augustius est, quàm regum prælia. Magnitudinem quoque periculi auget, cùm maluit **:

In breuia, & Syrtis urget,

† *Georg.* 2. *illud †:*
quàm, in breuia Syrtium. Majorem item opulentiam indicat

--- *Pateris libamus, & auro,*

† *Georg.* 3. *quàm si dixisset, pateris aureis. Ornamenta etiam equi majora facit hoc ejusdem †:*

Nec mihi displiceat maculis insignis & albo:

* *Æn.* 9. *quàm cùm ait idem *:*

--- *Maculis quem Thracius albis*

Portat equus.

† *Æn.* 3. *Nam in priori illo pro unicâ laude, gemina exprimi videtur.*

Par ratio illius †, In prædam partemque:

sive, ut alij codices habent, In partem prædamque,

pro, in partem prædæ: quod ipsum & apud Aufonium legere est epist. v. ad Theonem. Nec defunt viri eruditi, qui similem statuant figuram in illis verbis:

Arma virumque cano.

Exponunt enim, virum armatum: quam etiam interpretationem adducit Bartholus IC. ad legem primam D. de pactis. Verùm contra eos facit, quod proximè antecessit, *Martis*: ut omnino dicendum sit, esse hîc *armatus* istiusmodi: Qui antè res pastorum, armaque rustica, tractavi, nunc Martia arma cano. At dispar erit ratio, si ex Varij, & Tuccæ consilio, (cujus causam in Miscellaneis adfert Nannius †) prætereantur quatuor primi versus. Et Ovidium quidem, ac Martialem, sententiam eorum probasse, argumento illud erit, quòd uterque, cùm ad operis initium alludit, *Arma virumque*, potissimum dicat. Quod nisi tum *in die duos* agnoscimus, res duæ à Marone proponuntur, contrâ quàm Aristoteles præcipit, qui uni poemati unam proponi docet actionem. Vide, quæ hoc de versu, sive commentati, sive commentati, Bartholomæus Maranta Perusinus lib. I. Lucull. Quæst. & Marius Martius Brixianus lib. I. Opin. cap. IV.

† *lib.* 6.
cap. II.

V. D E T M E S I.

TMHΞIΞ est, cùm una vox per quippiam interjectum dividitur. Dicitur & *Δωρον*, & *Κόρυς*. Corinthus, sive Corytus
(utrumque

(utrumque enim invenitur in vet. exemplaribus) vocat *διελευση*,
 Quinctilianus divisionem, Donatus sectionem, Diomedes diffe-
 ctionem, alij interciftionem. Vitur Cicero pro Marcello: *Me cer-
 te in omnibus rebus satis nostraeque conjunctioni amoris, facturum.* pro sa-
 ti: *facturum.* Idem pro Sextio: *Quod iudicium cunque sibi erat.* pro,
 quodcunque. Pro Coelio: *Luceium, socius vestrae religionis, jurisque iu-
 randi.* pro, *jurisurandi.* 1. Off. *Rei totius publica atium exoptandum est.*
 pro, *Reip.* Varro etiam in libb. de Re rustica, *Are hos facias*: item,
Are hos fecerunt. pro, *arefacias*, & *arefecerunt.* Quinctiliani est, *ple-
 bisve scitis*, pro, *plebiscitis.* Gellius lib. 11. cap. xviii: *Socraticque,
 & Platoni per sicut familiaris.* pro, *perfamiliaris.* Sunt & compluria
 ejus generis in Pandectis. Ut illud, *Per enim absurdum est.* pro, *per-
 absurdum.* Item, *Et magis enim est.* pro, *etenim.* Adhæc, *Et aliud
 est enim.* pro, *etenim.* Item, *Unus enim quisque.* pro, *unusquisque.*
 Quibus, ut Scipio Gentilis * observat, simile est illud Vlpiani: *in ut*
differenter. pro, *indifferenter.*

Poëtis verò crebrum est hoc schema. Homerus II. 6:

Εκ τ' εὐνοῖ ἐκαλον, κτ' ἕ θυμῶν ἑδναται.

Εκ τ' ἕ αὐτοὶ βαίον ἐπὶ θυμῶν διαλάσσης.

Pindarus *:

--- Δαίμων τ' α-
 πο φεμυργα πασάλλυ λάμβεται.

Et Latinis imprimis tmefi gaudebat Lucilius: unde de eo sic Au-
 tonius *:

Rescisso disce componere nomine versum.

Lucili vatis sic imitator eris.

Sanè Lucilij inter alia est:

Inlaryies, scabies, oculos huic deque petigo.

Neque enim dicitur *petigo*, quod malè hoc ex loco suspicatus
 Marcellus, sed *depetigo*. Gloss. *λεπρωε*, *lepra*, *depetigo*. *λεπρωε*, *lepro-
 sus*, *depetigosus*. Similis tmefis in illo Plauti Amphitr. †

Quid ego feci, quai stac propter verba dicantur mihi?

Terentius Andr. *

Cum quibus erat cunque unà, his sese dedere.

Et Eunuchò †:

--- *Thais maximo*

Te orabat opere, ut cras redires.

Lucretius lib. 1:

--- *Quod nunquam sine perniciali*

Dissidio potis est se junigi, seque gregari.

* lib. 1.

παρῆγγ.

1. in cap.

14.

† Anchoras

ejecerunt, ad

ἀναστροφῆς

πυρρῆς.

Sed & ipse

exierunt in

litus ma-

ris.

* od. 1. O.

lymp.

† Lyram

Donum so-

namè cape

à clavo. ad

quem sus-

pena est.

* epist. 6.

† act. 2. sc.

2.

* act. 1. sc.

7.

† act. 1. sc.

3.

pro, segregari. Et lib. II:

Aut magis hamatis inter se perque plicatis.

pro, perplicatus. Servius tmesin quoque esse ait in illo Maronis II Æn.

--- *Satis una superque*

Vidimus exscidia, & capta superavimus urbi.

† Ind. Virg.
gū. in sa-
tis.

Ac cenfer Erythræus †, existimasse Servium, *superavidimus* unam esse vocem. Non puto, doctissimum grammaticum usque aded ineptiisse. Potiùs mihi persuadeo, *satis superque*, quæ jungi amant, pro unâ voce habuisse: aut laxiùs tmesios voce usum, ut ijs etiam conveniat, quæ instar unius vocis soleant conjungi. Sed utcunque de eo sit, constat, Maronem crebrò uti hâc figurâ. Ut in calcato istoc III Georg.

Talis Hyperboreo septem subiecta trioni.

Item I. Æn.

Et multum nebula circum Dea fudit amictu.

Quod maluit, cum posset, *Dea circumfudit.* Idem III. Æn.

Quo res cunque cadent, unum & commune periculum.

Item V:

Hac celebrata tenuis sancto certamina patri.

Et VI I:

*Cede locis: ego siqua super fortuna laborum est
Ipsa regam.*

Et IX:

Inque salutatam linguo.

Et X:

Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus.

* lib. I. od.

9.

Et alibi non semel. Similiter Horatius *:

Quem fors dierum cunque dabit, lucro

† lib. I. epist.

7.

Appone. Item †:

‡ lib. I. ep.

118.

Dignum præstabo me etiam pro laude merentis.

pro, *promerentis.* Martialis ‡ quoque *Argiletum* dividit:

¶ lib. 2. ep.

17.

Argi nempe soles subire letum.

Item †:

Argique letum multus obsidet futor.

Ausonij etiam est in Cæsaribus:

Matricida Nero proprii vim pertulit ensis.

† comm. 5.
vers. 298.

pro, *matricidaque.* Nisi legi malis, *matricida*; ut secunda sit porrecta, quemadmodum in illo Sidonij †:

--- *Raperes*

--- *Raperet cum Taurica sacra*

Marricida pius.

Ejusdem Aufonij est epist. IV:

Villa Lucani mox potueris aco.

Pro *Lucanaco*: quo alibi † in jambico dimetro utitur penultima † epist. 22. *Epigr. 29.*
porre&ta. Eo autem modulo respuit hanc vocem versus pentameter: uti phalæcius, & jambicus, *Argiletum*: nisi æthliptis fiat à vocali correpta. Est verò in utràque hac voce tmesis eò durior, quia est extra compositionem: contra quàm factum in cæteris exemplis.
Durior quoque illa Ennij *:

--- *Telo*

Transfigit corpus, saxo cere comminuit brum.

Quæ tamen, ut observavit Calpurnius Piso, tolerabilis est præ illà Sempronij Gracchi †:

Præfractè oblatam stuium est medi spernere cinam.

Quippe in Enniano illo cerebri diminutio quodammodo vocis divisione repræsentatur. Plura de tmesi idem Piso lib. II. & ex eo Merula in III. Annal. Ennij. *Quæ* videre omnino operæ est.

* lib. 6. anal. apud Calp. Pisonem, & ex parte Servo. I. En. ac Domatium de tropis. † Gracchus pro Gracius esse apud Pisonem legitum, monuit Merula in 3. Annal. Ennij.

VI. DE SYNTHESE.

TMESI opponitur ΣΤΝΘΕΣΙΣ, cùm ex duobus verbis, præter vulgi morem, unum conflatur. Dicitur & τῶν ἑνῶν, quasi ἑρ ἢ ἑρ ἢ λόγῳ. Item συμπελοῦσθαι. Græcis est familiaris. Multa illius exempla vide apud Henricum Stephanum in Paralipomenis Grammaticarum Institutionum. Latinis quoque est usurpatissima. Ac crebrò quidem cum particula *semper*. Terent. Andria †:

--- *Et heri semper-lenitas.*

Lucretius lib. I:

*Vnde sibi exortam semper-florentis Homeri
Commemorat speciem.*

hoc est, ἀειδουλῆς. Imitatus id Ovidius VII. Met. †

Vertice de summo semper-florentis Hymetti.

Propertij etiam sunt, *semper-amicitia, semper-furor, semper-cupidus*, pluraque id genus. Ovidij IV. Fast. *semper-parens*. Senecæ in Hippolyto est *semper-furentes caminos*: uti in Hercule Furente, *semper-alienum Iovem*: in Thebaide, *semper-eruenta*. Valerius Cato in Diris, juxta restitutionem Scaligeri, ait, *semper-mendacia fastus*: atque ex ejusdem Scaligeri mente, Dionysius Cato in IV. de moribus *semper-pauper*. Imò nec aliter Maro videtur dixisse:

rr 3

Namque

† act. I. sc. 2.

† fab. 26.

Namque erit ille mihi semper-deus.

Quamquam scrupulum injicere possit, quod *semper*, ac *deus*, disjunctim legantur in codd. antiquis: ut Pierius observavit. Existimant viri eruditi, ut Maro Augustum appellat *semper-deum*: ita Isidem alijs *nunc-deam*, vel *jam-deam*, vel *jam-numen* vocari. Signant autem Tibulli hoc ad Isidem *:

* lib. 1. el.

3.

Nunc, Dea, nunc succurre mihi.

† lib. 2. d.

Et illud Propertij †:

28.

Io versa caput primos magiverat annos.

Nunc Dea, quæ Nilii flumina vacca bibit.

* lib. 9.

Et Lucani istud *:

Evolvam busto jam numen gentibus Isin.

Sed in Luciano nihil cogit, ut *semper* statuamus. In Propertio autem *antidote*, & ibidem, & deinceps instituta, indicat sententiam esse, *Nunc verò est Dea*. In Tibullo verò satis est apertum, *semper* esse, non *semper*.

† Pers. ast.

§ sc. 1.

Potius sit *semper* in illo Plauti †:

Tace stulta, nunc tu nunc-hominum resores vides?

hoc est, *antidote*. Queritur, an non uti *semper*, ita etiam olim, & nuper usurpatur. Sanè Catulli est, *olim-furges*: id est *semper*.

* Meauter.

ant. 1. §. 1.

& Terentij * illud à multis adduci solet:

Quamquam hæc inter nos nuper-notitia admodum est.

† sc. in.

† sc. in.

Sed hoc loco quædam exemplaria habent, *nupera* *notitia*: quomodo Plautus Captivis † ait, *hominem nuperum, & novitium*. Et Henr.

* palat.

de Latini-

ate Lipsij

pag. 456.

† sc. Sta il-

lico.

* ant. 1. §.

1.

† pig. 4.

* lib. 3. od.

24.

† Ant. 1.

† Lucet.

lib. 1.

† libro de

aspiratio-

ne.

† heri aut

nuper.

* in histor.

fragmentis.

modum conjungendum putat. Apertius est de *ante*, & *post*. Plautus

Trinummo †: *Ut virtute eorum ante-parta per flagitium perderes.*

Idem Truculento *:

Vnde ante-parta deus post-partoribus.

Simile etiam apud Comicos, *post-illa*. Catulli † est:

Vbi ille post-fusus antea fuit.

Horatij * est: *Clarus post-genitis*. Virgilij item †:

--- *Neque enim ignari sumus ante-malorum.*

id est, *semper* *malorum*, sive *præteritorum malorum*, ut exponitur in

glossis Isidori. In vet. tamen codd. Maronis distinctè legas, *ante malorum*: ut Pierius scribit. Sed Servius clarè agnoscit *semper*, simile-

que esse ait illi †, --- *Cæli subterlabentia signa*. Ovidij quoque est, *ante-mei*: ut monitum etiam Ioviano Pontano †: ne *semper* *malorum* †

Criticos hoc, & similia, commentos putes. Nec poetæ soli ita duo hæc præverbia sociant. Nam Sallustius * similiter *post-futuris*

dixit pro nepotibus, vel posteris: & apud Jurisconsultos legimus,

post-factum.

post-factum, post-deliſtum. Viderur & videri eſſe, ubi loci, inde loci, in-
 rera loci: de quo Giffanius in Indice Lucretiano †. Etiam bene, & † inde-
 male ſic interdum junguntur. Propertius lib. III. el. XVI. † inde-
 loci.

--- Per mediam bene-olenti flumine Naxon.

Seneca in Thyeste †:

Quis male-deorum Tantalò vivas domos

Oſtendit iterum?

† añ. 1. ſc.
1.

Ita enim legendus is locus. Nam male-dij, qui Græcis κακοὶ δαι-
 μωνες *. Non dico κακοὶ δαιμονες †, quia hoc aliud eſt.

* maliſive
infernales

Crebrò item nec ſimiliter coaleſcit. Ut apud Catullum de nuptijs
 Pelei, & Thetidis; quod carmen malè in veteri Rhegienſi, itemque
 Aldinà, & alijs editionibus, Argonautica inſcribi, notum eſt:

Dij.
† riſelices.

Funera Cecropia nec-funera portarentur.

Vbi quoque ἀξίωμαρον habes. Terent. Heaut. †

† añ. 1. ſc.
2.

Vt hanc latitiam nec-opinanti primus ei obycerem domi.

Quomodo & Tullius ait epiſt. XII. lib. XV: *Quam mihi facultatem
 hic nec-opinatus, & improviſus provincia caſus eripuit.* Monet ibi
 Manutius, nec opinatus & improviſus dici, ut epiſt. I. lib. X. ait, *Nec
 miror, & gaudeo.* Nempe non vidit, nec-opinatus dici, ut Tuſc. III.
 ait, *Si nec-opinatio quid evenerit.* hoc eſt, ἀξίωμαρον. Similiter orat.
 de Haruſpicum reſponſis ait: *Niſi forte exiſtimatis hanc tantam illi
 colluſionem tantamque everſionem civitatis in mentem ſubito in roſtris nec-
 cogitanti venire potuiſſe.* Ut audiendus hic non ſit doctiſſimus ille
 Monſtrollienſis corrector, ſed ſæpe audacior, quam par eſt; qui, invi-
 tis omnibus libris, pro nec-cogitanti lubè nobis obtruſerit concionanti.

CAP. V.

DE SCHEMATIBVS, QUÆ FIGVRAN-

TVR SECVNDVM QVALITATEM,

VEL SITVM.

SECVNDVM qualitatem variantur παρανομασία, ὁμοιότητων, ὁμοιότη-
 λων, ἀντιθέσεις, & ἑρμηνείαι.

Παρανομασία eſt, cum ſententia immutatur vel addendo, vel detrabendo,
 vel tranſponendo, vel immutandò literam unam, plureſve, vocabuli
 ejus, quod antea eſſit.

Differunt ὁμοιότητων, & ὁμοιότηλων, quòd ὁμοιότητων requirit eſſe dem-
 caſus in nominibus, pronominibus, & participijs, eadem tempora in
 verbis.

verbis : ἰμοιοῦντος respiciat similem terminationis suam. Itaque ἰμοιοῦντος sit in principis, medio, aut fine orationis : at locum tantum habet in iis, qua declinantur. Verum ἰμοιοῦντος tantum sit in fine, ac in quibusvis vocibus committitur.

Παρήχησις est, cum syllaba una pluresve vocis ejus, qua antecessit, vel continet, vel paucis interjectis, in sequenti aliquâ repetuntur.

Interrogatio est, cum, ubi rectâ oratione vixit utimur, orationem ad inquirendum inflectimus.

SECUNDVM situm figurantur ὑπέρβατον, παρεμβολή, παρίσθεσις, σωάντισσις, & ζεύγμα.

ὑπέρβατον est, cum in longiori sententiâ verbum ad calcem usque transfertur.

Παρεμβολή, & παρίσθεσις conveniunt, quod utrobique oratio in orationis medio interponitur : differunt autem, quod illa aliquam ex circumstantiis rei interserat, ideoque mollius sermonis structuram dividit ; hac verò simplex sit, & totâ materiâ aliena.

Σωάντισσις duas orationis partes ita collocat, ut è duabus, quas subijcit, posteriori priori, prior posteriori reddatur.

Ζεύγμα ita disponit partes orationis, ut eodem ordine, quo ceptum est, fiat redditio.

I. DE PARONOMASIA.

† hastitates, nonnō prorsus herentes.

† anni tempestas, & loci ingenium.

† lib. 3. Sibyll. orac.

* de Pallio cap. 2.

† lib. 7. cap. 15.

† Erit & Samos arena, erit Delusignota.

Et Roma vicus.

* act. 2. sc. 3.

SEQUENTIVR schemata, quæ secundum qualitatē variantur. In his vel similitudo spectatur : vel orationis flexus. Posterioris generis est ἑσθήσις : prioris verò sunt hæc quatuor, παρονομασία, ἰμοιοκατάληκτον, πείσιον, & παρήχησις.

Παρονομασία, quæ Cornificio dicitur *annominatio*, (recentiores *aliterationem* vocant) aliam efficit sententiam elementi unius, pluriumve adjectione, detractioe, transpositione, vel immutatione.

Adjectione, ut 11. ad Corinth. cap. 14 : Ἰσοπέμενοι, ἀλλ' ἢ ἢ ἰξπαπέμενοι †. Apud Hippocratem, ἀεγὺς χύσας †. Item cum Timæus à maledicentia Ἐπιτίμας & dictus. Nam ἐπιτιμᾶν, reprehendere. Et in illis, ut creditur, Sibyllinis †, Tertulliano * etiam, ac Lactantio † lectis :

Ἐταί † ἔξάμ & ἀμ &, ἰσῆται Δύλ & ἄδωλ &, Καί' ὦμι ῥύμι.

Vbi & detractio cum immutatione. Apud Terentium Heaut. * Syrus Clitiphoni, herili filio, ait :

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.

Porcij Licinij † est isthoc de Attilio:

*Ferream scriptorem opinor, verum exscriptorem tamen,
Vt legendus sit.*

Vbi & *ααγημύρον*: quemadmodum quoque in Apostoli loco superius adducto: itemque illo in 11. de Orat. *Videō me à te non conveniri, sed circumveniri.* Vbi & levis immutatio: Etiam *ααγημύρον* concurrat in illo Martialis lib. 11. †:

Nam vigilare leve est, pervigilare grave.

Et hoc Statij lib. 111. Sylv.

-- Venies carissima conjux,

Præveniesque etiam.

At dispar ratio in illo Aufonij Idyll. 11:

Posses ornatus, posses oneratus haberi.

ubi & *μπαδδουσι*. Solum adjectio est, cum idem in gratiarum actione, *fastorum, & fastidiorum*, conjungit. Est & hujusmodi illud Appuleij †: *Vbi uber, ubi tuber.* Quo loco *uberis* vox accipitur eâ significatione, quâ apud Maronem † est *uber gleba*. Mera quoque adjectionis *ααρομασλα* fuerit, si eos, qui trans mare currunt, ut alibi sint, non ut alii, dicas, mutare *τόπον*, & *ἡσέπν* i. *cælum, non animum*, ut ait Flaccus *; solem solumque, non mentem affectibus mancipatam.

Detractio contra est in illo Æschinis contra Demosthenem: *ὁ δὲ τὸν ἡσέπν, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μεταλλάξῃς †.* Et hoc Theocriti Idyll. xxv 11.

Ἐξ ὄρεσσι Πένθημα, καὶ Πενθήνα φέρουσαι †.

Estque allusio ad nomen *Penthei*, quod est à *πένησι* *. Sic Plautus Bacch. †

Magis illectum tuium, quam lectum metuo.

Terent. Eunuch. *

Videō sentum, squalidum, agrum, pannis annisque obstitum.

Apud Cic. 11. de orat. *Si tu & adversus, & aversus impudicus es.* 2.

Eiusdem est †, *Res mihi invisa visa sunt, Brute.* De quo Cæsar Scaliger oratione suâ adversus Erasmmum. Martialis * lusit vocibus, *Sabellus, & bellus.* Claudianus † de fene Veronenſi, qui villâ suâ nunquam egressus erat:

Erret, & extremos alter scrutetur Iberos:

Plus habet hic vita, plus habet ille via.

Cum *πλευρώτω* concurrat in veteri lapide *:

Hospes, quod dico, paullum est, adsta, ac pellege:

Heic est sepulcrum haur pulcrum pulcræi seminaei &c.

Quibus placet *επιμολογία* sepulcri, quæ in commentarijs Terentia-

† apud Ci-
cer. 1. de
Fin.

† epig. 70.

† Flor. 4.
† Æn. 1.

* lib. 1.
epist. 11.

† non enim

mores, ve-

rum locum

solum mu-

tauit.

† Ex monte

luctum, non

Pentheave-

portantes.

* la. 11.

* act. 1. sc.

* act. 2. sc.

2.

† apud Fab.

lib. 9. c. 4.

* lib. 12.

epig. 39.

† epig. 6.

* videtur
inſcriptione
apud Aldi
de Orcho-
graphia in
Paullum.

† †

nis †

* in And. nis * adducitur, hi *καταγμένοι* infimul hic statuent: sed omnino est à *sepulchrum*, quâ ratione à *supinis* (uti vocant) descendunt, *λαβασυμ, fulcrum, involucrem*, ac fortasse *polcrum*, nempe à *πολιτὺν καὶ συκοφαντῶν* unius literæ: nisi cum magno viro † à *πολύχρηστος* deductum malis.

† Cas. Scalligero de *auspiciis* L. L. lib. 1. c. 22. † *αγρῶν* enim inculcum ab eo accepit. † *labia, lingis.* † Sc. cum læta pella go. † lib. 4. Re Z. L.

Transpositionis παρανομασίας est in exemplo isthoc, quo & Aristoteles usus lib. 111. Rhet. *Ἀγρῶν δὲ ἰλαβῶν ἀργῶν παρ' αὐτοῖς* †. Quibus etiam in verbis lusisse Xenophontem lib. 111. *Κύρου παιδείας*, ad eum Aristotelis locum observavit P. Victorius. Itidem in *Ἀνθολογίας* epigrammatis jocus est in *χέλιν* †, & *λείχην* *. Simile hoc è Troadibus Senecæ †, in quo & detractio:

Minimum decet libere, cui nimium licet.

Quamquam in *minimum*, & *nimium*, vix transpositionem animadvertere est. Manifestior illa, cum vetus poeta, teste Varrone *, dixit, *omnicarpa capræ*; non autem, quia inde capris nomen: cum sit à Tyrreno *κάρα*, ut ex Helychio diximus in Originum libris. Transpositionem quoque cum additionis exemplo habes in hoc Cic. lib. 1. ad Att. epist. x. *Consul autem ipse parvo animo, & parvo, facie magis, quam facietis, ridiculus*. Hæc *παρανομασίας* species, quæ literarum sit trajectione, vocatur *ἀναρχημασις*, itemque *μταάσεις*, aut *εσφάσεις*.

Denique immutatione *παρανομασίας* fit: præsertim in nominibus propriis. Ut cum Antiochum cognomento *Ἐπιφανῆ*, hoc est, *Illustrem*, vulgò vocitarunt † *δῆμιανῆ*, id est, *furiosum*: cumque *Δημοκρίτων* nominarunt *Ληροκρίτων* †, quasi nugarum institorem: aut cum *Χρύσιππος* Carneades diceret *Κρύσιππος* †, quia statua ejus in Ceramico ob vicinam equitis statuum vix conspicua foret: item cum Cato Fulvium Nobiliorem dixit *mobiliorem*: aut cum Tiberium Claudium Neronem, quoddam affatim biberet merum caldâ mixtum, vocarunt Biberium Caldium Meronem †: aut cum Cyprianum homines improbi, ut ex Laetantio † scimus, appellarunt coprianum à copriis, hoc est scurris: aut cum Iulianus, quoddam idolorum templa à Constantino Magno clausa aperuisset, ac gentilibus restituisset, *Idolianus* † à Christianis dictus est: cuiusmodi nominum immutationes ab Aristotele † vocantur *ἁπλοποιήματα*, item *συνίματα* & *ἁπλοποιήματα*.

Neque schema hoc sacra nescit pagina, imprimis in gentium dijs. Iudæi enim, ut Scaligero monitum, Accaronitarum numen, quod *Baal-Zebabim*, hoc est, Deus victimarum sive immolationum dicebatur, joculari vocabulo, *Beel-Zebub*, hoc est, Deum muscæ nominarunt: ut cum 11. Reg. 1. 2. legimus: *Ite, consulite Deum Beel-Zebub, Deum Accaron*. Scio, ita vulgò esse persuasum, ipsos sic Accaroni-

† Polybium, Athenæum, alij. † Laert. in Epicuro. † idem in Chryssippo. † Sueton. in Tiberio cap. 42. † lib. 5. cap. 10. † Nazianzenus. † 3. Rhet.

tas vocasse. Sed cui fiat verisimile, tam dispreto nomine eos appellasse, quod pro summo numine colerent? Illud etiam hanc sententiam confirmat, quod qui gentibus erat *Baal-reem*, hoc est, *θεοπρωτος* †, similiter ridiculo nomine *Baal-phegor*, hoc est, *θεοπρωτος* * in Scripturis appelleretur. Nempe eadem ratione, ac *Zeus* ἰσχυροτάτος, qui Doricè *Zēus* (nam *Z* est *Σ Δ*, ut *καμάτω καμάτω*) Aristophani risum captanti est *Βδύς*, quasi à *βδύειν*, id est, *visire*. Nam qui *Βδύς* inter veras τῶ Διὸς appellationes reponunt, planè falluntur.

Eadem *καρονομασία* forma etiam extra hominum Deorumque appellationes invenitur: idque apud omnes penè scriptores. Vt apud Herodotum lib. 1: *Παθήματα μαθήματα*: *qua nocent, docent*. Par ratio in illo Cræsi ad Solonem †: *Τοῖς* * *βασίλειους δὲ ὁσὶ ἄνετα, ἢ αἰετὶ ἠδιστα* † *αποδύσθαι*. Quo iubebat, aut minimum versari cum hominibus fortunatis, nec affluetis vera audire; aut loqui ea, quæ lubentes audirent. Atque hinc Victorius † colligebat, non esse hoc schema inventum Gorgiæ, vel Isocratis, etsi imprimis illud frequentarint. Similiter Latini. Ennius †: *Haut doctis dictis certantes, sed maledictis*.

Quod imitatus Plautus Afinariâ †:

--- *Dicta docta pro datis*.

Et Trinummo †:

Multa ego possum docta dicta, & quamvis facundè loqui.

Et Menæchmis *:

Dictum facessas doctum, & discaveas malo.

Idem Epidico †:

Malum istiusmodi mihi amicos furno mersos, quam foro.

Vbi *furo mersos* vocat ære obrutos alieno: quia nempe in foro trapezitæ essent. Eiusdem Plauti est prologo Mercatoris:

Amens amansque ut ut animum offirno meum.

Quod imitatus Terentius †:

Inceptio est amentium, haut amantium.

Eadem Plauti comœdiâ * legas:

--- *Igitur boccine est*

Amare? arare mavelim, quam sic amare.

Quibus ipsis in verbis ludit Martialis †:

Artemidorus amat, Calliodorus arat.

Item Plauti est Cistellariâ †:

--- *Amor, & melle, & felle est facundissimus.*

Et Truculento *:

In melle sunt lingua sita vestra, atque orationes,

† † †

Lactoque:

† apud Plautum in vita Solonici.
* cum regibus aut nequaquam est versandum, aut quam suavisissimè.
† lib. 37.
Var. Lect. cap. 22.
† apud Gellium lib. 20. cap. 9.
† act. 3. sc.
† sc. quo illic homo.
* act. 2. sc.
1.
† act. 1. sc.
2.
† Andr. act. 1. sc.
3.
* act. 2. sc.
3.
† lib. 9. epig. 22.
† act. 1. sc.
1.
* act. 1. sc.
2.

Lacteque: corda felle sunt lita, atque acerbo aceto.

Quibus locis duobus similes duo occurrunt Aufonij. Vnus qui-

† *carm.* dem †,

Cui felle multo, melle multo mens madens.

16. in Pro-

fissores Bur-

digaleses.

† *epist.* 15.

† *Flor. lib.*

3. cap. 17.

Alter autem †,

Qui felle carmen, atque melle temperans.

Notum etiam dictum Livij Drusi *: *Nihil se ad largitionem ulli reli-*
quisse, nisi si quis, aut cælum dividere veller, aut cœnum. Quibus in verbis
 etiam lusti Tertullianus libro de spectaculis cap. xxv. Incerti est
 poëtæ apud Varronem lib. iv. de L.L.

Honus est honos, qui sustinet Remp.

† *apud No-*

nium in

Saperda.

Et hoc ipsius Varronis Modio †:

Omnes videmur nobis esse belluli,

Et festivi saperda, cum simus sapri.

Vbi *saperda* dicuntur sapientes, ut Festus, & Nonius, interpretan-
 tur: (alias eo *τὸν νοεῖνον ἰχθυῶν* *, vel, ut Casaubonus † legendum putat,
τὸν νοεῖνον significari, Hesychius †, & Etymologus volunt; sed
 dissentiente ab ijs Athenæo) *sapri* verò sunt nugaces; ut vox *σαῶς*
 exponitur in Philoxeni gloss. Etiã Cicero hoc genere delectabatur.

Vt pro Roscio Amer. *Terret etiam nos, ac minatur tribus prædijs, hoc est*
præmijs sceleris ornatus. Item Catilin. I: *Qui de hujus urbis, atque adeò*
orbis terrarum exitio cogitent. Quomodo & Tertullianus dixit lib.
 de animâ cap. I: *Non unius urbis, sed universi orbis iniquam sententiam*
sustinens. Idem Cicero Philipp. III: *En, cur magister ejus ex oratore*
arator factus sit. Et Philipp. XI: *Paratum habet imperatorem, C. Cas-*
sum, P. C. contra Dolabellam; nec paratum solum, sed peritum, atque
fortem. Livij quoque est lib. XXI: *Itaque plebiscitum, quo oneratus*
magis, quam honoratus sum, primus antiquo, abrogog. Et ex poëtis æ-
 qualis ejus Ovidius, II. Fast.

Nec prece, nec pretio, nec movet ille minis.

Etiam in II. de Arte Rigaltius legit:

Et Venus in venis ignis in igne fuit.

De quo vide sis notas ejus in Phædrum: Sed magis mihi placet
 vulgatum, *Et Venus in vinis:* propter illud, *ignis in igne.* Etiam Mar-
 tialis est *:

* *lib.* 2.

epig. 15.

Sed dum ludit Aper, ledere novit Aper.

Ac suspicor, Sedulium similiter scripsisse in præfatione operis
 paschalis: *Sape belliger miles armis, quibus assuetus est ledere, delectatur*
etiam ludere. In MSO utrobique *ludere* invenimus, Pro quo, priori
 loco

loco *dimicare* substituerunt; sententiæ quidem convenienter; sed tamen quanto minus à veteri scriptura abit, quod reposui. Appuleius Apolog. 1: *En vobis (Mercuriolum) quem scelestus ille sceletum* (σμελεστον) nominabat. Eiusdem ex epigrammatis est †:

† apol. 1.

Hæc duas flammæ, dum potiar, patiar.

Bassiani Caracallæ est de fratre Gerà à se interemto, quem Astrologi divum, id est, imperatorem fore prædixerant: *Sit divus, dummodo non sit vivus.* Auctor Spartianus. Aufonio quoque hoc schema in Ælicijis fuit. Vnum alterum locum jam vidimus. Simileque hoc epist. xxii 1: *Soli, & soli commercio.* Et in iisdem vocibus epigr. xxxii:

Orta solo, suscepta solo, patre edita Cælo,

Aneadum genetrix hic habito alma Venus.

Et epigr. sequenti:

Sive legat quæ dabo, sive tegat:

cui simile hoc eiusdem præfat. in ludum sapientum:

Æquamis fiam te iudice, sive legenda,

Sive tegenda putes carmina, quæ dedimus.

Eodem carmine ait:

Optabo ut placeam, sin minus ut taceam.

Ad hanc paronomasias speciem, cui mole suâ laborare videatur schematum multitudo, referre possit figuram, quam Hermogenes πείσιον vocat. Cùm autem ea vox non uno à rhetoribus accipiatur modo; (duas certè significationes ab hæc diversas capite proximo afferemus) Hermogeni * πείσιον est, cùm idem usurpatur verbum variatum præpositionibus, aut nominibus appositis. Isocrates †, alius tamen ab illo nobili sophistâ: Ε'άν τις φιλομαθής, εση πολυμαθής ‡. Terentius Andr. *

* 1. πείσιον
πείσιον
πείσιον

† ad De-
monicum.

‡ Si fueris
avidus dis-
cendi, mul-
ta disces.

† aut. 4. §.

Nisi puerum tollis, jam ego hunc in mediam viam

Provolvam; teque ibidem pervolvam in luto.

Cicero ad Quintum fratrem lib. II. e. IX: *Tu verò ut me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare velim.* Idem pro Roscio Amerino: *Non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo, jam de civitate sublata est.* Et eadem: *Ex eo T. Roscius non paullo nescio quid in suam rem convertit: sed hunc funditus evertit bonis.* Possis huc etiam referre illud apud Ciceronem in secundo de oratore: *Si tu, & adversus, & aversus impudicus es.* In quo detractionis πεισιονισμῶν superius statuebamus. Vide & Apost. II. Cor. v. 6. & Phil. II. 2. 3.

Quod si πείσιον est, cùm manet posterior compositi pars, priori immutatâ: πείσιον etiam erit, cùm manet prior, mutatâ posteriori.

Ita Iustinus Martyr apologiâ priore ait, se invidias, fustuarium, crucifve supplicium expectare, vel *καὶ Κεῖσενε* & *πῶ φιλοσοφῶ*, ἢ *φιλοσοφῶν* à *Crescente philosopho*, & *philocompo*: hoc est, inanis jactationis, & arrogantiae amator.

Dicitur autem vox quoque immutari solâ quantitate. Itaque etiam *παρονομασίας* species fuerit: *Avium* † *dulcedo ducit ad avium*.
 † *Fabius lib. 9. c. 3.* Sanè his in vocibus lufit quoque Maro, cuius illud Georg. 111:

Avia tum resonant avibus virgula canorus

Citat & Fabius * ex Epigrammatis Ovidii, quæ interciderunt:

Cur ego non dicam Furia te Furiam?

qui locus malè in Aldinâ habitus. Catullus †:

--- *Volo ad Serapis*

Ferri manè, mane, inquo puella.

Sæpe verò cum quantitate etiam literæ unius, vel plurium, fit commutatio. Plautus Mercatore †:

† *Aff. 3. sc. 4.*

Edepol, nâ ille oblongis malis dedit mihi magnum malum.

Vbi priori loco *malis* est *maxillis*. Tullius quoque similiter lufit ad Atticum * suum scribens: *Fuerunt* (iudices) *quos fames magis, quàm fama, commoverit*. Cui, & sententiâ, & schemate ipso (manente tamen quantitate) simile est illud Pomponii †, alibi etiam adductum nobis:

Ego rumorem parvi facio, dum sit rumen qui impleam.

Hieronymus Treutlerus † ait, & quoddam esse *παρονομασίας* genus, in quo nec literæ, syllabæve, nec accentus, spiritus, aut quantitates fiat immutatio. Istiusmodi verò *παρονομασίας* esse, *Incidendum* † *Fabius* l. 4. c. 9. est *amari*, si curetur, nequid *infit amari*. Verùm huiuscemodi ad *ἀπτα-ἀλλασιν* pertinent; ut diximus cap. 11. libri superioris.

* *lib. 1. epist. 13.*
 † in *Prostibulo*, te *ste Noni oi n Rumena*.
 † *lib. 2. Methodi*.
 † *Cornificius* l. 4. c. 9.
 † *Fabius* l. 4. c. 9.
 † *ep. 3.*

Atque ut ille *παρονομασίας* schema nimis extendit: ita veterum quidam nimis coarctant. Nam presè ad eò utuntur, ut in folis habeat nominibus locum; in verbis autem dicatur *παρέμοιον*; idque non quodocunque voces leviter immutantur, sed cum id ita fit, ut sensus etiam sit diversissimus. Vide Donatum in Andr. act. iv. sc. v. tum item de hoc Donati loco adi Nannium lib. 1. Miscell. cap. x. Et sanè non dubium est, quin tum imprimis *παρονομασία* fit, cum diversus exurgit sensus: quod si non fiat, melius fortasse ad *παρήρησιν*, sive syllabæ ejusdem *ἀπτα-ἀλλασιν*, retuleris. Sed quod putarunt, *παρονομασίας* solùm esse in nominibus, id concedi non debet. Nam ut *παρονομασία* est, non orator, sed arator: ita & *παρονομασία* est, non orare, sed arare. Nec altera sententia alio ullo subnixæ est, quàm eo, quòd

μενομασία ab *ὄνομα* † derivetur. Quasi non sub nominibus etiam verba contineantur. Quod siquid ostensum nobis, cum similem aliorum de *μενομυία* errorem refelleremus.

Vimur imprimis paronomasia in epigrammatis, satiris, comœdijs, ac ubique convenit joculari. At in gravioribus poematis vix ullus ei est locus. Certè cum posset Maro;

Augustos animos angusto in pectore versant:

prætulit tamen optimo jure †; *Ingentes animos.*

† Georg. 4.

Neque ferè apud oratores locum habet, nisi figura alioqui levis sententiarum pondere impleatur. Plurima hujusce rei exempla sup-
neditant SS. Patres, eosque inter B. Augustinus.

Quamquam verò hæc ita sunt, non tamen planè id artificium respuit poetarum princeps. Nam & is lusit in vocibus, *avia*, & *avium*; ut antè vidimus: & ejusdem quoque est †;

† 1. Georg.

--- *pupesque tua, pubesque tuorum.* Quin idem quoque, ut egregiè observavit Bartholomæus Maranta *, eò quòd de conversione ageret, conversionem eam ostendere voluit materià ac corpore vocis servato; formà autem seu significatione, quæ quasi anima vocis est, immutatà. Nam de Cygno in avem converso ita ait †:

* 1. Lucullianarū
Questionū.

† En. 10.

Dum canit, & mœstum Musâ solatur amorem,

Canentem molli plumâ duxisse senectam,

Linguentem terras, & sidera voce sequentem.

Vides, ut ex *canens*, priori correptà, faciat *canens*, eà productà. Idem facit, agens de morte, quæ commutat in cadaver *:

* En. 10.

Fata canens sylvæ genitor calâvat Alasum.

Vt senior leto canentia lumina solvit:

Injecere manum Parca &c.

II. DE ΟΜΟΙΟΚΑΤΑΛΗΚΤΩ, ET EIVS SPECIE-
BUS, QUÆ VVLGO DICVNTVR ΟΜΟΙΟ-
ΠΤΩΤΟΝ, ET ΟΜΟΙΟΤΕ-
ΑΕΤΤΟΝ.

ΟΜΟΙΟΚΑΤΑΛΗΚΤΟΝ est, cum voces similiter desinunt. Thucydides lib. I. *ομοίωτο δὲ ἢ νῦν ἑμὰς καλυμίν, ἢ πάλας βεβαίως* que nunc *οικυμίν* *. Ad quem locum Scholiastes monet, in *οικυμίν*, & *καλυμίν* *ομοιοκατάληκτον*: atque id schema alio nomine vocari *τοξύλον*, five, ut H. Stephanus mavult, *Γόργιον*, seu *Γεργίαιον*. Videtur autem *ομοιοκατάληκτον* fuisse olim *τοξύλον*, quia is crebrè usurpàrit, & juxta aliquos

* Nam is-
que, *canit*,
que nunc
Græcia ve-
catur, hanc
constanter
fuisse olim
habitatam.

aliquos primus inuenerit; quemadmodum & ei tribuunt ἀντίθετα, ἰσοκωλα, & ᾠδεῖον: quorum omnium nouitate tantopere ejus commendabantur orationes, ut dies, quibus habitæ essent, vocarentur † festi dies. ἑορταί †, orationes dicerentur λαμπράδες †, ipsi autem aurea Delphis † lampades. constitueretur statua; ut quidem scribit Cic. III. de Oratore. Nam Græci scriptores, ac Plinius lib. xxxiii. cap. 1 v. volunt, eum sibi propriam statuisse imaginem: quemadmodum, & in altero dissensio est, cum Cicero, eumque secutus Plinius, auream fuisse imaginem restentur: at Pausanias, alijque, inauratam fuisse referant, Victorium hæc de re adi lib. v. Var. Lect. cap. 1 x. Aliquid etiam de eo Majoragijs in epistolicis, quæst. ult. ubi, rejectâ opinione Pausaniæ, Tullianam amplectitur.

Species ὁμοιοκαταληκτικῶν sunt ὁμοιόπλων, & ὁμοιότελων: vulgò vocant *similiter cadens*, ac *similiter desinens*. ΟΜΟΙΟΤΕΛΕΥΤΟΝ volunt constitui vocibus quibusvis simili sono commata, aut cola claudentibus: ΟΜΟΙΟΠΙΤΩΤΟΝ fieri, cum voces declinabiles (sive nomina, sive verba) ejusdem casibus (ad quæ etiam referenda tempora) in sententiæ vel initio, vel medio, vel fine conjunguntur, sive soni sint similis, sive dissimilis. Verùm dissentit Jul. Scaliger, cui ὁμοιόπλων, & ὁμοιότελων, idem sunt schema, quia idem in dictione sit πῶσις, & πωδή. Mihi tamen altera sententiâ haut improbat. Siquidem, & idem casus esse potest dissimili terminatione, & similis terminatio in casibus similibus. Idem sanè casus est, cum dico: *Pollet autoritate, circumfluit opibus, abundat amicis*. At, *pollet, circumfluit, abundat*; item, *autoritate, opibus, amicis*, dissimilem exitum habent. Fuerit igitur ὁμοιόπλων. At similis fuerit exitus in dissimilibus casibus, si dixeris: *Non eguisti calcare, ex quo cœpisti eloquentiam amare*. Hoc igitur sit ὁμοιότελων. Quod si in fine ejusdem sint, sive nominum, sive verborum casus, & hi ipsi casus habeant similem omnino sonum: tum, me iudice, & ὁμοιόπλων fuerit, & ὁμοιότελων. Ita utrumque habes in illo Laberij * apud Agellium †:

Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.

Item in his Ennij † anapestis:

Hæc omnia vidi inflammari,

Priamo vi vitam evitari,

Iovis aram sanguine turpari.

Idem in hoc incerti poetæ, quod ex primo ἀνδραγωγίας desumsumus:

Εἴ μ' ἔω μαθεῖν, ἢ δὴ παθεῖν,

* in mimo primo, qui Salinator inscribitur.
† 43. c. 12.
† in Hecuba, apud Cic. 1. & 3. Tuscul.
quæst. & ex parte Nonium in Turpari.

Καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν ἢ τὸ μαθεῖν.

Ἐὶ δὲ παθεῖν, αὐτὸ ἢ τὸ μαθεῖν,

Τί δεῖ μαθεῖν; καὶ δὲ παθεῖν †.

Si licet scire; quæ oportet subire.

Et non subire; pulchrum sit scire.

Sin oportet subire, quæ licet scire;

Quid juvat scire? nam oportet subire.

Item in illis Hadriani Cæsaris versibus, quos moriens fecisse dicitur, teste Ælio Spartiano:

Animula, vagula, blandula,

Hosper, comesque corporis,

Qua nunc abibis in loca,

Pallidula, rigida, nudula,

Nec, ut soles, dabis jocos.

Verùm etſi in hujuscemodi utrumque concurrat ſchema; vulgò tamen ea tantùm ὁμοιοτάγματα, non item ὁμοιώματα appellant. Ego, id quando fit, ὁμοιοκατάληκτα vocare malim, quo utrumque ſchema comprehenditur. Ὅμοιοτάγματος mirum in modum hodie omnes gaudent nationes in faciendis poematis. Neque enim accentus ſpectant, ut, multorum iudicio, faciunt Hebræi (quorum tamen metricam rationem perpauca ſatis perſpectam eſſe arbitror) aut quantitatem, ut Græci ac Latini; quàm unum hoc imprimis agunt, ut verſus ſimiliter deſinant. Vidimus quidem aliqua Germanicâ, Belgicâ, Celticâ, conſcripta linguâ, Græcum Latinumque in morem; quin ipſi aliquid aliquando iſtò in genere tentavimus; verùm paucos omnino hic ſcribendi modus imitatores nanciſcitur. Et ſanè Iudæi quoque ipſi jam ab annis plus minùs quingentis, puta ex quo R. David Kimchi floruit, & antè, Chriſtianorum imitatione verſus ſcriplere noſtris ſimiles, hoc eſt, in quibus ſpectetur ſimilis clauſularum ſonus.

Curandum autem, ne immodicè conſectemur ὁμοιοκατάληκτα, aliâque id genus ſcitantia, ac μιμητικὰ ἁματιſμὸς †: quos in ipſo Platone, ac Thucydide, reprehendere non dubitavit Dionyſius Halicarnaſſ. Iurène, an injuriâ, non diſputo. Illud quidem extra controverſiam eſt, non leviter hoc morbo laborâſſe Gorgiam: quamquam magni nominis rhetorem; ut cùm ea indicium faciunt, quæ ſuprà retulimus; tum quod ab hoc τὸ φηγεῖν * dixerint γερμαζεῖν, teſte Philoſtrato †. Certè quia Gorgias iſs nimis ſartim utebatur, inde eſt, quòd eorum uſum temperarit Iſocrates; ſi quidem Tullium audimus, vel Halicarnaſſenſem: aliud enim in cauſâ fuiſſe

† Transſationi horum triplicè carmine expreſſam, nam G. Lilly, ac geminâ Th. Mori, vide, ſi voles, in collatione epigramatum ſelectorum Græco-Latinâ, quam Bebelius excudit.

† interim de eâ ſi ita viſum, adi Poeticam Hebræam V. Cl. Theodori Eberii, qui multum ſuis huius doctrinæ aſſeret.

† puerili ſchemata.

* οὐνοῖαται
artem exercere.
† in c. p. 1.

lib. 4. c. 4.

alibi ꝑ ostendimus. Verùm, siue id consilio, siue desperatione factum ab Isocrate; melior erat Isocratea dictio, quàm vel Gorgiæ, vel Thrasymachi; quorum oratio iure ob nimium eorum usum culpari solet. In iuuenili quidem ætate haut tantopere immodicum hunc splendorem damnauerim; non quia vitium non sit, sed quodd luxuriantem dictionem iudicium, atque ætas maturior, ut plurimum refecent. At itata inclinataque ætas magis temperare debet, tum quia nihil grauius satietate (κόρον ἔχει γὰρ καὶ μέλι, καὶ τὰ περὶ ἄρδης ἀφροδίτα, ut ait Pindarus) tum quia puerilē redolet affectationem oratio, quæ passim inuritur calamistris, talibusque lenocinijs non tam honesta matronæ, quàm prostibuli fuco cerusisæque obliuimilis fit. Atque id quoque his Lucillij ꝑ versibus ostendit Agellius lib. xvii. cap. viii:

* satietatē habet & mel, & dulces flores Venere.

† Nem. od. 7.
* lib. 5. sat. tal. tamē est haut. Quod numerus conuenientium videtur. = artificiosum.

† negale ꝑ iuuenile.

† etiam Colonienſi an. 1524. quam Godefridus Hittorpius, & in Græcia Arnoldus Vesaliensis conuexi, ac uterque etiā in non paucis locis reperit.

*Quo me habeam pacto, tametsi non ꝑ queris; docebo
Quando in eo numero manſi, quo in maxima nunc est
Pars hominum, ut peruisse velis, quem nolueris cum
Visere debueris. Hoc nolueris, & deberis, te
Si minus delectat, quia πικρὸς * Isocratiū est,
Ἀφροδίτης γὰρ ꝑ similitu, tum συμμεγερῶδες ꝑ,
Non operam perdo.*

Ita eum locum restituit vir illustris Aufonianarum Lectionum lib. ii. cap. iv. Quod si placet, necesse sit fateri, Lucillium fecisse verbum septem pedum, qualis fuerit quartus. In plerisque editionibus ꝑ abest, *Visere*: sed cum sententiæ dispendio. Ita tamen & Nannius lib. iv. Miscell. cap. xxvi. Alij pro *Nolueris* legunt, *Nol*, voce decurtatâ: quomodo apud Ennium fuit *gau* pro *gandum*, *cæl* pro *cælum*, *do* pro *domus*, idque Græcorum exemplo, qui itidem δὲ dicunt pro δῶμα. Sed huic sententiæ repugnat, quodd Lucilius hic reprehendat ὁμοσιόλωτα: cuiusmodi sunt *nolueris*, & *debueris*. At si *nol* reponas, jam ὁμοσιόλωτα perierit. Sed totâ hac de re pluribus dicimus in grammaticis exercitationibus. Versu etiam penultimo in vet. edit. corrupte admodum legas:

ὁ κληρῶδες quæ simul totum, καὶ σὺ μεμεγερῶδες.

Vt fortasse scripserit Lucillius:

Ἀφροδίτης γὰρ simul, tum καὶ συμμεγερῶδες.

Nempe ex *tum* fecere *totum*, eod quod sic, sed cum apice, scribere hoc soleant, qui literarum compendio student. Sed utcumque legendam sit, satis liquet, à Lucilio rideri, qui ὁμοσιόλωτα nimis ament. Nero quoque imperator, cum immodicè illa sectaretur, hoc nomine

mine

mine meritò reprehenditur à Persio sat. 1. II: verò exemplis, quæ apud Persium legere est, adde hoc ejusdem è Senecæ lib. primo naturalium quæst.

Colla Cytheriaca splendent agitata columba.

Est quidem apud optimos quosque poetas invenire versus, in quibus pentemimeris, & ultima versus, similiter desinant: verum apud eos, & rara hæc sunt, & sponte oblata: at Nero, ut videtur, affectabat: cujus cæteroquin versus Persianis non sunt deteriores; quin potius meliores.

III. DE PARECHESI.

ΠΑΡΗΧΗΣΙΣ est, cum una plurèsvè syllabæ ejus vocis, quæ antecessit, vel continuè, vel exiguo post intervallo, repetuntur in aliâ voce. Idque interdum fit manente quantitate, interdum variatâ. Plaut. Bacch. *

--- *Perire me malis malim modis.*

Et Pœnulo †: --- *Pot istum malum, quam malum.*

Ennius VI II. Annal. * --- *Sed mage ferro*

Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solidâ vi.

Plura hujusmodi suggerent Fulvius Ursinus in collatione Virgilij cum Græcis scriptoribus, in illud 11. ÆN. *Dorica castra*: & Obertus Giffanius in Lucretiano indice, ubi de *Geminatione verborum*: & nos superiori libro cap. 11. mem. 14. Patres plerique multum talibus gaudent. Ita B. Augustini est priori contra Julianum † libro, ex ijs qui ante annos paucos Claudij Menardi beneficio lucem primum videre: *Magna tibi poena est disputator hic Pœnus, & longè antequam nasceremin., magna poena heresis vestra Pœnus preparatus est Cyprianus.* Vocarat Julianus Augustinum tractatorem Pœnum, cui verbis illis respondet. Epigrammatis etiam convenit. Scitum sanè illud Parmenionis Macedonis lib. 1. Α' ὑπολογίας †:

οἱ κίβεις ἀρεῖ κέρη κορβισυτὸ μὴ αἰλλ' ἐκορβίδιου

Α' ἄρε κέρη κέρη τὸς κίβεις ἐκορβίσις.

Latina lingua venustatem hanc non assequitur. Sententia verò est talis: *Cimices usque ad satietatem satiati sunt me: sed satiatus sum. Usque ad satietatem & ipse cimices occidens, & (ut verbum verbo ver- tam) excimicans.*

Sed hujusmodi παρηχῆσις, & ὁμοιοπαλίμια densiora, ac his similia, nō cōveniunt oratori, vel historico: unde Photius, accuratus scripto-

* Act. 3. 16.

3.

† Act. 5. 16.

Fuit hodie.

* apud Gell.

lib. 20. cap.

10.

† pag. 9.

† Tit. 16.

αἰωνοῦ ὁδοῦ.

117.

rum cenfor, in Philostorgio damnat, quodd *σελέσθηται ἐν τῷ ὁμιλίῳ*
ἀλόγῳ καὶ ἐκ κόπῳ variè ei ornatur oratio, etiam ad satietatem.

IV. DE INTERROGATIONE.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ, quæ & *ερώσις*, & *ερώσιμα*, tantùm figura est, cùm,
 ubi rectâ oratione uti solemus, sermonem ad aliquid inquiren-
 dum inflectimus. Non igitur naturâ schema est, sed usu. E. G. fi-
 * Catil. 1. guratus est ille rogandi modus apud Tullium: *Quosque tandem ab-*
nutere, Catilina, patientiâ nostrâ? Et, *Patere tua consilia non sentis?* Po-
 terat enim rectâ dixisse oratione: *Diu abuteris patientiâ nostrâ*. Er,
Patent tua consilia. Figuratus item ille apud Maronem **II. ÆN.**

--- *Qua tanta insania cives?*

Creditis auctos hostes? aut ulla putatis

Dona careve dolis Danaum? sic notus Ulysses?

Neque enim discendi gratiâ instituitur; sed ut vires, atque acu-
 leos addat orationi.

At ille naturalis est modus:

* Æn. 8. *Qui * genus? unde domo? pacemne adfertis, an arma?*

† Æn. 1. Item †:
Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?

* Ecl. 3. Par ratio istius in Eclogis *:
Dic mihi, Damoceta, cuium pecus? an Melibœi?

† Ecl. 9. Item hujus †:
Quid te Mari pedes? an quod via ducit in urbem?

Atque vel hinc Francisci Robortelij error dilucet, qui libro de
 * figura-
 sum.
 † figure ex-
 pertem.
 ‡ commisa-
 inter &
 lant.
 artificio dicendi negat, sermonem rectè dividi in *χηματισμένον* *, &
ἀχηματιστόν †, quia omnis sermo fit figuratus; cùm, quicquid dicimus,
 necesse sit habere aliquam figuram, & *χῆσον*. Erroris autem caussa
 est, quodd non animadverterit, vocem *figura* nunc accipi *κοινῶς* ‡, quo-
 modo omnis sermo figuratus est, cùm omnis oratio sit quædam
 conceptuum nostrorum delineatio: nunc verò presè sumi, ut intel-
 ligatur de solâ loquendi formâ, quæ ab communi usu recedit. Priori
 modo etiam naturalis interrogatio figurata est: posteriori verò ea
 solùm, quæ, ubi recto sermone uti licet, sermonem inflectit, quò
 acrior ac vehementior fiat sermo. Ejusmodi est ista Medææ apud
 Tragicum:

Servare potui: perdere an possim rogas?

Quantò enim hoc majorem emphasin habet, quàm si dixisset, Si
 iervare

servare potui, potero & perdere. Atque hinc liquet, interrogatio-
nem vim habere maximam ad probandum. Judicant enim audito-
res, non fuisse eâ usurum oratorem, nisi probè nôisset, nihil ab ad-
versario posse responderi. Quem interrogationis usum etiam in
Apostolo commendat Isidorus Pelusiota lib. III. epist. CLXXXIV.
Valet quoque interrogatio ad afferendam orationi varietatem,
dum id, quod prius rectâ oratione dictum erat, postea dicitur in-
flexâ. Sed & interrogatio est quasi aculeus, quo languentem exci-
tamus auditorem. Nec tamen immodicè hâc utendum. Sanè ri-
diculè sese dant, qui magnos sensus interrogatiunculis non adju-
vant, sed frangunt. Hoc morbo imprimis Stoici laborarunt; ut co-
gnoscamus è Tullij Paradoxis *. Ne idem in vitium incidamus, ra-
rius interrogatio utemur in sermone familiari, sæpius in actioni-
bus, idque tum in rebus confessis ac manifestis, tum in confirmatis,
quia id, quod demonstratum est, pro confesso habetur. Ac vel audito-
res rogabimus, ut eos reprehendamus; vel adversarios, ut eorum
argumenta infringamus; vel nos ipsos, ut excitetur auditor, & re-
moveatur suspicio adversarij. Vide Hermogenem lib. *ἐν τῷ μεθόδῳ δι-
επιπέδῳ*, & Fabiū lib. IX. cap. II. Vbi inter alia scribit, *Ἰσοκράτους* etiam
habere vim maximam, si adversarium invadat, & instandi gratiâ
interroget. Qualis illa Ciceronis pro Ligario: *Quid enim, Tubero,
tuus ille districtus in acie Pharsalicâ gladius agebat? cuius latus ille mi-
cro petebat? quis erat sensus armorum tuorum?* &c. Hujusmodi inter-
rogationes, Longino † etiam iudice, *ἀγνοῦν τὰ μαθημένα* †: ut non debeat † lib. *ἑβδῶν*
videri mirum, quòd, Cicerone illa, quæ jam adduximus, detonante,
usque adèd perturbatus fuerit Cæsar, ut corpore contremuerit to-
tus, imò libelli etiam, quos tenebat, è manibus exciderint: quemad-
modum locuples nobis testis est Plutarchus in Ciceronis vita.

Interrogationi interdum subjicitur responsio, quæ iccirco s v b-
I E C T I O vocatur. Sed cum ea ordine verborum, atque adèd ver-
bis maneat commutatis; dubium non est, quin schema sit *Ἰσοκράτους*.
Imò de interrogatione etiam dubitari possit, an non ad schemata
potius *Ἰσοκράτους*, quàm *Ἀλέξανδρου*, pertineat. Quod non temere à me dici,
inferiùs * parebit, cum agemus de schematibus orationem figuran-
tibus ratione personæ. * cap. 7.

V. DE QVINQVE SCHEMATICIS, QUIBUS ORATIO SECUNDVM SITVM FIGVRATUR.

DE NIQVE secundum situm figurantur *ἡσυχία, ἐπιβολή, ἀντιθέσις, συνάφαισις, & ζεύγμα.*

† lib. 8. c. 6.

ΠΡΕΒΑΤΟΝ est verbi transgressio, ut Fabius † interpretatur. hoc est, cum, post verborum tractum, verbum ad calcem usque transfertur. Ut apud Horat. lib. 1. od. xxxv. *O diva, gratum que regis Antium &c.* Post multa tandem sequitur, *Serves iturum &c.* Et apud Maronem xii. Æneid. ubi cum sententiam ita inchoasset, *Interea Reges:* hemistichium, & totos septem versus interferit, priusquam subjungat illa, *Procedunt castris.*

† cap. de
NARRAS.

ΠΑΡΕΜΒΟΑΗ, sive ἐπιβολή in orationis medio causam rei, vel circumstantiam aliquam, interponit. Theo † appellat *μεταξύλαν*, uti quoque Hermogenis interpres: qui & autor est, ab alijs vocatam *συνεφερολή, & παρὰ πλονώ.* Cic. pro Marcello: *Dinturni silentij, patres conscripti, quo erant his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundiâ, sinem hodiernus dies attulit.* Venuisti hoc, quàm si illa verba sententiam inchoarent: *Finem hodiernus dies attulit dinturni silentij.* Poterat quoque Maro scribere i. Æneid.

Hunc latum Tyrisque diem, Troiâque profectis,

Iupiter, esse velis: nam te dare jura loquuntur *Hospitibus.*

At quanto istud præstat!

Iupiter (hospitibus nam te dare jura loquuntur)

Hunc latum, Tyrisque diem, Troiâque profectis

Esse velis.

† i. Æn.

Poterat item Maro †:

Aeneas rapidum ad naves præmittit Achatem.

Namque haut passus amor patrius consistere mentem.

At meritò prætulit isthoc:

Aeneas (neque enim patrius consistere mentem

Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem.

Isidorus lib. 1. Orig. *παράδοσις.* hic statuit. Nos pressius eâ voce utimur, ut propriè **ΠΑΡΕΝΘΕΣΙΣ** dicatur, cum inseritur orationi aliquid totâ materiâ alienum. Ut in illo †:

† Georg. 3.

--- *Ipsique suos jam morte sub agrâ*

(Di meliora piis, erroremque hostibus illum).

Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Et;

Et; *Namque* * (fatebor enim) dum me Galatea tenebat &c.

Παραβολὴ seu μεταξυλογία, item παρῳδία, si longior sit, orationem reddunt obscuram: ut Theo monet, ubi docet, quæ narrationis perspicuitati adversentur.

* Ed. 1.

ΣΤΝΑΝΘΗΣΙΣ, sive occasio, & ΖΕΥΓΜΑ, sive jugatio, conveniunt materiâ: quia ambæ partes orationis certo quodam ordine disponunt, ita ut aliquibus aliquæ reddantur. Differunt autem formâ, quia in στανθησις a posteriore incipit redditio, & in primo definit: in zeugmate autem recursum fit eo ordine, quo cœptum est.

Συώνιστος est *:

* Ed. 7.

Compuerantque greges Corydon, & Thyrsis in unum.

Thyrsis oves, Corydon discentas lacte capellas.

Ζεύγμα est †:

† Ed. 2.

-- divellimur inde

Iphitus, & Pelias mecum: quorum Iphitus avo

Iam gravior, Pelias; vulnere tardus Vlyfsei.

Et hoc Ovidij *:

Ille meos casus ingravat, illa levat.

Ingravat hæc, quod abest: levat hæc, quod præstat amorem.

* l. 3. Trif. cl. 4.

Hactenus de schematis λέξεως.

CAP. VI.

DE SCHEMATIBVS ΔΙΑΝΟΙΑΣ, QUÆ
PLUS, AVT MINVS DICVNT.

SCHEMATVM διανοίας: quædam plus dicunt, quàm in re est, quædam minus, quædam æquè. **PLUS** dicunt auxesis, digressio, & transitio. *Auxesis est, cum aliquid supra rei veritatem extollimus, ita tamen ut fidei limites non excedamus.*

Digressio est aliene rei, sed ad causa utilitatem pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio.

Transitio est, cum aliquid dicimus præter rem propositam, ut ab eo, quod dictum est, commode accedamus ad id, quod proximum est.

MINVS dicunt tapinosis, aposopesis, & prateritio.

Tapinosis est, cum rem graviozem leviore nomine compellamus.

Aposopesis est, cum sententia inchoata pars aliqua præciditur, sic tamen ut intelligatur.

Prateritio est, cum in transcurso id dicimus, quod velle nos dicere negamus.

Periphrasis.

Periphrasis (quã multis verbis rem unam ambimus) nunc magis, nunc minus dicit, quã in re est: ideoque referri potest ad schemata a tum primi, tum secundi ordinis.

I. D E A U X E S I.

SCHEMATA *διανοίας* sunt, quæ non in verbis, sed in rebus ipsis, quandam habent dignitatem. Ea differre diximus à schematibus *λέξεως*, quòd hæc tollantur verbis immutatis: at schemata *διανοίας* permaneant variato vocum ordine, ac quibuscunque utamur verbis. In illis palmam cæteris præripuit Isocrates: in his omnes exsuperat Demosthenes.

Schemata *διανοίας* variè à varijs dividi solent. Quid in eo dissensu imprimis placeat nobis, ostendimus in Partitionibus * Oratorijs. Sed quia non omnibus eadem arrident: neque nos eadem nunc obrabimus chordâ, sed, illam potiùs divisionem, paucis exceptis, retinebimus, quam amplexi sumus ante annos tres & viginti, cum primùm Institutiones has publici juris faceremus: idque eò facimus lubentiùs, quia in distributione eâ potissimùm secuti sumus summum virum, Cæsarem Scaligerum, in libris de re Poëtica.

Sic igitur statuimus, schematum *διανοίας* quædam plus dicere, quàm in re est; quædam minùs; quædam æquè.

Plus quæ dicant, tres afferuntur à Scaligero; *Ἀυξήσις*, *Παρέκβασις*, & *Μετέβασις*.

Α Τ Ξ Η Σ Ι Σ nonnullis vocatur, cùm gradibus aliquot pervenimus ad summum. Quã ratione idem est, ac Incrementum: de quo cap. VII. dicemus. Hoc verò loco *ἄυξήσις* dicitur, cùm rem supra veritatem extollimus, ita tamen, ut fidei limites non excedat; quo eam ab *ὑπερβολῆ* suo loco * distinximus.

Quod si aliud inter ea discrimen non sit: quo jure de hyperbole agitur in Tropologiã, eodem fortasse de auxesi tractabitur in eadem. Neque enim *ἄυξήσις* minùs tropis accidit, quàm *ὑπερβολή*. Nam *μεταφορὰ* sit *ἄυξήσις*, si quis dicatur alium ad scelus inflammâsse, qui tantùm leviter sit adhortatus. Par aliorum troporum ratio est. Certè, si quempiam vitæ integræ (nec gentilem excludo) sanctissimum appelles, *μεταγνῦστα* fuerit *ἄυξήσις*. Neque est, quod in exemplo hocce aqua hæreat sermonis Latini ignaris. Nam cùm *sanctire* propriè sit aliquid facere inviolabile, (unde leges ac foedera *sanctiri* dicuntur, quia violari ea nefas est) nemo non videt, *sancti* nomen primò ac propriè

* lib. 4. cap.
14. & 8.
seqq.

* lib. 4.
cap. 12.

proprie sonare inviolabilem; indeque tribunos plebis, vel Clodio ipso nequiores, proprijssimè *sanctos* † dici, ac tribunatum, magistratum *sanctissimum* *. At *κατὰ ληψιν*, quam *μετρονομίας* speciem supra fecimus, *sanctus* poni cœpit pro homine integræ vitæ; quia, qui hujusmodi sit, violari à nemine debeat. Et sanè Muretus †, atque alij, qui Senecam sanctum vocant, (quo nomine à Latinè nescientibus obstrigillantur) haut aliò respexere, quàm ad probitatem integritatemque in scriptis relucens; sive eam moribus ac vitâ expresserit, quæ plurimum ac meliorum opinio est; sive fecus, quod vult Dio Cassius †, scriptor de optimo quoque haut optimè sentiens ac scribens.

Sed *ἀνεπίστως* quoque *συνειδοχῆς*, sive *συνειδοχῆς ἀνεπίστως* exemplum adferamus. Ac sanè quia de *sancti* voce diximus, opportunè se offert contrarium ejus *facerrimus* pro improbo: quomodo dixit Turpilius †:

Etiā nne irrides pessime, ac facerrime?

Nam (ut huic quoque exemplo facem adluceamus) cùm *sacrum* proprie sit, quicquid Deo est dicatum consecratumque: proprie non improbi omnes *sacri* fuerint; sed ij solum, quos Græci *καθάρματα* vocant: nempe quorum caput ob patratum scelus ex legum præscripto Iovi, aut Dis manibus, consecratum devotumque esset, adeo ut *ἀνεπίστως*, ac impune, à quovis tolli possent. At liquidò errat Servius †, qui quòd *sacrum* ponatur pro execrando, ortum putat à consuetudine Massiliensium. Nempe quia, ut Petronius refert, cùm pestilentia civitas laboraret, aliquem tenuioris fortunæ, quem anni spatio publicis, & purioribus cibis, aluerant, verbenis sacrisque vestibus ornatum cum execrationibus per urbem circumducerent, tandemque præcipientem darent; quasi hâc ratione à se mala omnia in istius hominis caput averruncarent.

Convenit *ἀνεπίστως* accusanti ad exaggerandum. Exaggeras enim rem, si pro ingrato dicas *impium*: item *inflammare* pro hortari. Ita, qui Cœlium accusabant, *adulteria* vocabant amores ejus cum Clodia meretrice: *alienam* etiam *puccitiam expugnare* eum aiebant. At defensoris est tales *ἀνεπίστως* reprehendere, omniaque ad vivum refecare: ut M. Tullius in L. Herennio facit, cùm ita pro Cœlio causam dicit: *Siqua non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati, palamque sese in meretriciâ vitâ collocarit, virorum alienissimorum convivis uti instituerit; si hoc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illâ celebritate faciet; si denique ita se geret, non inaccessu solum, sed ornatu, atque*

† apud Xiphilinum in Nerone.

† in Demetrio, teste Nonio in Sacrum.

† in 3. An.

‡ 3. deleg. * Græc. pro Sextio.

† l. 13. Var. Lect. c. 12.

comitatu; non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, navigatione, convivijs, ut non solum meretric. sed etiam procax videatur: cum hac si quis adolescens forte fuerit, utrum hic tibi, L. Heeyenni, adulter, an amator; expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur?

II. DE DIGRESSIONE.

ΣΕ QUITVR EKBAΣIΣ, five *αγρίλασις*, seu *διέξοδος*, vel *ἐκβασις*, ut Thucydides vocat. Cicero nominat *digressionem ab oratione propositā*, vel *digressionem à proposito*. Vulgò autem *digressionem* simpliciter appellant. Fabius * vocat *egressionem*: qui & ait, suā aetate *excessum* uttatiùs dici cœpisse. De hac idem Fabius † dubitat, an inter schemata referri debeat, cum alijs sit pars causæ. Verùm injuriā eam statui orationis partem, argumento illud erit, quòd certum non habeat locum; ac plurimùm non tam ad rem expli. andam, aut probandum fiat, quàm ad eam amplificandam ornandamque. Quare nihil causæ est, cur è schematum numero excludatur.

* l. 3. c. 11.
l. 4. c. 3.
l. 11. cap. 3.
† lib. 9. c. 2.

Fit autem digressio, cum additur aliquid præter propositum, ita ut excedamus ab instituto: sive, ut definit Fabius lib. IV. cap. 111, est *aliena rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio*. Atque eadem mente Ulpiano Rhetori esse dicitur *ἀλλοτρίωσις*, & *συναγρισις* & *ἐξέλιξις*. Ut apud Ciceronem pro Roscio Amerino digressio illa est de L. Sylla. Expouerat, quæ consecuta erant Roscij eadem, postremoque illud dixerat: *Hac bona sexagies emuntur duobus millibus numm.* Subjungit deinde: *Hac omnia, Indices, imprudente L. Syllā facta esse, certo scio. neque enim mirum, cum eodem tempore, & ea que præterita sunt, & ea que videntur instare, prepararet; cum & pacis constituenda rationem, & belli gerendi potestatem solus habeat; cum omnes in unum spectent, unus omnia gubernet; cum tot tantisque negotijs dissentus sit, ut respirare liberè non possit; si aliquid non animadvertiat. cum præsertim tam multi occupationem ejus observent, tempusque aucupentur; ut simul atque ille despexerit, aliquid hujuscemodi moliantur. Huc accedit, quòd, quamvis ille felix sit, sicut est; tamen in tanta felicitate nemo potest esse in magna familia, qui neminem, neque servum, neque libertum improbum habeat.* Interea iste T. Roscius, &c. Idem pro Cœlio digreditur in mortem Metelli, & ejus moribundi orationem. Paullò altiùs ordiatur, ut appareat, quā occasione eò excurrat: *Ipsum autem veniri, que ratio fingitur? ubi questum est? quemadmodum peratam?*

quo pacto? cui, quo in loco traditum? Habuisse aiunt domi, vimque ejus esse expertum in seruo quodam, ad rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum. Pro dij immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis, aut convivitis, aut presentis fraudis penas in diem reservatis? Vidi enim, vidi, & illum hauri dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur è sinu, gremioque patrie, cumque ille vir, qui se natum huic imperio putavit, tertio die post quam in curia, in Rostris, in Rep. floruisse, integerrimâ etate, optimo habitu, maximis viribus, eriperetur indignissimè bonis omnibus, atque universa civitati: quo quidem tempore ille moriens, cum jam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam reip. reservabat: cum me intuens flentem, significabat interruptis, atque morientibus vocibus, quanta impendèret procella urbi, quanta tempestus civitati: & cum parietem saepe feriens, eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebrò Catulum, saepe me, sapissime temp. nominabat: ut non tam se emori, quam spoliari suo presidio cum patriam, tum etiam me doleret. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset: quonam modo ille furenti fratri suo patrueli consulari restitisset, qui consulè incipientem furere, atque conantem, sua se manu interfecturum, audiente senatu dixerit. Ex hac igitur domo progressa ista mulier &c. Etiam pro L. Cornelio, *περικρασιον* habes de laudibus Pompeij, in quas divinus ille orator, veluti nomine ipso ducis cursus dicendi teneretur, abrupto, quem inchoaverat, sermone diver-
tit; ut Fabius † inquit.

† lib. 4. c. 9.

In digressionibus peccatur bifariam. Nam alij planè eas fugiunt, alij nimis producant. De utroque vitio ita Theon in progymnasimatis †: Οὐ γὰρ ἀπλῶς χρὴ (περικρασιον) παύσασθαι ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, καθάπερ ὁ Φίλιππος. † cap. 4. ἀναπαύσει γὰρ πλεὺς δένονται ἢ ἀκροατῶν· ἀλλὰ πλεὺς πηλικαῖστί τὸ μῖνον, ἵπτε quod est de παρακρίσει. ἀπαλοποιῶ τὴν διάνοιαν ἢ ἀκροατῶν, ὥστε δεῖσθαι πάσης ἐπισημῆσεως ἢ ἐπισημῶν, ὡς Θεοπόμπου ἐν τῇ Φιλίπποις. Neque enim oportet simpliciter fugere digressiones, quod Philistus fecit; quia in hac animus audientium acquiescit: verum illas, quae adeo sunt proluxae, ut abducant auditorum animos, ut necesse sit ea, quae ante dicta sunt, in memoriam revocari: cuiusmodi digressionibus utitur Theopompus in Philippicis. Quales verò fuerint istae Theopompi digressiones, idem inibi subdit, cum ait, in nonnullis earum haut Philippi, atque adeo nec Macedonis cuiusquam, fieri mentionem.

Fugiendae igitur digressiones nihil ad rem pertinentes: ut si in levibus causis tantummodo ad ornandum antiquae adferantur historiae, quae ἰδίῃ ᾠδῇ ἐπιπῶν. †. Hunc morem taxat meritò Lucianus rem.

Ἐπιτόριον διδασκάλῳ. Καὶ ἐπεὶ ἕβεν ἄνθρωποι, ἢ μοιχῶ λίγυι Ἀθῶνῃς, τὰ ἐν Ἰνδοῖς, καὶ τὰ ἐν Ἐκβατάνοις. λεγέτω. ἐπὶ πᾶσι δε, ὁ Μαραθῶν, καὶ ὁ Κυναγίριος, ὡν ἕκαστος τι ἀδικήσῃτο. Καὶ αὐτὸ ὁ ἄδως πλείδω, καὶ ὁ Ἑλλήσποντος. πηξέτω, καὶ ὁ ἡλιος. ἐπὶ τῷ Περσικῶν βελῶν σκαπείδω, &c. Quod si de contumelioso quodam, aut mæcho, sis Athenis dicturus; ea, quæ in India, vel Ecbatanis fiant, refer. In omnibus verò sit Marathon, & Cynagirus, sine quibus nihil fiat. Semper etiam Athos navigetur, & Hellespontus pedibus transeat, & Sol Persarum sagittis innumbretur, &c. Est & elegans in hanc mentem Lucilij * epigramma, cujus initium; Χαρίδω τ, καὶ Βῆρ Σπο-

* lib. 2.

A' ἠθολογίας, Tit.

αἰετῶνας.

† faculam

ac bovem

perdidit.

† lib. 6. ep.

39.

λάλεκα: simileque, ac fortasse ex eo expressum est Martialis istud †:

Non de vi, neque cede, nec veneno;

Sed lis est mihi de tribus capellis.

Vicini queror has abesse furto:

Hoc iudex sibi postulat probari.

Tu Cannas, Mitbridaticumque bellum,

Et perjuria Punici furoris,

Et Sullas, Marcosque, Muciosque,

Magnâ voce sonas, manuque totâ.

Iam dic, Posthume, de tribus capellis.

Brevior autem esse debet digressio in initio, aut fine, quàm in medio orationis. Imò in medio etiam videndum, ne nimis ea sit proluxa. Quod si longiuscula erit, utile fuerit aliquid præmittere. Vt Cicero facit libro iv. in Verrem: ubi priusquam digrediat, ad illa de raptu Proserpinæ, & Cereris Ennensis cultu, hunc in modum sibi præstruit viam: *Nimum mihi diu videor in uno genere versari criminum: sentio, iudices, occurrendum esse satietati aurium, animorumque vestrorum. Quam ob rem multa pratermittam. ad ea autem, quæ dicturus sum, reficite vos, quæso, iudices.* Idem brevius facit libro secundo in Verrem. Vbi narrat, quomodo Verres à Sthenio poposcerit, ut se adjuvaret ad tollenda ex oppido Thermitanorum antiquissima signa in publico posita, quæ Himerensium quondam fuerant; Thermitanis verò donata erant à Scipione Africano. Eâ occasione dilabitur ad hujusce beneficentiæ narrationem. Sed initio statim *καὶ μολὼ* inferit, quæ causam digressionis contineat: *Etenim, inquit, ut simul P. Africanus quoque humanitatem, & aequitatem cognoscatis, oppidum Himeram Karthaginenses quondam ceperant: quod fuerat imprimis Sicilia clarum, & ornatum.* Atque hinc cætera in digressione illâ persequitur.

Breviores sunt oratoribus digressiones, quàm poetis. Longa certe

certè est illa Catulli, quâ carmine de nuptijs Pelei & Thetidis digreditur in fabulam de Theseo, & Ariadne. Quâ de re visum est adscribere iudicium eruditissimi viri, Sebastiani Corradi: *Catullus vero, quamvis doctus quasi cognomento dicatur, in eâ re tamen reprehendi solet, quòd ad Thesei & Ariadnes fabulam digrediatur ita, ut propositi oblitus esse videatur. Et mehercule in eâ digressionem ita multus est, ut vix defendi possit: nisi dicat aliquis, illum poetâs lyricos esse imitatum: qui quum neque gravia, neque magna, sed amores, cœnas, & alia id genus proficantur, longius evagari possunt: ut Pindarus non sæpe modo, sed semper ferè facit, & præsertim in Pythijs, ubi quum Arcesilaum pro Demophilo rogare constituisset, à re tamen ad nautas longissimè discedit. Rectè profectò Corradus. Nam oratorum quidem est celeritè regredi ad propositum, quia imprimis ijs propositum est docere: eoque digrediendi pau-
sam faciunt, ubi existimant auditorem satis esse delectatione perfusum. Longè verò secus comparatum est cum poetis, cum hi non rarò vix aliud, quàm delectationem, spectent. Quin sæpe ne quidem hos uti epanodo, (ita rhetores appellant regressionem ad propositum) indicio est Maro, qui i. Georg. occasione arreptâ ex Solis iudicijs, digressionem facit de morte Cæsaris, eaque librum claudit. Id ipsum quoque comprobat Horatius lib. III. od. III. ad Mercurium; ubi, arreptâ occasione è fabulâ de filiarum Danaï supplicio, digreditur ad Lyden puellam, atque eam similes ait pœnas manere, si porrò contumax esse pergat. Idem ostendit digressio illa, quæ de Europâ est od. xxv i. ejusdem libri, aliæque tum apud eundem, tum apud alios.*

At semper regrediendum oratori. Cui iccirco videndum est, ne ita digrediatur, ut tandem, longiùs dilapsus, non videat, quomodo ad institutum referre valeat pedem. Imò jam antequam digredi incipiat, cogitare oportet de reditu, ne ferè pœniteat, quod à proposito excefferit.

Reveniendum ad propositum non invenusta est formula Plauti in iro Truculenti: *Sed hoc agamus.* Vti & illa Cornelij Nepotis in Dione: *Sed illuc revertor.* Etiam simplex admodum est *επιπρόσθετος* in illis pro S. Roscio: *Verum, ut cœpi dicere, & Erucius hæc si haberet in causa, quæ commemoravi; posset hæc, quamvis diu dicere: & ego iudices possum.* At illa ambitiosior lib. IV. in Verrem: ubi cum de raptu Proserpinæ, & cultu Cereris Ennensis dixisset: *Non obtundam, inquit, divitijs aures vestras: jam dudum vereor, ne oratio mea, aliena ab iudiciorum ratione, & quotidianâ dicendi consuetudine esse videatur.* Hec

dico, hanc ipsam Cererem, antiquissimam, religiosissimam, principem omnium sacrorum, qua apud omnes gentes nationesque sunt, à C. Verre ex suis templis ac sedibus esse sublatam. Idem pro Cœlio post digressionem de Q. Metello, sic ad propositum redit: Sed revertar ad crimen. Sed enim hac facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio, & vocem meam debilitavit, & mentem dolore impedivit. Sed enim venenura inde fuerit, quemadmodum paratum fuerit, non dicitur. Taciti etiam est lib. 11. Histor. Sed me veterum novorumque morum reputatio longius tulit. Nunc ad rerum ordinem venio.

De digressionem, atque epanodo nihil video, quod magnopere his addi opus sit: nisi fortè illud, tum demum digressionem conducere, si ea, se quasi sponte obtulerit, non vi intulerit. Item valere eam non modò ad oblectandum auditorem; vel ad rem amplificandam, ornandamque; sed etiam, ut animos hominum aliò avertamus in nimiam criminis consideratione. Nam tum interdum minuenda est attentio, quemadmodum alibi diximus.

III. DE TRANSITIONE.

TRANSITIONEM, sive *μετάβασις*, Fabius *interfationem* vocat: qui & eam negat † esse schema. Ea vulgò definitur, figura, quâ breviter monemus, & quid dictum sit, & quid restet. Verùm definitio hæc non omni convenit transitioni, sed perfectæ solùm: quales multæ apud oratores, historicos, & poëtas. Nec alienum erit, si plufcula subjecero exempla. Cicero ad Caninium imp. † Vni epistola respondi: venio ad alteram. Pro lege Manilia: Quoniam de genere belli dixi: nunc de magnitudine pauca dicam. Eâdem: Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, magnitudine periculosum. Restat, ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus proficiendo, dicendum esse videatur. Pro Mil. Sed jam satis multa de causis: extra causam etiam nimis fortasse multa: quid restat, nisi ut orem, obresterque vos, iudices, ut misericordiam tribuatis fortissimo viro. Cornificius lib. 1. ad Herennium: De exordio satis dictum est: deinceps ad narrationem transcamus. Varro lib. 11. de L. L. Hæc de hominibus: hinc quod sequitur de pecore. Et lib. v. De statutis diebus dixi: nunc de annalibus dicam. Et eodem libro: De multitudine quoniam, quod satis esset admonui, de obscuritate pauca dicam. Item lib. v. 11: Causam, quare ab impositis nominibus declinarint, ostendi. Sequitur, in quibus voluerint declinare, aut noluerint.

Virgil.

Virgil. Ecl. VIII:

*Hæc Damon: vos, qua responderit Alpheſibæus,
Dicite, Pierides.*

Idem I. Georg.

*Hæc tænus arborum cultus, & ſidera cæli:
Nunc te, Bacche, canam: nec non ſylveſtria tecum
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliva.*

Tacitus libro de moribus Germanorum: *Hæc in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc ſingularum gentium inſtituta, ritusque quatenus differant, qua nationes è Germania in Gallias commigraverint, expediã.*

Atque hujusmodi eſt tranſitio, quam perfectam vocant: quã, ut vidimus, utrumque exponitur, & quid dictum ſit, & quid dicendum. Imperfecta vocatur, cum tantum alterum horum exprimitur. Cujus generis non paucæ item apud ſcriptores occurrunt. Ac interdum quidem tantum prior pars adfertur. Ut apud Tullium in Topicis: *Quod ad definitiones, hæc tænus: reliqua videamus.* Et libro I. in Verrem: *Quæſturã iſtius demonſtrata, reliqua attendite.* Item apud Salluſtium in Jugurthino bello, ubi poſt Africæ descriptionem ait: *De Africa, & ejus incolis ad neceſſitudinem rei ſatis dictum.* Deinde hiftoriam perſequitur ab illis verbis: *Poſtquam diviſo regno legati Africã ceſſere, & quæ ſequuntur.* Sed sæpius tantum poſterius membrum exponitur. Cicero pro Roſcio: *Age nunc illa videamus, indices, quæ conſecuta ſunt.* Idem in Bruto: *Nunc reliquorum oratorum ætates perſequamur.* Cornificius ad Herennium: *Tempus eſt ad cæteras partes orationis proſciſci: deinceps igitur de diſpoſitione dicemus.* Varro lib. IV: *De his diebus nunc jam, qui hominum cauſã conſtitui, videamus.* Et lib. V: *Nunc primum ponam de cenſorij tabulis.* Et lib. VI: *Deinceps dicam de altero genere vocabulorum.* Maro IV. Georg.

Protinus aërij mellis cæleſtia dona

Exequar. hanc etiam, Mæcenas, adſpice partem.

Atque ex his liquet, non requiri in *uſu ſæpius*, ut & quid dictum, & quã de re agendum ſit, exponatur: ſed tantum, ut aliud dicamus præter rem propoſitam, quod digreſſi ab eo, quod dictum eſt, aliud adjungamus, ad quod accedimus.

IV. DE TAPINOSI.

SE QV VNTVR figuræ, quæ minùs dicunt, quàm pro re sit. Huiusmodi sunt, τὰ μικρῶς, ὀλιγῶς, & μελιόγως: ex quibus duo postrema quodammodo etiam referri possunt ad ea, quæ plus dicunt, ut mox ostendam.

TΑΠΕΙΝΩΣΙΣ, sive μετῶς, quæ Latinis diminutio, imminutio, & extenuatio dicitur, minuit gravitatem rei nominis levitate. Vt si quis pro multis lachrymis lachrymulam dicat. Quod Plancij adversarium fecisse cognoscimus ex illis Ciceronis verbis pro Plancio: *Et mihi lachrymulam Cispiani iudicij obiectas. Sic enim dixisti, Vidi ego lachrymulam tuam. Vide, quàm me verbi tui pœniteat. Non modo lachrymulam, sed multas lachrymas, & fletum cum singultu videre potuisti.* Etiam scelera sua studij nomine velabat Verres. Vnde sic Cicero Verrinâ sexta: *Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat studium; ut amici ejus, morbum, & insaniam; ut Siculi latrocinium. ego, quo nomine appellem, nescio.* Itidem aliquid, quod temere, vel odio factum fuerit, uti ab accusatore scelus, ita à defensore error dicitur. Cicero pro Ligario: *Scelus tu id vocas, Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc caussa caruit. alij erroris appellant, alij timorem. qui durius spem, cupiditatem, odium, pertiniaciam. qui gravissimè, temeritatem. scelus, præter te, adhuc nemo.* Sed hæc τὰ μικρῶς exempla Tullius adfert ex mente alienâ. Ex propriâ verò est illud pro Milone: *Mirabar tamen credi Popæ: ebriosorum confessionem servorum audiri: vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.* Quamvis fortasse hîc rectiùs statuatur ὀλιγῶς μετῶς, cùm verisimile non sit, quemquam pro ictu gladiatoris habere, quod acu punctum videretur.

Habet & locum τὰ μετῶς in inanimis. Quale est, cùm gurges pro mari ponitur. Vt apud poëtas sæpe: inter alios Catullum *, cùm de Nereïdibus nymphis ait:

Nutricum tenuis exstantes è gurgite vasto.

Quo loco, ut obiter id addamus, nutrices dixit pro papillis sive uberibus: quâ fortasse ratione, & mordices pro dentibus dixit Plautus Aululariâ. Hoc cùm non animadverteret Bernardus Realinus locum Crotonæ faniorem sollicitare aggressus est, ac pro nutricum, quod non modò in Aldinâ quoque est, sed & veteri Regieni *, umblicum legit. At hoc quoque alij insubidi magis, qui legunt, jam

* carmine
de nuptijs
Pelei, &
Thetidis.

* An. 1576.

επινοιας tenuis: quod ut in nymphis inverecundum fuisset, ita in *βιβλαο-*
επιπλαοι illis ob ineptiam penè intolerabile est. Etiam in verbis *τα-*
επινοιας invenitur. Ut in hoc Horatij †:

† lib. 3. od.
26.

O qua beatam diva tenes Cyprum, &
 Memphim carentem Sithoniâ nive
 Regina, sublimi flagello
 Tange Chloën semel arrogantem.

Nam tangere dicebant veteres pro percüttere, pungere, lædere:
 ut fufè docuit Muretus †. Sic idem Flaccus alibi †:

Quicumque mundo verminus obstitit,
 Hunc tangat armis.

† in Casulli
illud carm.
18. Tanga
te pius.
† od. 8. lib.
3.

Eadem ratio istius od. VII. lib. II:

Tecum Philippos, & celerem fugam
 Senſi relicta non bene parmula,
 Cum fracta virtus, & minaces,
 Turpe, ſolum tetigere mento.

At immeritò Horatium reprehendit in Hypercritico Jul. Scali-
 ger, quòd non fatis gravi ac ſignificanti tangendi utatur voce. Se-
 cundum etiam verſum peſſimo conſilio ſollicitari à Rob. Titio,
 oſtendimus lib. II. cap. VI. Sed ut hoc in exemplo non viderunt
ταπεινωσις: ita contrà in alijs eam fruſtra collocarunt. Sanè Servius
 putat, Scyllam (quod, ſi hiftoriam potiùs, quàm fabulâ attendamus,
 navis piraticæ erat nomen †) à Marone † *καταπεινωσις* dici *Dulichias* † *Palepha-*
vexaſſe rates. Quam ejus ſententiam ſolidè refutarunt, cum Aſco-
 nius, & Probus; qui *vexandi* vocabulum grave eſſe aiunt: tum im-
 primis Agellius lib. II. cap. VI, & Macrobius lib. VI. Saturn. cap.
 VII. Et vel *επινοιας* Scyllæ, ut jam alijs † monitum, oſtendit, propriè † *Germano*
 locutum Maronem: cum *σκυλας* Græcis ſit *vexare*: unde gloſſæ Phi-
 loxeni: *Vexat, δρχλῆ, σκυλλῆ, χειμαρῆς. Vexabuntur, σκυλλῆσιν. Vexare,*
σκυλας. Vexatio, σκυλλῆς, Vexatus, καταπεινωθείς, σκυλλῆς, Vexo, κατα-
πεινω, σκυλλῆς. Ac ſimilia legas in gloſſis Græco-Latinis, quæ Cyrilli
 dicuntur. † *Valenti in*
 Marcum
locum, Ri-
galtio in
Phedraſab.
75. &c.

Et hæc de *μειωσι*. Quæ nec ipſa fuerit ſchema *διδωσις*, ſi *ἀνεπι-*
κοπις numero eximatur. Certè cum Lucretius pro mari dixit *la-*
cupas falſas †, quam *μειωσι* vulgò eſſe ſtatuunt; nemo, puto, *μειωσι* † lib. 3.
 eſſe inſicias iſerit. At *συνεδοχη* generis, & *μικρομια* adjuncti eſt,
 cum Latini *επινοιας* perduelles vocant *hoſtes*, quo propriè ſigni-
 ficant peregrini, teſte Tull. I. Offic. & Varrone penè initio lib. IV.
 de L. L. aut cum Spartani itidem, quòd *ταπεινωσις* hæc rem triftiorem

mitigarent, *ξένους* vocant eosdem, h. e. hospites seu peregrinos. Verum, quod de auxesii superius dicebamus, idem hic locum habet. Nihil enim prohibet, quo minus utraque pro diverso considerandi modo, tum troporum affectio sit, tum sententiæ figura.

V. DE APOSIOPESI.

ΑΠΟΣΙΩΠΗΣΕΩΣ vox è castris adscita est in scholas rhetorum. Nam qui in prælijs occubissent, neque nominarentur in recitatione numerorum, sive catalogi, (utraque ea vox militiæ propria) hi *καὶ ἂν ἀποσιώμοισιν* nominati iudicabantur: ut è contrario prælio interfuisse credebantur, quorum nomina ταχίστην † retulerat in numeros, tamen si eorum nulla esset facta mentio.

De nomine hujus schematis variant rhetores. Ciceroni dicitur *reticentia*, Celso *obricentia*, autori ad Herennium *præcisio*, alijs etiam *interruptio* nominatur, ut ex Fabio cognoscimus.

Sed neque eodem modo definitur. Iul. Scaliger *ἀποσιώμοισιν* eodistinctuit ab *ἐλλείψει*, quodd hæc sit verbi suppressio, illa sit totius rei defectus. Itaque *ἐλλείψει* ei est in isto Iuvenalis *:

† ordinum
divisor.

Tunc duos unâ sevissima vipera cæna,
Tunc duos ?

† Æn. 1.

Item isto Maronis †:

Duos ego: sed motos præstat componere fluctus.

† Æn. 9.

Et hoc †:

Me me: adsum, qui feci.

* lib. 7.

Quibus simile hoc Silij *:

--- *Quin inter cætera nostra*
Haut laude abfuerit, modo qui: sed parcere diis
Sit melius.

† Æn. 4.

At *ἀποσιώμοισιν* ei est in illo †:

Dixerat, atque illam media inter talia ferro
Collapsam adspiciunt.

* Æn. 6.

Omisit enim poeta, quomodo se interemerit. Item in hoc *:

--- *Ni jam præmissus Achates*

Afforet.

Nam præterierat Maro, Achatem præmissum esse; quod demum cognoscimus, postquam reversus est. At vulgò *ἀποσιώμοισιν* vocatur, quod Scailgero est *ἐλλείψει*, sive *ἐλλείψει*. Vocem enim eclipsios retinuit, quam in vulgatis Fabij, Donati, aliorumque codicibus invenerat;

nerat; cùm tamen *ἡλιεύς* non vocis, sed solis lunæve significet defectum, ac præcipuè lunæ, quemadmodum solis deliquium propriè *κατάληψις* nominatur: ut videre est ex epistola Dionysij ad Polycarpum, ubi agit de eclipsi solis, quæ præter naturam in morte contigerat Salvatoris. Sed de vocabulis non contendam. Istæ tamen definitio, quæ *ὑποπόλιος* dicitur, cùm ob affectum pars aliqua orationis præciditur; eo peccat, quòd angustior sit. Tria quidem exempla, in quibus *ἡλιεύς* Scaligerò esse dicebamus, affectum continent, quia primum ab indignatione est, alterum ab irâ, tertium ab amore. At dispar ratio in isto Ciceronis ad Terentiam †: *Si perficitis* † lib. 14. *quod agitis, me ad vos venire oportet. Sin autem. Sed nihil est opus reliqua scribere.* *epist. 3.* Neque enim aliâ de causâ præterit Cicero, quàm quia etiam tacitum intell. geretur.

Neque affectus est in isto II. Æn.

Nec requievit enim, donec Calcante ministro.

Scilicet, me aræ destinaret: quod à poëta præteritur. Nam verus proximus est:

Sed quid ego? Hæc autem nequicquam ingrata revolyo.

Nisi vulgatam lectionem sequi malis.

Neque affectus locum habet, quum oratio præciditur, nequid scævī dicamus, ac mali ominis. Demosthenes *ἐπὶ σεβάρι: Ἀλλ' ἔπου* † *Scd mīd:* *μὲν ἔβλομαι ἢ δυσχερὲς ἐπὶ εὐδὴν ἀρχόμεν ὅ τὰ λόγῳ* †. Cic. ad Cassium *: *polo autem* *Brutus Mutina vix jam sustinebat; qui si conservatus erit, vicinus: sin. quicquam* *(quod Diyo men avertant) omnis omnium cursus est ad vos. Ovidius* *molesti dice-* *re in oratio-* *nis initio.* ** lib. 12.* *epist. 6.* *Laodamiæ epist.*

Me tibi venturam comitem, quocunque vocaris;

Sive, (quod heu timeo) sive superstes eris.

Deest in priori membro, occideris.

Quin si pudor affectus non est, quâ de re aliquid lib. II. dicebamus, ne quidem affectus fit in isto Ecl. III:

Novimus & qui te, transversa iuventibus hirquis,

Et quo (sed faciles Nympha risere) sacello.

Qui te, puta corruerit, vel corruerint. *Ἀποσιώπιον* tamen hic agnoscit Quintilianus. Quamquam ei quidem (nequid dissimulem) non difficulter occurritur. Propriè enim tum *ὑποπόλιος* est, cùm, quid taceatur, incertum est, vel longiore sermone explicandum. Atqui hic unicum tantummodo verbum desideratur, & illud manifestum. Eoque Pierius quoque *ὑποπόλιος* hic statuendam negat.

Quis etiam affectus est, cum sermonem quis abscindit, quia se animadverrat extra oleas vagari? Cujusmodi *ὑποσιώπησι* habemus apud Lucianum de gymnasijs, ubi Solon sibi silentium injungit,

* *extra rem vagari.* quia, ut ait ipse, se videret *ἔξω τῶ πρῶματ' ἔλθειν* *.

Atque hæc quidem, quæ proximè, exempla sunt five *ἑλλείψεως*, five *ὑποσιώπησις* ejus, quæ fit per se. Est verò & alterum genus, quo per accidens aliquid reticetur; ut cum apud Comicos pars sententiæ non effertur ob personæ interventum: velut Phorm. *

* *act. 1. sc.*

Siquis me quæret rufus. D. præsto est. Define.

† *Act. act.*
3. sc. 3.

Vbi Donatus *ὑποσιώπησι* agnoscit. Par ratio in istoc Plautino †:

De argento si mater tua sciat, ut sit factum. A P. Heia.

Benedicite.

Nam abruptit servi sermonem Argyrippus, ne malè ominaretur.

Hæc de aposiopesi: à quâ diversa est *ὑποσιώπησις*. Ea, ab Vlpiano primam Olynthiacam enarrante, fieri dicitur, *ὅταν μίλλη τις ἐπιφέρει πρᾶχῦ τι τῷ λοιδορίας ἔχοντων, μὴ βέλνται ἢ διὰ τὸ ἐπαχθῆς αὐτὸ λέγειν, ἀλλὰ δι' αἰνιγματικὸν συμβαίνῃ* quando quis allaturus asperum quiddam & convicio affine, non vult id dicere, eo quod odiosum foret; sed obscurius id quibusdam ambagibus significat. Exemplum autem ibidem adfert. Nam cum dicere vellet Demosthenes, Athenienses, necessarijs neglectis, spectaculis ac delicijs vacare, ut declinet offensam, reticet illud, ac tantum dicit: *Ὅν οἶδ' ἔτινα μοι δοκῶμεν ἔχειν πρόπων πρὸς αὐτά. Nescio, quo pacto mihi videamini erga illa affecti.* His subjungit Vlpianus discrimen inter duo, quæ dixi, schemata: *Διαφέρει ἢ ἡ ὑποσιώπησις: ὅτι ἐκείνη μὲν παντῶς ὑποσιώπησιν τὸ πρᾶγμα, ὅσπερ τὸ ἔβλομαι ἢ δοχθῆς εἰπὼν ἔδεν, ἀρχόμενον τῷ λόγῳ. ἢ δὲ ὑποσιώπησις, αἰνιγεται τι, ὡς ἐπαυδα. Differt autem (hyposiopesis) ab aposiopesi, quod hæc quidem rem penitus reticet. Vt in illo, Nolo autem quicquam mali omnis dicere initio orationis meæ. At hyposiopesis significat aliquid obscurè verborum ambage: uti hoc loco fit.*

VI. DE PRÆTERITIONE.

ΠΑΡΑΛΕΪΨΙΣ, five præteritio est, cum simulamus nos omittere, quod maximè dicimus. Fit hoc, juxta Hermogenem †, tribus de causis; vel quia res sunt parvæ, vel quia notæ, vel quia ingrata, ac molestæ. Non tamen planè præterimus, quia sunt Oratori utiles. Lucill. †

† *περὶ μίλλης δὲ δευτέρας.*
† *apud Lucillum de præteritione.*

Non tango, quod avarus homo est, quodque improbus omitto:

ubi

ubi omnino legendum,

-- quodq; improbu' mitto:

Quomodo hunc locum levi negotiolo corteximus, cum primùm Oratoriæ nostræ viderent lucem. Ac biennio etiam post notis in Appulei apologiam † similiter legendum putavit Scipio Gentilis. † *memase*
Et sanè cur hypermetrum faceret poeta, causæ nihil erat. 74

Gaudet præteritione etiam M. Tullius. Ut ad Att. epist. III. lib. VIII: *Omitto illa vetera, quòd istum in Remp. ille aluit, auxit, armavit.* Idem in Vatinius: *Ac illud tenebrosissimum tempus inennis ætatis tuæ patiar latere: licet impune per me parietes in adolescentiâ perforeris, vicinos compilâris, matrem verberâris: habeat hoc premium tuæ indignitas, ut adolescentia turpitudine, obscuritate, & sordibus ius tegatur.* Item pro lege Maniliâ: *Itaque non sum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiaque, terrâ marique, quantâque felicitate gesserit: ut ejus semper voluntatibus non modo cives assenserint, socij obtemperarint, hostes obedierint: sed etiam venti tempestatesque obscurandarint.* Hoc brevissimè dicam, &c. Etiam luculenta est præteritio illa in Rullum: *Non queror diminutionem vectigalium, non flagitium hujus jacturæ atque damni: prætermitto illa, quæ nemo est, quin gravissimè & verissimè conqueri possit; nos caput patrimonij publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonæ, horreum belli, sub signo claustrisque Reip. postum vectigal, servare non potuisse; eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager spsè per sese, & Syllanæ dominationi, & Grecorum largitioni restinisset: non dico solum hoc in Rep. vectigal esse, quod amissis alijs remaneat, intermissis non conquiescat, in pace nitescat, in bello non obsolescat, militem sustentet, hostem de periculo salutis ac libertatis loquor.*

Pertinet hoc schema partim actæ, quæ magis dicunt; partim ad illa, quæ minùs efferunt. Nam etsi minùs se dicturum ait orator, quàm in re est; plus tamen dicit, quàm se dicturum ait.

Convenit autem laudanti, & reprehendenti. Item si aliqua ad probandum, vel refellendum, non parum conducant; atque interim ejus sint naturæ, ut si insistatur illis, satietatem potius sint allatura, quàm voluptatem.

Vicina huic, vel eadem figura est ΠΑΡΑΣΙΩΠΗΣΙΣ, de qua Rutilius lib. II. Item ΑΠΟΦΑΣΙΣ. Ut in illo Verr. I: *Nec ea dico, quæ si dicam, infirmare non possis.* Et eadem: *Sunt hæc, & alia in re falsi accusatoris signa permulta, quibus ego non utor.* Conducit hæc refellenti.

VII. DE PERIPHRAŒI.

PERIPHRAŒIS est, quâ multis ambimus verbis rem designatam. Ea cur malè in troporum numero reponatur, diximus in tropologiâ *. Est autem partim *χῆμα λέξεως*, partim *διαιρέως*. Prioris generis est, cum solùm ornatus causâ adhibetur. Eiusmodi sunt temporis descriptiones apud poëtas, in quibus licet substituas id, quod significatur, de ornatu multum, de re nihil discefferit. At posterioris est ordinis, cum utimur, ut rem obumbremus, sic tamen, ut cerni possit. Ita Cicero in Milonianâ, cum grauius esset dicere, Clodium à Milone occisum, *περιέγραψε* maluit hanc rem mollire. In narratione enim ita inquit de seruis Milonis: *Ex quibus, qui animo fideli in dominum erant, & presentes fuerunt, partim occisi sunt, partim cum ad rhedâ pugnari viderent, & domino succurrere prohiberentur. Milonemque occisum etiam ex ipso Clodio audivent, & ita esse putarent, fecerunt id serui Milonis (dicam enim non derivandi criminis causâ, sed ut factum est) neque impetrante, neque sciente, neque presente domino, quod suos quisque seruos in tali re facere voluisset.* In Confirmatione quoque similiter loquitur: *Adde, inquit, inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis, qui cum à tergo hostem interclusum reliquisset, nihil de ejus extremis comitibus cogitavit: in quos incensos irâ, vitamque domini desperantes cum incidisset, basit in iis pœnis, quas ab eo serui fideles pro domini vitâ expetiverunt.* Sed & Demosthenes oratione aduersus Midiam, & Lysias oratione contra Eratosthenem, similiter locuti; ut ostendit Ant. Muretus lib. vii. Var. Lect. cap. xxi. At cum *περιέγραψε* adhibetur, ut rem magis perspicuum reddamus (ut cum Homerus Ulysssem, Virgilius Æneam, uterque initio operis sui, maluit *περιέγραψε* designare, quàm nominare) pertinet ad schemata, quæ plus dicunt. Hic verò eam sub ambiguo nomine comprehendimus.

Interdum autem nec augendi, nec minuendi causâ adhibetur; sed simpliciter ad quempiam circumloquendum, quem nominare vel nolumus, vel non possumus: ut si nomen non occurrat. Ita Maro Eratosthenem, vel, ut alij malunt, Archimedem *περιέγραψε* in Bucolicis, ut *τὸ ἀγρίον* seruet in personâ rustici, quem verisimile non est, accuratè adeò nôsse Mathematicorum nomina. Locus est Ecl.

III:

*In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter?
Descriptis radio totum qui genibus orbem.*

Vbi ineptè Servius ait, intelligi quoque posse Ptolemæum. Quod etiam apud Germanum Valentem * legere etc. Atqui Mathematicum hunc constat demum sub Antonino Pio floruisse. Pari errore ibidem Servius per Cononem intelligit ducem Atheniensem; quem signetur Mathematicus ille, qui vixit tempore Ptolemæi Evergetæ: ut vel notum è Catulli carmine de coma Beronice.

Sedulo autem cavendum, ne in oratione prorsâ usurpemus circumlocutiones poëticas. Quod facit Appuleius; ut cum tertium Milesiorum suorum librum hoc pacto orditur: *Commodum punicanibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum cœlum inequitabat: & mesecura quieti revulsam nox diei reddidit.* Sed & Petrarcham, qui plerisque tantopere in delicijs est, reum ejusdem criminis agit Ubertus Folietâ †: quamquam is quidem vix aliter potuit, cum Appuleium sibi imitandum proposuerit: ex quo, ut idem Folietâ observavit, fabulam quoque de Petro Vinciolo, & alteram de quapiam Neapolitanâ, eorundem transcripsit verbis.

Illud quoque hoc loco disquirendum arbitror, an periphrasis rem necessariò pluribus circumloquatur verbis. Mihi quidem, si argu-
tari lubeat, in mundo fit ratio, quâ liqueat, rem fecus se habere. Nam si periphrasis sit piscatorum in illo Ovidij †;

--- vultumque virilem

Induit, & vultus pisces capientibus aptos:

cur non & circumlocutio erit, si eos *piscicapos* eâ ratione dixerim, quâ *urbicapos* dixit Plautus? Et si periphrasis est, cum dicuntur οἱ τῆς ἀλδὸς ζῶντες †: cur quæso non & periphrasis sit, si unâ voce dicam *marevivi*, vel Græcè ἀλιζῶνι, quomodo viri docti legunt apud Athenæum † in Pancratis versu de salpis:

ἀῶ τε βῶαυ πορκῆες ἀλιζῶνι καλῆνυ *.

Quod si est; dicendum, periphrasin esse, non tantum, cum multis verbis, sed & cum unâ compositâ, quæ pluribus *ισοδυνασεῖ*, rem quampiam circumloquimur. Doctiorum eâ de re arbitratu esto. Et hæc de periphrasi: de quâ nonnulla quoque diximus, cum ageremus * de ijs, quæ falsò inter tropos recensentur.

Cæterum ad schemata, quæ minùs dicunt, etiam referri posse arbitror schema illud, in quo per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus, non utique contrarium, ut in *εἰρωνεία*, sed aliud latens, & auditori quasi inveniendum. E. G. in suspectâ nuru, *Duxi uxorem, quæ patri placuit.* Vbi ambiguitate verborum luditur.

Item cum Themistocles auctor fuit Atheniensibus, ut urbem apud

Deos

* in Ed. 3.

† lib. 1. de usu & præstantia sermonis Latini.

† 8. Met. fab. extrama.

* è mari viventes. † lib. 7.

* quas bonæ piscatores è mari viventes vocitant.

* lib. 4. cap. 1 3.

Deos deponerent, quia durum erat dicere, ut relinquerent. Et qui pecuniam è Victorijs aureis in usum belli conflari volebat, declinavit invidiam dicens, utendum esse victorijs. Atque in his omnibus esse *ἐνρητισμὸν*, ostendimus lib. v. cap. x. Et si autem inter figuras à Fabio quoque reponatur, non tamen proprium nomen habet, sed ipso generis nomine appellatur. Nisi *χρῶμα*, sive colorem vocare velis. Nam apud Senecam lib. II. controvers. IX. de Othone Junio legas: *Solebat hos colores adhibere, qui silentium, & significationem desiderant.* Imprimis autem figuræ, aut schematis nomine significantur dicta, quibus obliquè aliquis notatur: quod & monet Budæus primo de affe. Ita Suetonius in Vespasiano: *Amicorum, inquit, libertatem, caussidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam, levissimè tulit.* Idem in Domitiano: *Hermogenem Tarsensem occidit, propter quasdam in historiâ figuras, librarijs etiam, qui eam descripserant, crucifixis.* Et apud Martialem hæc duo opponuntur, nominare schemate, & apertè nominare. Sic enim ille lib. III. epigr. LXIIX.

Schemate non dubio, sed apertè nominat illam.

Apud Demetrium quoque penè sub finem lib. *ἑὶ ἐμλω.* sermo istiusmodi vocatur *ἐρημισμὸν*: & à Fabio lib. IX. cap. II. eodem modo dicuntur *controversiæ figuratæ*, cum latenter suspicionem cuiusdam rei injicimus, quam tamen nolumus apertè dicere. Crebrò sic loquitur Philostratus: ut de Herode Attico, *ρηματίους τὸν λόγον*. Scitum hoc ejusdem in vita Rufi, sophistæ Perinthij: *Δεῖ δὲ ἔχει χεῖρα χηῖμα συνημέταις ἢ ἐποθέστων, πῆς μὲν λαγγμένους, ἡνίας, τοῖς δὲ σιωπόμενοις κινῆσθαι.* In caussis secundum figuram compositis, & dicendis habenas, & tacendis aculeum dare convenit. Nec minùs elegans illud ejusdem de Hermocrate Phocensi: *καὶ δὲ ἢ τὰς ἐρημισμίας εὐ δίδετο, ἐμπελολίαι τε πλείους ἐπιποιῶν, ἢ τὸ σημαίνον ἐγκαταμίξας τῷ ἀφαιμένῳ.* *Figuratas etiam controversias bene disposuit, & multa ambigè dicta excogitans, & significationem admiscens silentio.* Sic enim commodè veteris, quia τὸ σημαίνον idem est ei, quod Othoni Junio apud Senecam (ut superius vidimus) est *significatio*, hoc est, res expressa: τὸ ἀφαιμένον vero est, quod eidem Junio est *silentium*, id est latens illud, quod auditoris suspicioni relinquitur. Macrobij quoque est lib. VII. Saturn. cap. II. *Scommia penè dixerim morsum figuratum, quia saepe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligas.* Vbi sic morsum figuratum dixit, ut Suetonius superius aiebat *caussidicorum figuras*. Locutus & eodem modo B. Hieronymus præfat. in lib. Job: *Obliquus apud Hebraeos totus liber fertur, & lubricus, & quod Greci Rhetores*

† sermonem figurans.

Rhetores vocant, *ἰσχυροὺς* &c., dum quis aliud loquitur, aliud agit. Et epist. LXVI. ad Rufinum: *Præfati uncula librorum tui & ἔρχων ad me missa est, quam ex stylo intellexi tuam esse: in qua oblique, imo aperte ego peccor. Quâ mente sit scripta, tu videris; quâ intelligatur, & stultis paret. Poteram & ego, qui sapissime figuratas controversas declamavi, aliquid de veteri artificio repetere, & tuo te more laudare. Hæc ille.*

Duplicem autem schematis seu figuræ usum adfert Demetrius. Prior est, *ἕνεκα ἑυπραΐας*, si non decet dicere; alter *ἕνεκα ἀσφαλείας*, si non est tutum dicere. Quibus ex Fabio † adde tertium, *qui veni- † lib. 9.*
statis modo gratiâ adhibetur, & ipsâ novitate ac varietate magis, quam cap. 2.
si relatio sit recta, delectat. *ἑυπραΐας* exemplum à Demetrio adferunt ex Platone, qui in Phædone Aristippum, & Cleombrotum, reprehendere cùm vellet, quòd in insulâ Æginâ epulati fuissent, quo tempore præceptor eorum Socrates in vinculis erat Athenis, à quibus vix ducentis aberant stadiis: non quidem eos palàm perstringit, sed id facit occultè. Nam rogatus Phædon, qui Socrati præstò fuissent, enumerat universos: ac quærente altero, *Quid illi duo?* respondet, In insulâ Æginâ erant: quæ verba, licet haut aliud addat, tamen majorem vim habere videntur, quàm si eos graviter perstrinxisset. Ad hoc quidem *ἑυπραΐας* * est exemplum, quia nihil erat periculi reprehendere Aristippum. At propter *ἀσφάλειαν* † est illud Phalerei in Craterum Macedonem, quem videbat sedentem sellâ eburneâ, audientemque Atheniensium legatos: *Nos*, inquit, *ante aliquot annos, hos omnes, & Craterum hunc ita excipiebamus, cùm ad nos venirent.* Magna *ἑυπραΐας* est in voce *hunc*. Par ratio fuerit, si quis, ut textè moneat Dionysium, Siciliæ tyrannum, alios incesat, qui idem factitarant: uti si apud eum Phalaridis crudelitatem exaggeret: aut contrà si eos dilaudet, qui contraria egerunt; ut Hieronem, Gelonem, aliosque. Et sic quoque non levi sit prudentiâ opus. Sanè Philippus Macedo †, quia unoculus foret, ægrè ferebat mentionem Cyclopi, vel etiam oculi. Et Hermias Atarnei dominus †, *ὅτι ἰσχυ- † decori.*
ρον: itè apud ipsum Fabiū lib. IX. cap. 11: ubi & inter alia monet, quo *† securitatem.*
modo sentētij hâc amētatis figurâ ab adversâ parte occurri debeat.

Video homines esse eruditissimos, qui tradant, fusè etiam de figurato sermone olim scripsisse Plinium majorem. Hoc colligunt ex istis Plinij junioris verbis *, ubi avunculi sui opera recenset: * lib. 3.
Dubij sermonis octo scripsit (libros) sub Nerone novissimis annis, cùm omne op. 5.

studiorum genus paullo liberius & erectius periculosum seruitus fecisset.
 At neutiquam Plinij mens est, quia non liceret liberè sub Nerone loqui, aut scribere; eo Jocuiffe avunculum, quomodo schemate homines dicere possent, quod vellent: (quod, credo, Plinio non optimè abijisset) sed hoc ait, quia sub tyranno illo suspecta essent præclara ingenia, eo Plinium non ausum fuisse suorum temporum historiam scribere, aut vitas consignare virorum præstantium, vel aliud ejusmodi, quod libero erectoque ingenio dignum foret: sed demississe se ad opus grammaticum: nempe explicuisse octo libris ea, de quibus inter homines etiam doctissimos quæri soleret, hocne an illo modo loqui, aut scribere oporteret. Ita cum alij *clipeus*, alij *clipeum* dicerent; nonnulli *clipeus & clipeus* distinguerent, aliqui pro eodem haberent: utramque hanc quæstionem exposuit Plinius secundus in *lib. 1.* do dubij sermonis libro; ut clarè ait Charisius Sospater †.

CAP. VII.

DE SCHEMATIBVS ΔΙΑΝΟΙΑΣ, QUÆ
 ÆQUÈ DICVNT, ET RATIONE PERSONÆ FIGVRANTVR.

SCHEMATA *Διανοιας*, que aequè dicunt, partim personam figurant, ratione personæ; partim ratione rei; partim ratione tum personæ, tum rei.

Ratione personæ figurant orationem *sermocinatio*, *profopopœia*, *apostrophe*, & *communicatio*.

Sermocinatio est, cum apud personam aliquam, que presentis sit instituti, loquentem inducimus.

Profopopœia est, cum personam, extra argumentum assumptam, loqui fingimus, aut rei ratione destituta sermonem, intelligentiam, vel actionem hominis tribuimus.

Apostrophe est, quando sermonem alio convertimus, quam instituta requirit oratio.

Communicatio est, cum adversarium consulimus, aut cum iudicibus, quid faciendum sit, aut quid factum oportuerit, deliberamus.

I. DE SERMOCINATIONE.

INGENS est schematum numerus, quæ æquè dicunt. Existimavi Igitur, me operæ pretium facturum, si ea, quandoquidem à Rhetoribus confusè traduntur, in certas redigerem classes. Omnia autem orationem figurant ratione, vel personæ, vel rei, vel utriusque.

Ratione personæ eam figurant sermocinatio, prosopopœia, apostrophe, & communicatio.

SERMOCINATIO sive *διαλογισμὸς* plerisque vocatur, cum aliquem nobiscum loquentem inducimus. Verùm hi *διαλογισμὸς* cum *διαλόγῳ* confundunt: quo de spisso errore nonnihil quoque legere est apud H. Stephanum lib. de abusu linguæ Græcæ. Est autem *διαλογισμὸς*, cum certus attribuitur sermo personæ veræ, ac quæ sit presentis instituti. Fit hoc bifariam. Nam vel persona illa loquitur secum, vel cum alterâ. Julius Rufinianus prius solum genus agnoscit. Nam dialogismus ei definitur, *cum quis secum disputat, & volutat, quid agat, vel quid agendum putet.* Ut in illo Didonis †:

En quid agam? rursusne procos irrisa priores

Experiar? &c.

Cui simile hoc Iunonis †:

--- Mene incepto desistere victam?

Nec posse Italiâ Teucrorum avertere regem?

Quippe vector satis.

Adfert Rufinianus & illud Phædræ † apud Comicum:

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem,

Cum arcessor ultro? an potius ita me comparem,

Non perperam meretricum contumelias?

Exclusit. revocat. redeam? non, si me obsecrer.

Vbi itidem Donatus: *διαλογισμὸς, ἡνίκα διαvoίαι.* Apparet & multa tacitum cogitasse adolescentem, & tandem in hac verba prorupisse. Simile etiam est illud Sofiæ in Amphitr. †

Quid, malum, non sum ego Amphitryonis Sofia?

Nonne hac noctu nostra navis huc ex portu Persico

Venit, qua me advexit? nonne me huc berus misit meus?

Nonne ego nunc hic sto ante ades nostras? non mihi est laterna in manu?

Non loquor? non vigilo? nonne hic homo modo me pugnis contudit?

† 4. *Æn.*† 1. *Æn.*† Eunuch.
act. 1. sc. 1.† act. 1. sc.
1.

Fecit hercle. nam etiam misero nunc mala dolent mihi.

Quid igitur ego dabo? aut cur non introeo in nostram domum?

Geminum etiam Ciceronis exemplum apud eundem Rufinianum videre potes. Sed laxius ea vox sumitur Cornificio in IV. ad Herenn. cui *fermocinatio* esse dicitur, *cum alicui persone sermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis.* Vbi postrema verba verbis hisce Fabij expono: *si eam locuturam sinxerimus, quæ cogitasse eam non sit absurdum.* Tale est illud M. Tullij pro Cælio adversus Clodium, quæ foedo incestu se cum fratribus inquinabat: *Sin autem urbanus me agere mavis, sic agam tecum: removebo illum senem durum, ac penè agrestem; ex hisque tuis sumam aliquem, ac potissimum minimum fratrem tuum, qui est in isto genere urbanissimus, qui te amat plurimum, qui propter nescio quam, credo, timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper p[er]susso cum majore sorore cubitavit: eum putato tecum loqui: Quid tumultuarius, soror? quid insanis? quid clamore exorsa, verbis parvam rem magnam facis? vicinum adolescentulum adspexisti: candor hujus te, & proceritas, vultus, oculique perpulerunt: sapius videre voluisti: fuisti nonnunquam in iisdem hortis visa nobilis mulier: illum filium familiae patre parco & tenaci habere tuis copis devinctum non potes: calcitrat, respuat, non putat tua dona esse tanti: confer te aliò: habes hortos ad Tiberim, ac diligenter eo loco preparasti, quò omnis juvenus natandi causâ venit: hinc licet conditiones quotidie legas: cur huic, qui te spernit, molestus es? Hic alij ~~sermocinatio~~ statuunt: nempe qui eo nomine fermocinationem comprehendunt, ut postea ostendemus.*

Et si autem non est de *sermo* fermocinationis, ut plures loquantur: tamen fermocinatio quoque erit, si id fiat. Nempe vel simplex est hoc schema, ut in exemplo, quod proximè vidimus: vel multiplex, ut in dialogo. Sanè Cornificius hoc fermocinationis adferit exemplum, in quo trium diversæ indolis sermo graphicè exprimitur: *Cum militibus urbs redimderet, & omnes timore oppressi domi continentur; venit iste cum saço, gladio succinctus, tenens jaculum: quinque adolescentes hominem simili ornatu subsequuntur. irrumpit in aedem subito, deinde magnâ voce: Vbi est iste beatus, inquit, adium dominus? quin mihi præsto sit? quid taceris? Hic alij omnes stupidi timore obmutuerunt. Vxor illius infelicissimi cum maximo flexu ad istius pedes abiicit sese. Parce, inquit, & per ea, quæ tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri: noli extinguere extinctos. Fer mansuetè fortunans, nos quoque sumus beati: nosce te esse hominem. At ille: Quin illum mihi davis, ac vos auribus meis optorare definitis? non abitit. Illi nunciatur interea, venisse istum, & clamore*
maximo

maximo mortem minari. Quod simul ut audivit, Hæm, inquit, Gorgia, pedisequa puerorū, absconde pueros: defende: fac, ut incolumis ad adolescentiam perducas. Vix hæc dixerat, cum ecce iste præstō, Sedes, inquit, audax? non vox mea tibi vitam ademit? exple inimicitias meas, & iracundiam satura tuo sanguine. Ille cum magno spiritu, Metuebam, inquit, ne planè victus essem. nunc video in iudicio mecum contendere non vis; ubi superari turpissimum est, superare periculosissimum: interficere me vis: occidat equidem; sed victus non peribo. At ille in extremo vita tempore etiam sententiosè loqueris? neque ei, quem vides dominari, vis supplicare? Tum mulier, Immo quidem iste rogat, & supplicat: sed tu, quævis, commoveare. & tu, per deos, inquit, hunc amplexare: dominus est, vicit hic te, vince tu nunc animum. Cur non desinis, inquit, uxor, loqui, quæ me digna non sunt? tace, & quæ curanda sunt, cura. tu cessas mihi vitam, tibi omnem bene vivendi spem meâ morte eripere? Iste mulierem repulit ab se lamentantem, illi nescio quid incipienti dicere, quod dignum videlicet illius virtute esset, gladium in latere defixit. Subjungit deinde Cornificius: Puto in hoc exemplo datos esse unicuique sermones ad dignitatem accommodatos: quod oportet in hoc genere observare. Quod hîc Cornificius monet, idem præcipit Horatius epist. ad Pisones:

Intervit multum, Davûs. loquatur, herûsue;
 Maturûsue senex, an adhuc florente juventâ
 Fervidus; an matrona potens, an sedula nutritrix;
 Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli;
 Colchus, an Assyrius; Thebis nutritus, an Argis.

Neglexit hoc Celsus ille, adversus quem scripsit Origenes, eo-

que nomine culpari meruit. Sic enim scribit de eo Origenes lib. 1. t. † pag. 22.
 Επειδὴ δὲ ὁ ἄριστος ποιητὴς τῶν πρὸς μίμους ἀμύμων ἐν ῥήτορι καὶ αἰδίου (lege, ἐν edit. Av-
 ριτόροι καὶ αἰδίου) εἰσαγγέλλον, καὶ εἰσαγγεῖν ἰδὲ αἰὼν πρὸς τὸν ἰησοῦν λέγοντά τινα γοῖ. Vindel.
 μετακλιθεὶς, καὶ ἐδὲν φιλοσόφου πολιὰς ἀξίον φέρε καὶ δῶκαμ καὶ ταῦτα ὑπετάσσοντις
 ἐλεγγέζομεν, ὅτι ἔδὲ τὸ ἀρμύζον πάντη τῶ ἰδούφ ἄριστος τοῖς λεγ. λένοις
 περὶ ῥιμῆ. Quandoquidem & nititur persona fictione, quod ammodo imitans
 adolescentem in rhetorum scholam deductum; inducitque Iudeum ad Iesum
 loquentem puerilia aliqua, & canicie philosophi indigna: age, pro viribus
 his etiam expensis, coarguamus eum, quod ne decorum quidem servarit in
 Iudæi personâ. Ubi ἄριστος ποιητὴς voce laxius utitur Origenes, ut ser-
 mocinationem comprehendat: de quo, ut dixi, postea pluribus.

A fermocinatione haut differt ΗΘΟΠΟΛΙΑ, quâ, juxta Alexan-
 drum †, iis, qui superstites sunt, sermones aliquos affingimus, quod
 fide digniores illi videantur, quàm si eos enunciaremus ipsi. Apini †

quoque definitur oratio attributa personis, quæ adhuc supersunt. Etiam Aquilæ Romano *Ethopœia*, siue *moralis confectio* est, cum certis quibusdam personis (non quæ nusquam sunt) verba accommodatè adstringimus, vel ad improbitatem earum demonstrandam, vel ad dignitatem. Atque addit, tale esse illud Ciceronis pro Quinctio: *Quid Sextus Nervius ad hoc? videt nostram amentiam scilicet, cum ab eo officia boni viri desideramus: & quemadmodum utus, inquit, & quemadmodum educatus sum, meminî. Vetus est, de scurra divitem facilius multo, quam patrem familias, fieri posse &c.* Sed Julius Rufinianus, ut pressius usurpat dialogismi seu fermocinationis nomen, quàm Cornificius: ita & strictius utitur ἰδωροποιῶς appellatione, quàm Rhetorum alij. Quippe schema hoc, quod *figurationem*, vel *expressionem* Latinè dici ait, definitur ab eo, *alienorum affectuum qualiumlibet, dictorumque imitatio, non sine reprehensione.* Vbi, si Aquilam, & alios, sequamur, tria postrema verba redundabunt. Plura de ethopœia si voles, vide cum progymnasmatum scriptores, tum Emporium, item Isidorum lib. 11. Orig. cap. XIV, nec non Coelium Rhodiginum lib. XXVI. Antiqu. Lect. cap. XXVIII.

II. DE PROSOPOPOEIA.

ETHOPOEIA vicina est ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΙΑ, ut à Rutilio Lupo, & Aquila nominatur. Ciceroni † vocatur *facta persone indutio*, Cornificio ‡ *conformatio*, Fabio * *personæ fictio*. Ac Cornificio quidem fieri ea dicitur, *cum aliqua, quæ non adest, persona fingitur, quasi adsit; aut cum res muta, aut infirmis, sit eloquens, & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem, aut actio quadam.* Similiter fere Lupo, qui fieri ait, *cum personas in rebus constituimus, quæ sine personis sunt; aut eorum hominum, qui fuerunt, tanquam vivorum & presentium actionem ac sermonem deformamus.* Lupo igitur duo duntaxat sunt ἰδωροποιῶς modi: unus, quo è non personam facimus personam, siue rei mutæ sermonem attribuendo, siue rei brutæ adsignando sensum, siue alloquendo rem brutam, quasi intelligat; alter, quo mortuos loqui fingimus, qui modus *idolopœia* à quibusdam dicitur. Cornificio autem hoc schema etiam fit, cum personam loqui fingimus, quæ quidem est, sed non adest. Ut si apud aliquem, absente patre, nuptias conficientem, vel, ignaro eodem, ejus abligurientem bona, effingas sermonem, quo usus sit parens redux, vel quo compellaturus esset, si ista sciret. Pro hac opinione etiam Fabius * facit:

† lib. 3. de orat.

‡ lib. 4. ad Herem.

* lib. 9. cap. 2.

* lib. 6. cap. 1.

cui profopopœia generatim vocatur *ficta aliene persone oratio*. Et apertius alibi †: *Sunt quidam, qui has demum προσηγορίας dicant, in quibus* † lib. 9.
 & corpora, & verba fingimus. Sermones hominum assimilatos dicere διαλόγους^{cap. 2.} malunt, quam, quod Latinorum quidam dixerunt, *sermocinationem*. Ego jam recepto more utrumque eodem modo appellavi. Nam certe sermo fingi non potest, ut non persone sermo fingatur. Sed huic Fabij argumento non difficulter occurritur. Nam, ut ipse agnoscit, mollius sermo tribuitur personæ: audacius verò ei, quod natura loqui non permittit. Quod si est, aliud est personam ipsam fingere: aliud sermonem duntaxat. Bifariam autem persona fingitur. Primum eam fingit, qui mortuum inducit loquentē. Nec enim personis accensentur animæ, vel umbræ: quas sic gentiles distinxere, quòd cum tribus homo iuxta eos conflet *, animâ, corpore, umbrâ: anima piorum cœlos petat, corpus omnium terram subeat, inferos verò petant umbræ †, hoc est simulachra ad corporis cujusque effigiem formata, quæ conspici possint, tangi verò haut magis, quam ventus. Personam præterea fingit, qui mutis animantibus, vel rebus inanimis, tribuit sermonem, vel eas tanquam sermonis intelligentes compellat. Utraque igitur fuerit προσηγορία, seu personæ fictio. At si sermonem homini tribuam absenti; non tam ipsam personam fingo, quam personę sermonem affingo; quæ iccirco veriùs dicitur sermocinatio, ut Cornificius appellat: vel ἰδοσηγορία, ut Alexander, & Apfines vocant. Sed quia tantum hominis memini, obijci possit de Deo, vel angelis, qui personis accensentur, & loqui possunt: & tamen in his locum habet προσηγορία. Verba enim Fabij sunt: *Quin deducere Deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare concessum est*. Verum meminisse oportet, quod idem Fabius ait, sermocinationem se sub προσηγορία comprehendere. Nihil igitur hoc nostræ derogat opinioni. Ut mittam, quòd sermo Deo, angelis, homini, tribuitur εἰσαριθμος. Neque cum hoc schema vocamus personæ fictionem, quævis persona intelligi debet; sed illa inferioris & visibilis naturæ, à qua, & ob quam inventum est sermonis commercium. Adde quòd sermo Dei vel angeli cum homine sit insolens, planeque extraordinarius, ut non debuerit ejus causâ προσηγορίας definitio extendi: sed fati sit, si fictio ejusmodi sermonis reductivè, ut loquuntur, ad communem προσηγορίας pertineat.

Proptèr igitur προσηγορία est, si mortuos inducamus loquentes. Ut in illo apud Cornificium †: *Quod si nunc Lucius ille Brutus reviviscat, & hic ante pedes vestros adsit, non hac nictur oratione?* Ego reges † lib. 4. ad Hæren. 61613

* Servius
in 4. Æn.
† Servius
2. 4. 30.
Æn.

ejeci; vos tyrannos introducitis: ego libertatem, que non erat, peperit; vos partam servare non vultis: ego capitis mei periculo patriam liberavi; vos liberi sine periculo esse non curatis. Sic pro Cœlio Appius Cæcus velut ab inferis à Tullio excitatur, ita Clodiam alloquens: *Mulier, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? &c.* Illustre etiam exemplum apud Æschinẽm habemus oratione contra Ctesiphontem; ubi ab Atheniensibus petit, ut cogitent, Solonem, & Aristidem, ab inferis suscitatos, in eo stare suggestu, unde ipse verba faceret: ac Solonem quidẽ petere, ne Demosthenis eloquentiam majoris faciant, quàm iusiurandum, & leges: Aristidem autem rogare, an non pudeat eos, cum majores illorum Arthmĩum Zelitam, quia è Mediã pecuniam attulisset, urbe expulerint, ipsos Demosthenem, qui munera ab hoste acceperit, aureã ornare coronã. Item Lucianus libello de luctu inducit filium mortuum patris quærelis respondentem.

Personæ etiam fictio est, cum sermo affingitur patriæ, vel Reip. aut urbi, vel regioni. Ut Catil. 1: *Quæ (patria) tecum, Catilina, sic agit, & quodammodo tacita loquitur: Nullum jam tot annos facinus existit, nisi per te: nullum flagitium sine te: tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio, direptioq; sciorum, impunita fuit, ac libera: tu non solum ad negligendas leges, ac quæstiones, verum etiam ad evertendas, perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt; tamen, ut potui, tuli. nunc verò, me totam esse in metu propter te animum; quicquid in crepuerit, Catilinam timeri; nullum videri contra me consilium iniri posse, quod à tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe, si verus, ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam. Hæc si tecum, ut dixi, patria loquatur &c.* Et postea eadem oratione: *Etenim si mecum patria, quæ mihi vitã meã multo est carior; si cuncta Italia, si omnis Respublica loquatur: M. Tullii, quid agis? tunc eum, quem esse hostem comperisti; quem ducem belli futurum vides; quem expectari imperatorem in castra hostium sentis; auctorem sceleris, principem conjurationis, evocantem servorum, & civium perditorum, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immixtus in urbem esse videatur? Et alia ibidem in hanc mentem; quibus postea subjungit: *His ergo sanctissimis reip. vocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ex quibus videre etiam est, quomodo & ad ὑποπόσειαν accedi, & ab eadem recedi debeat.* Porro in allatis hæcenus exemplis non est omnimoda fictio. Nam, si defuncto tribuam loquelam; considero eum, qui fuit, ac meliori parte*

parte sui superest. Cùm item Romæ, aut patriæ, aut Reip. fermone-
nem assigno; postremo sistit se intellectus in ijs, qui Romam inco-
lunt, ac Remp. constituunt. Atque hoc ita esse, uti dixi, indicant
illa Ciceronis verba pro Plancio: *Venio jam ad ipsius populi partes, ut
illius contra te oratione potius, quam meâ disputem; qui si tecum congregia-
tur, & si unâ voce loqui posset, hac dicat: Ego tibi, Laterensis, Plancium
non anteposui: sed cùm essetis aque boni viri, meum beneficium potius ad
eum detuli, qui à me contenderat, quam ad eum, qui mihi non nimis sub-
misit supplicarat. Respondebis, credo, te splendore & vetustate familia
fretum, non valde ambiendum putasse. At verò te ille ad sua instituta,
suorumque majorum exempla revocabit; semper se dicet rogari voluisse &c.*
Nec tamen id perpetuum est, ut qui Romæ, vel Latio fermone-
nem dat, populum intelligat Romanum, aut Latinum: sed quandoque
etiam urbis genius ac numen tutelare civitatis, aut Latij, intelligi-
tur. Vt cùm apud Sillium Italicum lib. xv. Scipionem alloquitur

— *Latio telluris imago.*

Item cùm apud Symmachum * legimus ad Valentinianum, * lib. 10.
Theodosium, & Arcadium: *Romam nunc putemus assistere, atque his* epist. 54
*vobiscum agere sermonibus: Optimi principes, patres patriæ, reveremini an-
nos meos, in quos me pius ritus adduxit, ut utar ceremoniis avitis. Hic cul-
tus in leges meas orbem redegit. Hæc sacra Hannibalem à mœnibus, à Capi-
tolio Senonas repulerunt. Ad hoc ego servata sum, ut longæva reprehen-
dar? &c. Quæ non omnimoda personæ fictio erat ex gentiliū
mente. Nam Roma ijs Dea erat, eoque suum quoque templum
habuit: ut alibi † diximus. Hujusmodi verò exempla etiam orato-
ribus conveniunt. At sunt profopopœiæ aliæ, quæ magis habeant lib. 4.
locum in poësi, vel declamationibus, aut similibus scriptis. Earum †
aliæ seu directè, seu indirectè, pertinent ad substantiam, aliæ ad ac-
cidentia. Ad substantiam refer duplicia. Quædam spectant homi-
nis tñ †, vel partem ejus. Ita Ennius † in satira colloquentes fecit † Fabius
vitam, & mortem. Gregorius Palamas, Thesalonicæ Archie-
piscopus, *χαρμηλὴν μὲν τῆ, διαλογικῆ, ἢ μελιστα διακριτικῆς* †, duas com-
posuit orationes †, unam mentis corpus accusantis, alteram corpo-
ris sese contrà defendentis: quibus & judicium sententiam adjecit.
Lucianus; inducit linguam expostulantem cum abutentibus. Quæ-
dam contrà profopopœiæ sunt muti animantis, vel rei inanimæ.
Quomodo apud Plutarchum Gryllus, jam porcus factus, disputat
cum Ulysse. Denique & ex accidentibus finguntur personæ. Vt
cùm Prodicus sophista virtutem & voluptatem inter se conten-
dentes*

dentes induxit apud Xenophontem lib. II. *Ἀπομυμνομένων*. Cujus etiam rei meminere Cicero lib. 1. Off. & epist. ad Luceium, Quintilianus lib. IX. cap. 11, & Iustinus Martyr apologiâ priore. Ac imitatus etiam Silius in quindecimo, ubi Xenophontis, sive Prodiçi figmentum ab Hercule in Scipionem transfert. Nec hujusmodi ed figurâ esse desinant, quia sint pars argumenti poetici: uti multi sentiunt, quos secutus Federicus Cerutus Veronenfis Maronianam Famæ, & Ovidianam Famis descriptionem, figuram esse negat, quia utraque sit argumenti pars, quam *fictionem* appellat Fabius. Quasi quicquam prohibeat, quo minus idem, pro diverso considerandi modo, uti figura sit, tum pars argumenti.

Nec tantum personæ fictio est, cum non personam loquitur: sed etiam, cum non personam alloquimur, quasi personam. Ut apud M. Ciceronem in Milonianâ: *Vos, inquit, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro, atque obsecro, vosque Albanorum obruta ara, sacrorum populi Romani sociæ & æquales, quas ille præceps amentia, cæsis prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresserat* &c. Et apud Maronem Mezentius † equum, Turnus * hætam alloquitur. Hujus generis *ὑποπόροια* crebra est in Psalmis, & Prophetis: uti & alterum genus, in quo sermo tribuitur rebus mutis. Ita David Psal. cxii * compellat mare, flumen, montes, colles; ac respondentia inducit. Isaia: lv. 12. *Montes ipsi, & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.* Jerem. lviii. 6. *O mucro Domini, usquequo non quiescis? ingredi in vaginam tuam refrigerare, & sile.* Baruch iii. 34. 35. *Stella dederunt lumen in custodijs suis, & letata sunt. Vocata sunt, & dixerunt, Adsumus.* Abacuc ii. 11. 12. *Lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter juncturas adificiorum est, respondebit. Væ, qui edificat civitatem in sanguine, & preparat urbem in iniquitate.* Osee xii. 14. *Ero mors tua, o mors: ero morsus tuus, inferne.* Et quod inde expressum 1. Cor. xv. 55. *Vbi tuus, mors, aculeus? ubi tua, inferne, victoria?* Cur verd sic Scripturæ loqui ament, optimè expressit B. Chryostomus in cap. viii. ad Rom. homil. xiv. Vbi *ὑποπόροια* latius accipit, ut ita dicatur, quodocunque sensus humanus tribuitur non personæ. Tale est Apostoli * illud (ut Latine solum ponam) *Etenim sollicita creatura expectatio, expectat, ut pascam sicut filij Dei. Quippe vanitati creatura subjacet, non volens, sed propter eam, qui subiecit illam sub spe. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloria filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura congestis, simulque nobiscum parturit, usque ad hoc*
tempus.

* Ps. 10.

* Ps. 12.

* At Hebr.

144.

* Rom 8.

vers 19.

20.

tempus. Ad quæ verba sic B. Chryſoſtomus : ὁ ἄνθρωπος ἡμῶν ὁμοιωθεὶς τῶν λόγων, ἢ προσωποποιεῖ τὸν λόγον ἅπασαν τὴν. *Vi oratio significantioreſſet, mundum hunc univerſum quaſi perſonam inducit. Adjungit deinde, ut Latine quidem ſonant: Quod & propheta faciunt, inducentes tum fluvios manibus plaudentes, tum colles ſaltantes, tum montes ſubſilientes, non ut animata hæc eſſe arbitremur, neque ut attribuamus iſis cogitationem ullam: ſed ut bonorum amplitudinem (τῶν καλῶν ὄντων ἡδονῶν) ex eo diſcamus: quippe qua etiam ad ſenſus expertia pertingat. Hoc ipſum vero etiam in rebus moleſtis crebro faciunt, inducentes & vitem lamentantem, & vinum, & montes, & templi laquearia ejulantia, ut & inde iterum malorum magnitudinem intelligamus. Hos itaque Apoſtoloſ imitans, hic creaturam veluti perſonam inducit (προσωποποιεῖ τὸν χρίστων ἐπαύδα) atque eam ait ingemiſcere, & parturire: non quia ſuſpirium illum à terra, vel celo, editum audivit; ſed quò bonorum futurorum magnitudinem declararet, ac deſiderium ejus, ut malis liberetur præſentibus. Vide & Iuſtinum Mart. ad Orthod. qu. XLVII. Nazianzenum orat. XXXVI, five IV. de Theologia, & Damascenum Orth. Fid. lib. II. cap. VI.*

Quantus fit oratori hujus ſchematis uſus, oſtendit paucis Cornificius, cum ait, plurimum proficere in amplificatiōnis partibus, & commiſeratione. Item Aquila Romanus, qui figuram hanc ait plurimum in ſe continere dignitatis. Sæpe enim, inquit, quæ nos ex noſtra perſona dicentes vix ferant iudices, ſuppoſitâ dignitate perſona liberius dici & convenientius poterunt. Sed uſe imprimis de eodem Fabius †: Illa, inquit, adhuc audaciora, & majorum (ut Cicero exiſtimat) laterum, fictio- nes perſonarum, quæ προσωποποιεῖται dicuntur. Mirè namque tum variant orationem, tum excitant. Et paulò poſt: Suadendo, objurgando, querendo, laudando, miſerando, perſonas idoneas damus. Quæ à Fabio non de ſola proſopopœia, ſed etiam fermocinatione dicuntur. Hanc enim ſe προσωποποιεῖται nomine complecti, ipſe clarè indicat, ut ſuperius monebamus. Plura de προσωποποιεῖται inter cæteros vide apud Theonem in progymnaſmatis, qui accuratè docet, quæ in eâ obſervari debeant. Sed & Apſines adeatur lib. de Rhetoricâ, & Cælius Rhodiginus lib. XXVI. cap. XXVIII.

III. DE APOSTROPHE.

ΑΠΟΣΤΡΟΦΗΝ videtur Hermogenes repoſuiſſe inter ἑπιμαρτυρίας. Verùm, cum in eo affectus non habeat, non eſt, quoddam multæ ejus ſententiam diluamus. Fabio † deſignitur hoc ſchema, fermo à iudice converſus. Atqui non ſemper coram iudice habetur oratio.

oratio. Alijs apostrophe est, cum ad personam aliam convertimus orationem, quam instituta requirat oratio. Verum interdum fit conversio ad res inanimas, ut parebit ex exemplis, quæ subnectam. Perfecta itaque fuerit definitio, si dicamus, *Vos populi fieri*, cum sermonem ad aliam personam, vel quasi personam, avertimus, quam instituta oratio requirat. Ut Catilinariâ 1. prius ait Tullius : *Cupio, patres conscripti, me esse clementem &c.* At postea inquit : *Si te jam, Catilina, comprehendi, si interfici jussero, credo erit ferendum mihi, ne non hoc potius omnes boni ferius à me, quam quisquam crudelius factum esse dicat.* Atque in orationis fine prius sic loquitur : *Polliceor hoc vobis, P. C. &c.* At postmodo ait : *Hisce omnibus, Catilina, cum summâ reip. salute, & cum tuâ peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere, parricidioque omni junxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium.* Eiusdem est pro Milone : *Vos, vos appello fortissimi viri, qui rultura pro Rep. sanguinem effudistis : vos in viri, & in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites ; vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio presidentibus, hæc tanta virtus ex hâc urbe expelletur ? Et eâdem : Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant ? quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum ?* Item pro C. Rabirio est apostrophe ad quosdam in concione clamantes : *Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, cum indicat, esse quosdam cives imperitos, sed non multos. nunquam, mihi credite, populus Rom. hic, qui silet, consulere me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur.* Cumque alter hinc, sed minor secutus esset clamor, eosdem sic Tullius compellavit : *Quanto jam levior est acclamatio ! quin continetis vocem indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis ?* Redit deinde ad institutum : *Libenter, inquam, confiterer, si verè possem &c.* Crebra etiam est poetis. Ita Maro opus quidem suum Mæcenati dicat : unde ait,

Quid faciat laras segetes, quo sidere terram

Vetere Mæcenas, ulmisque adjungere vites

Conveniat.

At post aliqua subiungit :

--- *Vos ô clarissima mundi*

Lumina, labentem celo que ducitis annuum,

Liber, & alma Ceres.

Idem 11. Georg.

Scipiadas duos bello, & te maxime Caesar.

Et 14. ejusdem operis :

Ipse cavâ solans agrum testudine amorem,

Te dulcis

*Te dulcis conjux, te solo in litore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.*

Eiusdem est 21. Æn.

--- *Peruenitque Hypanisque, Drymasque,*

*Confixi à socijs: nec te tua plurima, Panibus,
Labentem pietas, nec Apollinis insula texit.*

Ovid. iv. Met. †

† fab. 4.

*Quid non sentit amor? primi vidistis amantes,
Et vocis fecistis iter.*

Neque Scripturæ hoc schema nesciunt. Christus apud Matt. xi: Tyro, & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij, quam vobis. Et tu Capernaum, qua usque ad caelum exaltata es, usque ad inferos detrahèris. Psal. cxiv: *Mare vidit, & fugit: Iordanis conversus est retrorsum. Quid est tibi mare, quòd fugisti: & tu Iordanis, quòd conversus es retrorsum? Vbi & ἀποστολιῆ est, ut superius exposui. Nempe apostrophe non solum fit ad personas, sed, ut dicebamus, etiam ad quasi personas. Quomodo prius ad mortuam Thifben, mox ad leones orationem convertit: Pyramus apud Nafonem †:*

† lib. 4.
Met fab. 4.

--- *Vna duos, inquit, nox perdet amantes:*

*E quibus illa fuit longà dignissima vità.
Nostra nocens anima est. ego te, miseranda, peremi:
In loca plena metus, qui jussi nocte venires;
Nec prior huc veni, nostrum divellite corpus,
Et scelerata fero consumite viscera morsu,
O quicumque sub hâc habitatis rupe leones.
Sed timidi est optare necem.*

Itidem ad inanima apostrophe fit. Vt Æn. ii:

Troiaq; nunc stares, & riamiq; arx alta maneres.

Fit etiam apostrophe solum *διὰ τὴν ἄγνοιαν τῶ ἀνθρώπου* †, ut Eustathius ait

† ob com-
munitatem
mei.
* lib. 2.
Easf.

in Il. ii. Tale illud Nafonis *:

*Brutus era: stulti sapiens imitator, ut esset
Tutus ab insidijs, dire Superbe, tuis.*

Interdum quoque orationem quis convertit ad se ipsum. Ecl. ii:

Inferè nunc, Melibœe, pyros, pone ordine vitas.

Vbi & ironia. Item Ecl. ii:

Ab Corydon, Corydon, qua te dementia cepit?

Et iv. Æn. ait Dido:

Quin moreve, ut merita es, ferroque averte dolorem.

Imò sacra quoque pagina ejusce apostrophes exempla suggeret.

Vt Psal.

Vt Psal. XXVII. 13. 14. *Credo, me visurum bona Domini in terra viventium. Expecta Dominum, viriliter age, & corroboretur cor tuum.* Item Psal XLII. 6. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbus me?*

lib. 3. cap.
2. sect. 11.

Quamvis autem nonnulli, ut autor est Fabius, negarint, apostrophem in orationis principio adhiberi posse: interdum tamen in hoc quoque locum habere, vel ostendit initium Invektivæ primæ in Catilinam: *Quousque tandem abutere, Catilina, patientiâ nostrâ?* Quin, ut de more veterum oratorum, quem alibi† exposui, nihil nunc dicam, poëta etiam cùm Græci, tum Latini, in operis ingressu, Deos invocantes, *ἄσπεσποψῆ* utuntur: sed Græci quidem prius invocant, inde proponunt; Latini autem propositioni subdunt *ἄσπεσποψῆ* ad Deos.

Illud verò rarissimum omnino, ac fortassis singulare, ut apostrophe *ἄσπεσποψῆ* instituat: cuius rei exemplum suppeditat Maro in octavo:

*Haut procul inde cita Metium in diversa quadriga
Distulerant (at tu dictis, Albane, maneres)
Rapiabatque viri mendacis viscera Tullus.*

lib. 9.
cap. 2.

Movet hoc schema admodum, teste Fabio †, cùm vel adversarios invadimus: ut pro Ligario; *Quid nempse tumus ille, Tubero, in acie Pharsalicâ gladius agebat?* Aut cùm ad invocationem aliquam convertimur: ut pro Milone; *Vos enim jam ego Albani tumuli atque luci, &c.*

† pro Sext.
& Verr. 7. pronia!

vel ad invidiosam implorationem: ut †; *O leges Porcia, legesq; Sem-*

IV. DE COMMUNICATIONE.

COMMUNICATIO, quæ Græcè *ἀπαρίτωνε*, atque (ut ex Rufiniano discimus) etiam *ἰσωνότης* dicitur, est deliberatio cum ijs ipsis, apud, aut contra quos dicimus. Itaque Fabio, ac Rufiniano etiam, est duplex. Nam interdum, quia inficiari, vel culpam transferre non possumus, participem aut consilij, aut facti nostri facimus adversarium. Exemplum adducit Fabius Domitij Afri pro Cloantilla: *At illa nescit trepida, quid liceat femina, quid conjugem deceat. Fortè vos in sollicitudine obvius casus misere mulieri obruli. Tu frater, vos paterni amici, quod consilium datis?* Interdum consilium nostrum cum auditoribus ita facimus commune, ut ab ipsis quasi petamus: ut Cato; *Cedo si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis?* Et alibi, *Communem rem agi putatote, ac vos huic rei prepositos esse.*

Communicationis quoque exemplum fuerit: *Sitne magis hominibus*

nibus, an Deo obtemperandum, ipsi iudicate.

Cum autem duo hæc postrema exempla citra interrogationem fiant, mihi quidem hæc *Σειρήναι ἐν ὁμιλίαις* * persuaserit, communi-
 cationem esse speciem interrogationis; quæ tamen inter alios * *Sirenibus magis ad persuadendam aptus.*
 Ludovici quoque Carbonis † sententia est. † *lib. i. de elec. orat. cap. 19.*

Gaudet hoc schemate Tullius: cuius unum ex Divinatione exemplum, aliud ex orat. pro Sextio, duo ex Quinctianâ, apud Rufiniana invenies.

Habet autem maximam vim ad movendos auditores. Nam prius genus, quo adversarium consulimus, plurimum valet ad extorquendam confessionem: posterius, quo cum auditoribus deliberamus, mirifice confert ad animos eorum flectendos; quia & benevolentiam conciliat, & causæ ostendit æquitatem, si in iudicibus, aut aliis qui adsunt, spem ac fiduciam ponamus. Et hæc de schematibus, quæ ratione personæ figuram accipiunt.

CAP. VI. I.

DE SCHEMATIBVS ÆQUE DICENTIBVS, ET FIGVRANTIBVS SERMONEM RATIONE EORVM, QUÆ RESPICIUNT REI O' T Σ I' A N.

QUÆ ratione rei figurant, partim ea spectant, quæ sunt de re, quæ alia ad essentiam pertinent; partim quæ sunt in re, ut sunt adjuncta; partim quæ sunt extraneæ, ut sunt similia, & opposita.

Primi generis sunt, sententia, definitio, distributio, congeries, ἐν ἑξαοῦδε, & incrementum.

Sententia est generale pronunciatum de rebus agendis, aut vitandis.

Definitio est nominis rei vè explicatio.

Distributio dicitur, cum totum amplificamus per species, aut partes suas, sive per se, sive per accidens insint.

Congeries, cum coacervamus species, vel res diversas.

Ἐν ἑξαοῦδε est, quando res magnas, diversasque narrationis partes, celeritate quadam percurrimus.

Incrementum vocatur, cum per gradus quosdam ad summa pervenimus.

I. DE SENTENTIA.

QUÆ ratione rei sermonein figurant, trium sunt generum. Nam, ut apud Dialecticos loci artificiales vel sunt interni, quod refer genus, speciem, definitionem, totum, & partem; vel conjuncti quod pertinent proprium, accidens, conjugata, causa, & effectum; vel disjuncti, ut sunt notatio, similia, comparata, & opposita: ita apud Rhetores schemata sunt vel de re, & essentiam spectant; vel in re, ut quæ ducuntur ab adjunctis; vel extra rem, sicut quæ figurantur similibus, & oppositis.

Ratione essentiaæ figurant sermonein sententia, definitio, distributio, congeries, ἐπιχειρηματις, & incrementum. Ex quibus sententia è loco generis petitur: definitio, non omnis quidem, sed potissima, ad quam reliquæ reducuntur, totam rei essentiam explicat, quod genere fit, & differentiâ: distributio præcipua vel species exponit, vel partes essentielles; aut materiales seu integrales: quale quid etiam congeries facit, quæ nec rard pro specie reponit individuorum acervum: ἐπιχειρηματις narrationis partes summâ celeritate percurrit: incrementum etiam, quid rei sit, aperit, ied gradatim.

† dictum generale, & breve, de re ad vitam pertinentem.

T N O M H, sive sententia definitur à Plutarcho, *καθ' ἑαυτὴν καὶ ἐπὶ τῶν βίων λόγῳ σωτηρίου*. Exemplorum abunde est, & jam varij totis has voluminibus undique collegerunt. Quare pauculis hîc erò contentus. Cicero in **II**. de Fin. *Quid turpius, quàm sapientis vitam ex insipientium sermone pendere?* Idem de Senectute: *Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus.* Sallust. in Catil. *Is demum mihi vivere atque frui animâ videtur, qui aliquo negotio intentus præclari facinoris, aut artis bona famam quarit. Sed in magnâ copiâ virum aliud alij natura iter ostendit.* P. Syrus mimus:

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest.

Vitruvius præfat. lib. **VI**. *Proprietas divitiarum maximè, nihil desiderare.* M. Seneca præfat. lib. **IV**. epit. *Magna & varia res est, tum doctrina, tum eloquentia: nec alterutra adhuc ulli se totam indulsit. Satis felix est, qui in aliquam ejus partem est receptus.* Plinius lib. **III**. epist. **XX**. ad Maximam: *Multi famam, conscientiam pauci verentur.* Et lib. **IV**. epist. **VII**: *Recta ingenia debilitat verecundia, perversâ confirmat audacia.* Gellius lib. **XVIIII**. cap. **I**. *Virtus sola beata vita instat est.* Ex scriptoribus Ecclesiasticis multorum loco fuerit hoc B. Bernardi homil.

XXXVI. in Cantica : *Sunt qui scire volunt, ut sciant; & curiositas est: sunt qui, ut sciatur; & vanitas est: sunt qui, ut vendant; & turpis questus est: sunt qui, ut adificent; & caritas est: sunt qui, ut adificentur; & prudentia est.* Atque hæc sunt *γρῶμα* simplices. Sunt aliæ, quibus ratio adnectatur. Earum tale Cornificius *†* exemplum adfert: *Omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandæ; propterea quod sola virtus in sua potestate est: omnia præter eam subiecta sunt fortuna dominationi.* Simile est hoc Plinij lib. **III.** epist. **IV.** : *Est ita comparatum, ut antiquiora beneficia subvertas, nisi illa posterioribus cumules. Nam quamlibet sæpe obligati, siquid unum neges, hoc solum meminere, quod negatum est.*

De usu sententiæ ita Cornificius : *Sententias interponi raro convenit, ut rei actores, non vivendi præceptores, esse videamur. cum ita interponitur, multum adferent orationi. Nam necesse est animo eam comprobet tacitus auditor, cum ad causam videat accommodari rem certam ex vita & moribus sumtam.* Hæc de sententiâ nunc succecerint. Pleraque eorum, quæ hîc præterimus, cognoscere fuit ex ijs, quæ diximus lib. **II.** cap. **XV.** sect. **III.**

II. DE DEFINITIONE.

DEFINITIO dicitur quævis nominis, aut rei explicatio. Latius enim à Rhetoribus, quàm à Philosophis, hæc vox accipitur. Aristoteli plurimum differunt definitio, descriptio, interpretatio. Interpretatio enim nominis est declaratio. Descriptio rei accidentia exponit. Definitio est *ἁπλοῦς ἡ ὁριστικὴ*, h. e. *oratio explicans essentiam rei.* Rhetoribus autem nomen definitionis hæc omnia comprehendit.

Ex ijs verò definitionis exemplis, quæ à Cornificio adducuntur, colligere est, schema hoc vel simplex esse, qui Græcis *ἁπλοῦς* dicitur; vel conjunctum, qui *ἑνωθεὶς* vocatur. Prioris generis hoc exemplum adfert : *Majestas reip. est, in qua cominetur dignitas & amplitudo civitatis.* Item, *Injuria sunt, que aut pulsatione corpus, aut convitio auris, aut aliqua turpitudine vitam cujusquam violant.* Similiter Cicero pro Sextio definit, quid sit optimatem esse : secundâ de lege agrariâ contra Rullum, quid sit esse consulem popularem : pro lege Maniliâ, quid, & quantum illud sit, esse bonum imperatorem. Etiam hanc legis definitionem habes apud Demosthenem contra Aristogitonem : *Νῆμα ἔστιν εὐρημα μὲν καὶ δ' ἄγον οὐδὲν, δόγμα δ' ἐστὶ ἀρετῶν ἐργασίμων, ἐκαστὸν δ' ἐστὶν ἐκαστῶν, καὶ ἀκρίτων ἀμαρτυροῦτων, πάλαι δ' ἐστὶν*

ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἴσμεν. Lex est inventum & do-
nium deorum, decretumque hominum sapientum, emendatio delictorum son-
silio vel inconsulto commissorum, civitatis commune pactum, juxta quam
omnes convenit in urbe vivere.

Conjuncta verò definitio, sive ἀνδεσμός vocatur, cùm rei falsum
nomen adimitur, verumque imponitur. Vt act. III. in Verrem:
Non enim furem, sed creptorem; non adulterum, sed expugnatorem pud-
icitie; non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque; non sicarium, sed
crudelissimum carnificem civium sociorumque, in vestrum judicium adduxi-
mus. Alij hoc schema vocant ἀνδεσμός & διαπορεύω: P. Rutilio Ἐγείας ἀδ
dicitur; qui exemplum hoc adfert ex Hyperide: Nam cùm catero-
rum opinionem fallere conaris, tu te te frustra. non enim probas te pro
astuto sapientem intelligi; pro confidente, fortem; pro illiberali, diligentem
rei familiaris; pro malevolo severum. nullum est enim vitium, quo virtutis
laude gloriari possis. Addit deinde, Hoc schema scilicet illustrius fieri,
cùm ratio proposito subjungitur. Atque ejus rei tale adducit exemplum:
Quapropter nolo te sapius parcum appellare, cùm sis avarus. Nam qui
parcus est, utitur eo, quod satis est: tu contra propter avaritiam, quo plus
habet, magis eges. Ita non tam diligentia fructus, quam inopia miseria,
te consequitur. Cui planè geminum illud apud Cornificiam; verum
is, ut dixi, non Ἐγείας ἀδ, sed definitionem vocat: Non est ista di-
ligentia, sed avaritia: ideo quòd diligentia est accurata conservatio suorum;
avaritia, injuriosa appetitio alienorum. Item, Non est ista fortitudo, sed
temeritas, propterea quòd fortitudo est contemptio laboris & periculi cum ra-
tione utilitatis, & compensatione commodorum: temeritas est cum inconside-
rata laborum perpeffione gladiatoria periculorum susceptio. Vbi, ut obiter
id addam, videmus, fortitudini opponi temeritatem sive audaciam;
eamque in perpeffione constitui: unde lucem capit illud Horatij *,
Audax omnia perpeti. Et sanè sic omnes philosophi: ut opus non sit
cum nonnullis hic statuere duram illam κατὰ γενῶν, quàm ἀέθειον poni-
tur pro ποτεῖν. Quemadmodum & in altero ijdem falluntur, cùm
consent, audaciam Horatio esse τὰ ἀδ, quod ei verè est ἰδ, sed
v. tiosum, quippe fortitudinis excessus. Adde quòd, cùm Græcis
ἀέθειον sumitur pro ποτεῖν, non aliunde id est, quàm quòd οἱ ποτεῖν τ
ἡρότων πηδὲ ἔστωι ἀέθειον, ut Aristophanis scholiastes ait in Nebulas.
Quod in audacia manifestum est; ubi, ut superior temeritatis defi-
nitio ostendit, duo hæc concurrunt, inconsiderata laborum perpeffio, &
gladiatoria periculorum susceptio. Sed hoc obiter. Illustris etiam Ἐγεί-
ας ἀδ est apud Ciceronem pro Cælio: Aliud est maledicere, aliud
ascusare.

* lib. I. od.
3.

† facientes
quodam
modo pati-
untur.

accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut nover, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si perulantius jactatur, convicium; si facetius, urbanitas nominatur. Instituitur hoc schema etiam veli ἐπιτόμοσσι. Vt pro Milone: Quas ille leges, si modo leges nominanda sunt, ac non potius faces urbis, ac pestes Reip.

Vtimur hac figurâ, non tantum ornatus causâ, sed etiam ad amplificationem, ac claritatem. Quo de usu sic Cornificius: Hac ideo commoda putatur exornatio, quod omnem rei cuiuspiam vim & potestatem ita dilucide proponit, & breviter explicat, ut neque pluribus verbis operuisse dici videatur, neque lucidius potuisse dici putetur.

III. DE DISTRIBUTIONE.

DISTRIBUTIO est, cum totum in partes diducimus. Quot verò modis fiat, neququam huc inferre est visum, tum quia è Logicis id notum arbitror: tum ne calumniandi ansam demus obstreperis quibusdam hominibus, qui cum vix aliud sciant aut crepent, quam tres necessariorum pronuntiatorum gradus, (quos artium esse canonas falsò persuasum habent) omnia tamen omnium censorio quodam supercilio convellere atque exagitare audent, atque ad eò, quasi cuminum aut ocimum serant, Aristotelem etiam convicijs ac maledictis lacestant; qui & philosophos, & Rhetores omnes, βασιλικὴ πύλη ἐσπύριον *.

Porro tum definitio, tum distributio, tunc tantum sunt schema-
ta, cum ornandi, aut amplificandi gratiâ adhibentur. Exempli gratiâ, distributionis schema est in illo Martialis t:

Dat populus, dat gratis eques, dat thura Senatus.

Vniversi enim signantur Romani, quia, ut & alibi passim, per *populum* plebs intelligi debet: à quâ significatione *popularia* dicebantur in theatris loca, quæ plebs occupabat. Eademque distributione usus est Claudianus lib. III. de laudibus Stiliconis t: imò & Tullius non uno in loco *, atque alij. Est & distributio in hoc Statij Papinij de decantatâ à juvenibus ac puellis Stellæ Asteride (id poemati Stella à se nomen indiderat, quasi Stelleidem dicas, per quam, ut Calderinus †, & Parrhasius †, rectè censuere, Violantillam amicam intelligebat, sive, ut Græcè vocat Martialis †, Janthida)

Asteris & vatis totum cantata per orbem,

Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu.

* regio ethi-
bica superava-
ria.

† lib. 8. ep.
15.

† vers. 49.
& 50.

* pro Milo-
ne, & in Pi-
sonem.

† comm. in
Martial.

* in epist.
† l. 6. epigr.

21. lib. 7.

epigr. 13.

&c.

Tempus ad amplificandum dividit in matutinum, nocturnum, & id quod ante prandium ac cœnam est: quod majorem habet *estigmat*, quàm si dixisset, semper Aferida in ore esse. Ridiculè verò Claudius Verderius pro *oritur* substituere jubet, *es tu*. Atque idem non dubitat poetam supinæ oscitantæ infimulare, quòd *Stellam* vocet *Asterida*; quando, ut inquit, qui *Stella* nominatur, non magis *Asteris* dici possit, quàm, qui *Felix* dicitur, *Faustus*; qui *Iuuenctus*, *Taurus*; qui *Murina*, *Piscis*. Quin idem alius quoque spissi erroris arguit Stacium; quòd cum *Stellam* vocat *Asterida*, nescisse videatur discrimen *ἀστὴρ*, & *ἀστρον*, quia *ἀστὴρ* dicatur de planetis, *ἀστρον* de cœli octavi stellis. Atqui ex Suida ipso discere possumus, non aliter differre *ἀστὴρ*, & *ἀστρον*, quàm *stella*, & *sidus*. Sed Verderianâ istac in auctores censione vix aliud vidi magis inficetum, magisque censione dignum, si modò opus illud vel tam facili operâ dignum.

IV. DE CONGERIE.

DISTRIBVTIONIS nomine multi etiam comprehendunt figuram, quæ *CONGERIES* vocatur. Distinguunt eo alij, quia distributio vel pro genere suas ponat species, quæ propriè divisio, Græcis *διαζῶσις* dicitur: vel prototo essentiali, aut materiali sive quantitativo, afferat partes, quæ ei respondeant, quæ propriè partitio, Græcis *μεσότης* nominatur: congeries verò varias personas, actiones, aut res enumeret, inque unum quasi acervum congerat, & condenset; unde & *ἀναείδμησις*, & *συναδρῆσις* vocatur. Differt à *συναρρηξίᾳ*, quòd hæc plura *ἰσθδωαμῶντα*, congeries plura omnino diversa congerit. Invectivâ III. in Catilinam: *Omnia nōrat, omnium aditus tenebat: appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat. Erat es consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus derat, &c.* Pro lege Maniliâ: *Quod denique belli genus esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Respublica? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispanicè, mistum ex civitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus, seroile, navale bellum, varia & diversa genera bellorum, & hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta. Orat. post reditum in Senatu: Quæ enim tanta potest existere ubertas ingenij, quæ tanta dicendæ copia, quod tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos universa præmerita, non dicam complecti orando, sed perconsere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratris amantissimum, liberis nostris parentes, nobis liberos, qui dignitatem, qui ordinem, qui fortuna*

nam, qui amplissimam Remp. qui patriam, quæ nihil potest esse jucundius; qui denique nosmet ipsos nobis reddidistis. Pro Milone: Dura mihi mediisusidius jam fortuna populi Rom. & crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc Remp. insultare videret, & patereur. Polluerat stupro sanctissimas religiones; senatus gravissima decreta perfrugerat; pecuniam se palam iudicibus redemerat; vexarat in tribunatu senatum; omnium ordinum consensu pro salute Reip. gesta resciderat; me patriam expulerat; bona diripuerat; domum incenderat; liberos, conjugem meam, vexarat; Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat; magistratum, privatorumque caedes effecerat; domum mei fratris incenderat; vastarat Hetruriam; multos sedibus ac fortunis eiecerat; instabat, urgebat &c.

Habet hoc schema imprimis locum, cum aut maleficia, aut beneficia amplificentur: ac ferè adhibetur, ubi incalescit oratio.

Miram verò elegantiam adfert tum congeries, tum distributio, si, rebus enumeratis, quædam ita subijciantur, ut singula singulis respondeant. Hoc figuræ genus nonnulli κατ' ἔοικω διαίρεση, vel distributionem, vel designationem appellant. Ut pro Cælio: Sed ego Atriatino, humanissimo atque optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, quia habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel ætatis. Si voluit accusare, pietati tribus: si iussus est, necessitati: si speravit aliquid, pueritie. Cæteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum. Idem pro Muræna: Meruisse verò stipendia in eo bello, quod tum populus Romanus non modo maximum, sed etiam solum gerebat, virtutis; patre imperatore libentissimè meruisse, pietatis; finem stipendiorum patriæ victoriam ac triumphum fuisse, felicitatis fuit. Qui seculo post Ciceronem vixere, & deinceps, impensius sunt hac figurâ delectati: maxime in brevissimis colis. Plinius lib. II. Hist. Nat. cap. LXIII: Aquæ subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, precipitantur in torrentes: air densatur nubibus, furit procellis. Solinus cap. XXVII. de monte Atlante: Amanat & fontibus, nemoribus inhorrescit, rupibus asperatur, squalet sejunio. Talium densa est apud Appuleium leges. Amant quoque Tertullianus, & Cyprianus. Illius est Apol. cap. XX: Vani erunt homines, nisi certi sint à primordio pluvias de celo misisse, & sidera radiasse, & limina floruisse, & tonitrua mugisse. Hujus est libro de bono patientiæ: Videmus inseparabili aequalitate patientiæ, nocentibus & innoxys, religiosis & impijs, gratis agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere, grandescere copias messium, fructus mitescere vinearum, exuberare pomis arbuta, nemora frondescere, prata florere.

Tum ad *συναρμύλαι*, tum ad *συναρμύλαι*, pertinet *διὰ τὴν*, quæ conjunguntur voces tum idem, tum diversa significantes. Cic. Catil. 1: *Et Catilina profectioe omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videtis.*

V. DE ΕΠΙΤΡΟΧΑΣΜΩ.

ΣΥΝΑΘΡΟΙΣΜΩ affinis est ΕΠΙΤΡΟΧΑΣΜΟΣ. Est hæc figura, quæ res magnas, diversasque, celeritate quadam percurrimus. Habet imprimis in narrando locum. Quomodo à congerie differat, ostendit Aquila Romanus, his verbis: *Εἰς ἔχαστος, percursio, differt à coacervatione, quòd cum illa res diversa plures in eundem locum conferat; hæc distantia plura inter se percurrens velocitate ipsâ circumponit. Vi si velis dicere: Casar in Italiam evolat, Corfinium presidio desertum cepit, urbe potiebatur, Pompeium persequiebatur. Tale quoque est illud Cæsaris: Veni, vidi, vici. Vbi & ἀντιπαρα, quod in priori etiam concurrat, antea statuimus. Et Maronis hoc in IV. ÆN.*

† *apud Tr. quillum in Cas. cap. 37.*

--- *facis in castra tulissem,*

*Implesemque foros flammis, natumque, patremque
Cum genere exstinxem, memet super ipsa dedissem.*

VI. DE INCREMENTO.

INCREMENTVM est, cum per gradus ab infimis ad summa imus. Cicero pro Roscio Amerino: *Hoc cogitatis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostendetis, eò prorumpere hominum cupiditatem, & scelus, & audaciam, ut non modo clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes vestros Iudices, inter ipsa subfellia, cedes futura sint.* Primus infimusque gradus est, *clam*; alter, *in foro*; tertius, *ante tribunal*; quartus, *ante pedes*; quintus & summus, *inter subfellia*. Intellige autem trina subfellia, iudicum, accusatorum, reorum. Idem pro Postumo: *Quamobrem illud maneat, & fixum sit, quod neque moveri, neque mutari potest, in quo equi sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui, ipse etiam insanisse se confitetur, quòd suam, quòd amicorum pecuniam regi crediderit.* Minus est, *sperasse aliquid commodi*, quam *peccasse*: *peccasse* item minus, quam *insanisse*. Affurgit etiam oratio in illo pro Quintio: *Miserum est exturbari fortunis omnibus; miserius, injuriâ: acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbius, à propinquo: calamitosum est bonis everti; calamitosius cum dedecore: funestum est à forti atque honesto viro jugulari; funestius, ab eo, cujus vox preconio questu pre-*
stitit:

*stis: in lignum est à pari vinct, aut superiore; indignius ab inferiore, atque humiliore: luctuosum est tradi alteri cum bonis; luctuosius, immico: horribile est capitis causam dicere; horribilius, priore loco dicere. Incrementum quoque est in isthoc Senecæ †: Turpissima tamen est iactura, que per † ad Lucil. negligentiam venit: & si volueris attendere, MAGNA vita pars elabitur ma-^{epist. 1.}le agentibus; MAXIMA nihil agentibus; TOT A aliud agentibus. Nam, ut obiter aureo dicto faculam alluceamus, multum temporis intemperantiâ, atque alijs vitijs perit; quod Senecæ est MALE AGERE. Plus verò partim otiosè transmittitur, partim rebus nihili consumitur; quorum utrumque est N I H I L AGERE. Siquidem latius patet Senecæ nihil agere, quàm Attilio; cuius illud, Plinio † teste, *Satius † lib. 1. est otiosum esse, quam nihil agere.* Nam Senecæ quoque nihil agit, qui ^{epist. 9.} non agit: at Attilio tantum nihil agit, qui agit, sed rem nihili; cuiusmodi moribus erat Attalus ille, in quem scriptum Martialis istud †: *Est, non est, quod agas, Attale semper agis.* Tertium erat ALIUD ^{† lib. 1. ep. 80.} AGERE, de quo res magis sub ancipiti hæret. Existimant viri eruditi, aliud nos agere, cum bonum agimus non attentè, aut non suo loco, aut temporè. At, iudicio meo, aliud agere tam latè patet, ut & comprehendat duo priora, nempe nihil agere, & malè agere; & ei tertium superaddat, bonum agere non bene. Nam, id nisi esset, nunquam diceret Seneca, T O T A M vitam elabi aliud agendo; cuius magnam agnoscit partem effluere agendo nequiter; maximam verò partim deficiæ ludum dando, partim vacando rebus nihili.*

Convenit incrementi schema, tum ad res ordine suo exponendas, tum etiam ad eas exaggerandas. Et hæc de schematibus, quæ figuram accipere solent ratione eorum, quæ ad essentiam pertinent.

C A P. IX.

D E Æ T I O L O G I A, D I A T Y P O S I,
E T H Y P O T Y P O S I.

EA, quæ sunt in re, explicant ætiologia, diatyposis, & hypotyposis. *Ætiologia est, cum ratio rei additur. Quæ si callidior fuerit, quàm verior, color nominatur.*

Diatyposis est, cum res ita describitur, ut cerni coram videatur. Differt ab hac hypotyposis, quod simplicior sit, minusque accurata.

I. DE AITIOLOGIA.

AT ratione eorum, quæ sunt in re, figurant αιτιολογία. διατίπως, & αιτιώπως. Quippe ea explicant, quæ licet non sunt de rei essentia, naturali tamen vinculo cum re cohærent. Vt in αιτιολογία est causa impulsiva; imò omne id, unde aliquid colligitur, ac probatur. In διατυπώσει verd, ac καταπύσει, tum causæ impellentes adferuntur, tum effecta, reique adjuncta, ac περιόσις.

Αιτιολογίας enim schema, ut Rutilius Lupus ait, efficitur ratione breui & sententiosâ, ita ut, quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur. Ejus hoc adfert exemplum: *Etsi acerbum vobis, quod dicturus sum videbitur: tamen æquo animo audiendum est. nam fere verum consilium, quod initio auditu grave est, in posterum cognita utilitate fit iucundum.* Ac hîc quidem ratio subjicitur. Vt & in illo Ciceronis divinatione in Verrem: *Intelligo, quam difficili scopuloque verser loco. Nam oîus omnis arrogantia sit molesta, tum illa ingenij, atque eloquentia, multo molestissima.* Et apud Cornificium: *Bene majores nostri hoc comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, vitâ privarent: Quid ita? quia, quam nobis fortuna facultatem dedisset, iniquum erat in eorum supplicio consumere, quos eadem fortuna paullo antè in amplissimo statu collocarat.* At interdum ratio præcedit; ut pro lege Maniliâ: *Etenim si veltigalia nervos esse Reip. semper duximus: cum certè ordinem, qui exerceat illa, firmamentum cæterorum ordinum rectè dicemus.* Quandoque etiam ratio medium occupat locum. Vt IV. Æn.

At regina dolos (quis fallere possit amantem?)

Præsensit, motusque exceptit prima futuros,

Omnia tuta timens.

Idem extra parenthesin fit in illo pro lege Maniliâ: *Hic in ipso illo malo, gravissimâque belli occasione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte is incommodis mederi fortasse potuisset, vestro jussu coactus, QUOD imperij disturnitati modicè statuenndum veteri exemplo putavistis; partem militum, qui jam stipendijs confectis erant, dimisit; partem Glabroni tradidit.* Interdum verd & geminatur ratio; ut pro lege Maniliâ: *De hujus autem hominis felicitate, quò de nunc agimus, hæc utar moderatione dicendi: non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam; sed ut præterita meminisse, reliqua sperare videamur: ne aut invidia dijs immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur.* Imò quandoque & fit causarum multarum connexio. Ita sex habes pro Plancio: *Quis est erga, qui*
ueget,

neget, ordinis ejus (publicanorum) studium fuisse in honore Plancij singulare? neque injuria: vel quod erat pater is, qui est princeps jamdum publicanorum: vel quod is ab sociis unico diligebatur: vel quod diligentissime rogabat: vel quia pro filio supplicabat: vel quia hujus in illum ordinem summa officia quaestura tribunatusque constabant: vel quod illi in hoc ornando, ordinem se ornare, & consulere liberis suis arbitrabantur.

Quod si ratio non verè, sed callidè, & probabiliter tamen, adferatur, CŒLOR dicitur. Vt cum Thrafo videri vult: prudenti consilio agere, quod faceret timore †:

† Eus. a. d.
4. s. 7.

Omnia, inquit, prius experiri, quam armis, sapientem decet.

Item cum Phœdria Antiphonem ait siluisse in judicio pro æ formidine, & pudore †:

† Phorm.
act. 2. s. 1.

--- Functus adoleſcentuli est

Officium liberalis. postquam ad judices

Ventum est, non potuit cogitata proloqui.

Ita eum tum timidum ibi obstupefecit pudor.

Cicero Catil. III: Cum multi glady, ac sica apud Cethegum depressa fuissent, dixit, se semper bonerum ferramentorum studiosum fuisse. De colore verò, quatenus ad inventionem pertinet, diximus lib. I. cap. x. tmemate VII.

Ad ἀπρωσύων refero etiam ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ, si id inter figuras etiam locum invenit. Eo utimur, cum volumus ostendere necessitudinem aut naturæ, aut alicujus personæ: ut inquit Rutilius Lupus, qui veterum solus Neccessarium; at (ut ego quidem cenſeo) nullâ prorsus necessitate, inter schemata reponit.

II. ΔΕ ΔΙΑΤΥΠΟΣΙ, ET ΗΥΠΟΤΥΠΟΣΙ.

ΔΙΑΤΥΠΩΣΙΝ Cicero vocat subjectionem sub adſpectum. Fabius formam rerum expressam verbis. Fit ea, cum rem ob oculos ponimus luculentâ narratione, proſequentes eas partes, quæ ἡδονῶν maxime comprehendunt in personis, in locis autem notabiles quasdam dispositiones. Differt ab eâ ὑποτύπωσις, quod hæc sit minutior, dilutior, simplicior: διατύπωσις verò sit accuratior, ideoque magis luminosam, ac quasi actuosam reddat orationem. Persequitur enim omnia; lecta tamen in gravi dicendi genere, in alijs omnia penitus. Sed vulgò vocabula hæc promiscuè usurpant. Habes διατύπωσις in illo Demosthenis de falsa legat. Θίαμα δ' αὐτοῦ, ὃ ἀρετῆς ἀδυναμία, καὶ ἐλευθερίας. ὅτε ἰδὼν ἐπορεύμεθα εἰς Δελφούς, καὶ ἀναγνῶντες τὰ ἔργα ἡμῶν

πάντα ταύτη, οίκους κατακαμύνας, τείχε θειρημένα, χόρον ἑρημον ἡδὲ
 ἡλική, γυμνάσιον δὲ ἡγεῖσθαι ἄλλα, ἡ ἀποβύτας ἀθροέντας οὐκ ἔστι. ἄλλος δὲ,
 δὲ ἀπὸ τοῦ ἐπιπέδου διασπαστοῦ τοῦ ἄλλου ἡδὲ καὶ καὶ οὐκ ἔστι. Spectaculum, Athe-
 menses, crudele erat, ac miserabile. Nam cum nuper projecissemur Del-
 phos, necesse erat videre omnia illa, domos dirutas, moenia prostrata, regio-
 nem juvenute orbata, muliere. las duntaxat, & pueros paucos, & senes,
 homines miserandos. Denique nemo assequi verbis possit mala, que nunc ibi
 sunt. Cicero VII. Verrinā: Ipse inflammatus scelere & furore, in forum
 venit: ardebat oculi: toto ex ore crudelitas eminebat: exspectabant omnes,
 quò tandem progressurus, aut quidnam acturus esset: cum repente hominem
 proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expectari jubet.
 clamabat ille miser, se civem esse Rom. municipem Cassanum: meruisse se
 cum L. Prezio, splendidissimo equite Rom. qui Panormi negotiaretur, ex
 quo hæc Verres scire possit. tum iste, se comperisse ait, eum speculandi cans-
 sã in Siciliam ab ducibus fugitivorum esse missum: cujus rei neque index,
 neque vestigium aliquod, neque suspisio cuiquam esset ulla. deinde jubet,
 undique hominem proripi, vehementissimeque verberari. cadebatur virgulis
 in medio foro Messane civis Rom. jud. cum interea nullus gemitus, nulla
 vox alia istius miseri inter dolorem, crepitumque plagarum, audiebatur,
 nisi hæc, civis Romanus sum, &c. Est & διαπόσιος in descriptione con-
 vivij M. Antonij Philipp. II: Personabant omnia vocibus ebriorum,
 natabant pavimenta vino, madebant parietes &c. Apud Cornificium,
 qui demonstrationem vocat, tale ejus est exemplum: Quod simul
 atque Gracchus prospexit, fluctuare populum, verentem, ne ipse auctoritate
 Senatus commotus, a sententiã desisteret, jubet advocari concionem. Iste in-
 terea, scelere & malis cogitationibus redundans, evolat ex templo Jovis, &
 sudans, oculis ardentibus, erecto capillo, contorta togã, cum pluribus alijs
 ire celerius cœpit. Illi praco faciebat audientiam: hic subsellium quoddam
 calce premens, dextrã pedem defringit, & alios hoc idem jubet facere. Cum
 Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt: ex alijs, alijs-
 que partibus convolant: atque è populo rursus, Fuge, inquit, Tiberi, fuge.
 Non vides? respice, inquam. Deinde vaga multitudo subito timore per-
 territa, fugere cœpit. At iste spumans ex ore scelus, anhelans ex infimo
 pectore crudelitatem, contorquet brachium, & dubitanti Graccho, quid es-
 set, neque tamen locum in quo constituerat, relinquenti, percutit tempus. Ille
 nullã voce delibans instam virtutem concidit tacitus. Iste viri fortissimi
 miserando sanguine adspersus, quasi facinus preclarissimum fecisset, circum-
 spectans, & hilaris sceleratam gratulantibus manum porrigens, in templum
 Jovis contulit sese. Etiam illustre est διαπόσιος exemplum, quod è
 Lycone

*tantum ruina taxata sint. Nunc autem non classem, in quam, sicuti pri-
dem, confugiant, superesse; non exercitum, cuius virtute servati pulchriora
possent moenia construere. Vbi & fermocinationem diatypoti conjun-
gi videmus. Egregia quoque διατυπώσις exempla suggerent char-
acteres Theophrasti, imagines Philostrati, & descriptiones Calli-
strati. Ostentatorem quali vivis coloribus ob oculos posuit Petro-
nius: uti & mulierem formosam: quod etiam Aristænetus facit
epist. 1. At virum formâ præstantem Heliodorus lib. III. in Theage-
ne, & in Theoderico Sidonius lib. I. epist. 11. Qui deformem quo-
que describit lib. IIII. epist. XIIII. Triumphum depingit Curtius
lib. IX. Insignis etiam est διατύπωσις illa Luciani, quâ ꝑ ad vivum ex-
pressit eorum vitam, qui mercede conducti in locupletum vivunt
familijs. Ammianus descripsit terræmotum lib. XVI; hominẽ
improbum, & potentem, lib. XXVI; ubi de Probo; vitiosos Roma-
norum mores, lib. XXVII; rabulas, lib. XXX; direptionem urbis, lib.
XXXI. Vide etiam ebriosorum illustrem descriptionem apud Basili-
um in concione χρι μεδούτων; hominis superbi, homil. undecimâ
lib. de opificio sex dierum; αλεονεξίας & avarorum, ἐν τῇ ὁμιλίᾳ ἐνδέ-
σῃ ἐν Λακίῳσι. Neque enim mihi ad excribendum multa aded otium
magis est, quàm tibi Lector ad inquirendum.*

*libro de
ꝑ in m-
de rui-
tis.*

CAP. X.

DE FIGVRIS A SIMILITVDINE, VEE
COMPARATIONE DVCTIS.

VIDIMVS de duobus generibus schematum, qua ratione rei figurant
orationem. Terti generis schemata partim a similibus petuntur, ut
assimilatio: partim a quodammodo oppositis, vel etiam verè contra-
rijs.

Assimilatio comprehendit exemplum, imaginem, collationem, & compara-
tionem.

Differunt exemplum, & imago, quòd exemplum ponatur, ut aliquid tale
fiat; imago autem propter assimilationem ipsam.

Differunt collatio, & comparatio, quòd illa rem, quam comparat eum aliâ,
loco priori collocat; hac verò posteriori.

I. DE ICONE, EXEMPLO, COMPARATIONE, ET COLLATIONE.

SV PERSUNT schemata, quæ figurantur ratione eorum, quæ sunt extra rem. Ea autem partim similitudinem notant, partim conjungunt ea, quæ inter se pugnant.

Prioris generis est **ASSIMILATIO** cujus apud Scaligerum species sunt, *ἑξιδρυμα, εἰκὼν, σύγκρισις, & συμβολή. Παρόδειγμα, & εἰκὼν* ei distinguuntur, quod **ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ** sive exemplum ponatur, ut aliquid fiat: **ΕΙΚΩΝ** autem seu imago propter ipsam assimilationem; quia primò respicit, non actionem ipsam, sed ut opinio aliqua in hominum animis inducatur. Itaque *εἰκὼν* est in illo Virgilij †: *Os humerosque Deo similis*. Aliaque imaginis exempla libro xv. † *Em.* posuimus: multa etiam à Pet. Victorio studiosè collecta vide lib. septimodecimo Var. Lect. cap. xxii. At *παρόδειγμα* est in illo Ciceronis invectiva i. in Catil. *An verò vir amplissimus P. Scipio, Pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum Reip. privatus interfecit: Catilinam orbem terra cade atque insendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? Idem i. de Offic. Quod si ea, qua accepimus attenda, majore mensura, si modo possis, jubet reddere Hesiodus: quidnam beneficio provocati facere debemus? an non imitari agros fertiles, qui multò plus afferunt, quam acceperunt?*

Inter *σύγκρισιν* quoque, & *συμβολήν*, sive comparisonē, & collationem, Scaliger hoc discrimen constituit, quod cum in utraq̃ue duo sint, res quæ assimilatur, & cui assimilatur; in comparisone priori loco ponatur id cui assimilatur, quæ pars dicitur *προσῆμις*; posteriori, quod assimilatur, quæ *ἀντιπροσῆμις* vocatur: contra autem in collatione præcedat res, quæ assimilatur. Itaque comparatio est in hoc à Ciceronis Hortensio: *Vt ij, qui combibi purpuram volunt, sufficient prius lanam medicamentis quibusdam: sic literis, talibusque doctrinis ante excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui, & preparari decet.* Item in illo pro Q. Roscio: *Vt ignis in aquam coniectus continuo resinguitur & refrigeratur: sic reservens falsum crimen, in purissimam & castissimam vitam collatum, statim concidit, & extinguatur.* Similiter Decimus Laberius † (quem Crinitus, & alij, perperam *Decium* vocant, cum id nomen ipsum, non prænomen, fuerit Romanis)

Vt edera serpens vires arboræas necat:

Ita me vetustas complexu annorum enecat.

bbb 3

Quem-

† *apud La-
crebiam l.
2. Sat. cap.
7.*

Quemadmodum & in versu, qui proximè sequitur, hujusmodi est imago:

Sepulchri similis nil nisi nomen retineo.

Respicit autem ad morem sui ævi, quo nomina marmoribus incidabant. Ut verò hic *ἀκὴρ* est negans: ita & comparatio interdum est negativa. Cujus tale est exemplum apud Cornificium: *Neque equus indomitus, quamvis naturâ bene compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates, & aptus, quæ desiderantur ab equo: neque homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem potest pervenire.* Sic Cicero pro Roscio Amerino: *Ut non frugem, neque arborem in omni agro reperire possis: sic non omne facinus in omni vitâ nascitur.* Et lib. II. Tulc. Qu. *Ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur: sic animi non omnes culti fructum ferunt.* Atque in hisce exemplis, prius est, quicum aliquid confertur: eoque comparatio est. At collatio est, cum Maro primum Georgicôn hâc claudit affimilatione:

Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,

Fertur equis auriga, neque audit currus habenæ.

Nam posteriori in loco ponitur id, cui quid confertur: quod & apud Homerum non rarè fit, quemadmodum observavit Porphyrius. Atque hinc liquet, quid judicij ferri oporteat de Servij opinione, qui comparisonem hic esse negat, quia vitiosè ea ponatur in fine. Est & collatiô, cum apud Maronem Juno non se Palladi, sed Pallada sibi confert, atque eam, Jovis tantum filiam, ait, potuisse momento Aiacem fulmine Jovis occidere: se, quæ *Divam incedat regina, Jovisque & savor & conjux* sit, tot annos cum unâ Troianorum gente bella gerere. Hinc verò alterum quoque discrimen eruimus. Nam comparatio semper habet similitudinem: in collatione verò dissimilitudo quoque esse potest.

Aristoteli *εἰκὼν, σύγκρισις, & συμβολή* comprehenduntur sub exemplo. Nam, quemadmodum supra † diximus, dividit *παράδειγμα* in factum, & fictum: fictum autem distribuit in duo genera; quia vel similem casum fingimus, quod *ἰσχυρὸν* vocatur; vel falsâ oratione utimur ad rem veram imagine quadam referendam, quod *ἁπόθευ* seu fabula dicitur. Diomedes lib. II. *ἁμοιότατος* tres facit species, *εἰκὼνα*, sive *εἰκασμὸν, παράβολον, & παράδειγμα*. Idem octo modis *παράβολον* fieri docet. Ipsum adi. Itidem Marius Victorinus tres similitudinis species statuit, *εἰκὼνα, παράβολον, & παράδειγμα*. Hæc ita distinguit: *Per imaginem, inquit, simile fit, cum ex simili specie unius vultibus comparamus. Per collationem simile facimus, cum rerum diversarum conferimus,*

† l. 2. c. 15.
scilicet 2.

conferimus, & copulamus, non speciem, sed naturam. Per exemplam autem tum simile facimus, si in exemplo ipso qualitas ostendatur. Qualitatem verò (ita enim apud eum legendum puto) mox explicat *vim*; numerum, vel figuram: unde liquet, si recta emendatio nostra, (quam confirmat, quod & antè, & pòst, à Victorino qualitatis mentio fiat) latè accipi *qualitatis* nomen, Rhetorum more.

Comparatio est duplex; una perfecta, altera imperfecta. Perfecta habet *ὀμοιωσιν*, & *ἰσοδοσιον*. Ejus notæ sunt, *quemadmodum, velut, &c.* At imperfecta solum exprimit *ἰσοδοσιον*, ac notis hujuscemodi destituitur. Maro Ecl. 11:

O formose puer, nimium ne crede colori.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Nisi allegoriam hoc vocare malis.

Quintilianus è schematum numero excludit comparisonem sive assimilationem. Nam generatim vocem hanc usurpat. Robortelius quoque, lib. de artificio dicendi, *ὀμοιωσιν* sive comparisonem censet veriùs esse probationis partem, quàm figuram sententiæ. Sane de exemplo, & collatione, non multum ad verfer. At de imagine, & comparatione, contrà videtur: quarum utraque magis ad illustrandum & ornandum instituitur, quàm ad probandum; neque tam affentiendi injicit necessitatem, quàm dissentiendi adfert pudorem.

Vtile autem illud præceptum Fabij lib. VIII: *Ne id quod similitudinis gratiâ adscivimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Debet enim, quod illustrando alterius rei gratiâ assumitur, ipsum esse clavius eo, quod illustrat.* Quare sanè poëtis quidem permittamus hujuscemodi exempla:

Qualis tibi hybernæ Lyciam Xanthique fluentia

Describit, aut Delon maternam invisit Apollo.

Non idem decebit oratorem, ut occultis aperta demonstrat.

II. DE DISSIMILITUDINE.

HACTENUS de assimilatione. Cui opponitur *ἀνομοιωσις*, sive dissimilitudo. Catullus †:

Soles occidere & redire possunt.

Nobis cum semel occidit brevis lux,

Nox est perpetuò una dormienda.

Cicero initio Philipp. III: *Certus autem dies non ut sacrificij, sic consilij expectari solet.* Quod si non satis aperta sit dissimilitudo, ejus ratio addi debet. Cicero I. Off. *Nec quemquam hoc errore duci oportet.*

ter, ut, siquid Socrates, aut Aristippus, contra matrem consuetudinemque civilem fegerint, locutiue sunt: idem sibi arbitratum licere. Magnis enim illi, & diuinis bonis hanc licentiam assequabantur.

C A P. XI.

DE PRIORI GENERE FIGVRARVM, QVÆ AB OPPOSITIS DVCVNTVR.

AB oppositis (sub quibus & disparata comprehendimus) duplices petuntur figura. Quadam enim tantum sunt schemata sententia: quadam præcipue quidem huius sunt loci, secundario autem ad schemata verborum pertinent. Prioris generis sunt dubitatio, inopinatum, correctio, concessio, confessio, & occupatio.

Dubitatio est, cum animus pendet, ac nescit quid agendum, dicendumue sit.

Inopinatum est, cum suspensis auditorum animis, aliquid præter eorum sententiam subijcimus.

Correctio est, quâ recedimus ab eo, quod prius diximus.

Concessio est, cum aliquid etiam iniquum concedimus, ut id, quod maxime causam iurat, impetremus.

Differt ab hac confessio, quod illa det partem, hæc totum. At utraque eo a permissione discrepat, quod hæc sit falli, illa dicti.

Occupatio est, cum id, quod obijci potest, priusquam obijciatur, ipsi asserimus, ac refutamus.

L. D E D V B I T A T I O N E.

AB oppositis petuntur διαπορισ, siue dubitatio, ἀεὶ δόξω, siue inopinatum, ἐπανόρθωσις, siue correctio, ἐπιτήρησις, siue concessio, παραμολογία, siue confessio, & ἀπαληψίς, siue occupatio. Quæ solum διαπορις esse schemata, non item ἀεὶ δόξω, satis est apertum.

ΔΙΑΠΟΡΗΣΙΣ vocatur Rutilio ἀπορία. Rufinianus utramque habet appellationem. Latinis dubitatio, vel addubitatio dicitur. Ea fit, cum animo pendemus, quia nescimus, quid è duobus aut pluribus dicendum nobis, aut agendum sit. Plerumque autem ea per interrogationem instituitur. Vt Ulysses narraturus Alcinoο labores suos †;

† Od. 7.
* quid prius
tantum, quid
deinde, quid
postremo
eloquar?

Τί φωνῶν, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω *

Aiax

Aiax apud Sophoclem †:

*Kai vus ti xei dezi **; &c.

† in *Aiace*
Flagelli se-
ro.

Cic. pro Roscio Amerino: *Quid primum querar? aut unde potissimum,* ^{Et quid}
judices, ordiar? aut quod, aut a quibus auxilium petam? Deorum im- ^{nunc facio}
mortalium? populine Romani? Idem A& v. 11 in Verrem: Quid pri-
opius?

miam aut accussem, aut querar, Iudices? Pro Milone: Quid respondebo li-
beris meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Quinte frater, qui
nunc abes, consorti mecum temporum illorum? Me non potuisse Milonis
salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? At in qua causâ
*non potuisse? qua & grata gentibus, &c. Quo loco etiam habes *Διαλογί-**
μὸν κτ' ἑποφεῖν. Illustre quoq; exemplū est apud Ovid. VIII. Met. ubi
Althæa deliberat de morte filij sui, Meleagri. Item hoc Tiberij apud
Tacitum †, in quo *ταυτέπτα* superius statuebamus: *Quid scribam,* ^{† 6. Annal.}
P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, di-
me deaque peius perdant, quam perire quotidie sentio, si scio. Vbi, qui du-

bitationem interrogationi subijciunt, post tempore interrogandi notam ponunt. Sed cum dubitatio alia explicita, alia implicita sit, li-
quidū verum rufpantibus ac percontantibus paret, illam etiam sine
interrogatione esse posse. Certè Rutilio Lupo *Σαείας* exemplum
est illud è Lyfia: *Nec jam rationem invenimus, quâ fleeli posse speremus:*
ita nos omnibus modis tentatos acerba ac nimium tua facultas affligit.
Simileque hoc M. Tullij in Oratore ad Brutum, in quo ipso &
αὐτὸ δὲ δεικνύει exemplum superius * statuebamus: *Utrum difficilius* ^{† ib. 4.}
aut majus esset, negare tibi sapius idem roganti, an efficere id quod rogares, ^{cap. 3. scilicet.}
diu multumque, Brute, dubitavi. Nam & negare ei, quem unice dilige-
rem, cuique me charissimum esse sentirem, præsertim & justa petenti, &
praclara cupienti, durum admodum mihi videbatur: & suscipere tantam
rem, quantam non modo facultate consequi difficile esset, sed etiam cogita-
tione complecti, vix arbitrabar esse ejus, qui vereretur reprehensionem do-
ctorum atque prudentium. Atque hinc Talæi, Ludovici Carbonis, at-
que aliorum error, ut dixi, detegitur, qui interrogationem faciunt
genus dubitationis.

Convenit autem *Σαείας* exordijs, quia rem amplificat, atque audi-
torem attentum facit. Conducit quoque ad rem dissimulandam:
unde callidè hæc utitur Davus in Andr. A&. 1 v. Sc. v.

--- *Di, inquit, vestram fidem.*

Quid turba est apud forum? quid illic hominum litigant?

Tum annona cara est. quid dicam aliud, nescio.

II. DE INOPINATO.

ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ, five *inopinatum*, quod & ἀπροσδύκτων, & ab Aristophanis scholiaste ἀπροσδύκτων dicitur, ac Cello sustentatio vocatur, fit cūm, suspensis auditorum animis, aliquid minimè expectatum subjungimus. Aristophanes: -- Ἄγε νῦν τοῖς ἀμυγδαλαῖς λαβὼν τὰσδὲ, κάταξον τὴν κεφαλὴν σου τὸ λίθον. i. Age cape has amygdalas, & lapide tibi frange caput. Nam expectabat auditor, Amygdalas lapide frange. Plautus Pers. act. III. sc. 1:

* apud A.
Menanum
lib. 2.

*Ne te indotatam dicas, cui dos sit domi,
Librorum eccillum habeo plenum foracum,
Si hoc accurâssis lapidè, cui rei operam damus,
Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi,
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis.
Cum hâc dote poteris vel mendico nubere.*

Nam diciturus videbatur, cum dote aded amplâ nubere poteris vel homini opulentissimo. Idem prologo Pœnuli, juxta veterum codd. fidem:

--- *Vt aquè mecum sitis ignarures.*

Nam gnarures expectabant.

Ad quem locum vir doctus, cūm dicere vellet, esse ἀπροσδύκτων, seu lapsu mentis, seu calami errore, quod credere malo, ἀπροσδύκτων pro eo scripsit. Terentius Heaut. *

* Act. 5.
sc. 1.

--- *In me quidvis harum rerum convenit,*

Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbens.

In illum nihil potest: nam exsuperat ejus stultitia hæc omnia.

Quis enim non existimâsset, diciturum: Nam sapientiâ ceteros antistat hominis. Cic. lib. 11. de Orat. Appius in Senatu, cūm ageretur de agris publicis, & de lege Thoriâ, & premeretur Lucilius ab iis, qui à pecore depasci agros publ. eos dicerent, Non est, inquit, Lucilij pecus illud, erratis: (defendere Lucilium videbatur) ego liberum puto esse: quâ lubet, pascitur. Illustre quoque exemplum isthoc de Pontidio, quod idem inibi refert: Pontidius, cūm quidam ab eo petijsser, qualem existimaret eum, qui in adulterio deprehenditur, tardum respondit. At ille fortasse expectabat, ut improbum ac scelestum responderet. Sed & Cicero ipse, ut Fabius scribit, cūm hominem malum, & mendicum, laudare videretur; Quid, inquit, huic abest, nisi res, & virtus? Livius lib. xxv 1: Cujus sententiæ & Fabius fuit: adiecit tamen, fateri se operâ Livij Taren-

sum receptum (quod amici eius vulgò in Senatu jactassent) neque enim respiciendum fuisse, nisi amissum fore. Est & hoc Domitij Afri de malo quodam oratore: Homo, inquit, in agendis causis optimè vestitus. Nam versatus dicturus putabatur. Festivus quoque jocus ille B. Hieronymi. Dixerat conviciator: Quid interest inter Sclavum, & asinum? Paries, respondebat Hieronymus. Nam qui Hieronymum convicio laceffebat, foris adstabat, ita ut inter Hieronymum Dalmatam sive Sclavum, ac conviciatorem illum, paries intermedium foret. Nec dissimilis jocus Ioannis Erigenæ Scoti apud Carolum Calvum. Nam, ut est apud Matthæum Westmonasteriensem *, *Rex cum magistro Ioannem vidisset quiddam egisse, quod comitatem Gallicanam offendere videretur; increpavit eum satis urbanè, dicens: Ioannes, quid distat inter Scotum, & Sotum? Ille respondit, Mensa tantum. Sicque convicium retulit in auctorem. Interrogaverat rex de morum differentiis: respondit Ioannes de loci distantia spatio.*

Porro ad *ca. doct.*, sive sustentationem, non tantum referri debent exempla, quibus confestim aliquid præter opinionem auditoribus subjicitur: verum etiam, quibus diu tenentur suspensi auditorum animi, ac tandem aliquid adjicitur, vel gravius multo, quam expectabatur, vel levius, aut nullo modo criminofum. Ita Cicero libro v. Actium in Verrem narrationem quidem ita auspicatur: *In Triochalino, (ita rectè emendat Lambinus) quem locum fugitivi jam ante tenuerunt, Leonida cujusdam Siculi familia in suspicionem vocata est conjurationis: res delata ad istum: statim (ut par fuit) jussu ejus homines, qui fuerant nominati, comprehensi sunt &c. Ac mox: Quid deinde? Quid censeris? furtum fortasse, aut prædam expectatis aliquam. Nolite usquequaque eadem querere. In metu belli furandi qui locus potest esse? Ac aliquanto post: Etiam nunc mihi expectare videmini, Iudices, quid deinde factum sit. Tandem subjicit: Expectate facinus, quàm vultis improbum: vincam tamen expectationem omnium. nomine sceleris conjurationisque damnati, ad supplicium traditi, ad palum alligati, repente, multis millibus hominum inspectantibus, solati sunt, & Leonide illi domino redditi.* *hæc hoc exemplum esse, non inficiabitur, qui non Fabium * modo hæc in sententiâ esse sciat; sed & verba Tullij pro eâ facere, cõgitet: quippe qui dicat, se improbius aliquid auditoribus subjecturum, quàm suspensis hæctenus animis expectasset.*

III. DE EPANORTHOSI.

ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΣ, seu *ἐπιόρθωσις*, Rutilio *μετάνοια* vocatur. Cornificius dicitur *correctio*. Hæc, ut idem ait, tollit id, quod dictum est, & pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit. Sunt qui cum Fabio ꝑ̄ putent, esse speciem *ὑπολήψεως*: quos planè ratio fugit. Non quidem inficior, verissimum esse, quod Fabius ait, verborum proprietatem emendari tum prolepsis, sive præsumptione, tum epanorthosi, sive reprehensione. Sed qui inde existimant exterebrari illud posse, *ἐπιόρθωσις* esse *ὑπολήψεως* speciem, sanè digni sunt, qui non nisi apud auritos Midas inveniant fidem.

Est autem *ἐπιόρθωσις* duplex: nam interdum verbum, interdum sententiam tollimus. Prior pertinere creditur ad *χρήματα λέξεως*. Ejus exemplum est istud pro Plancio: *Quam enim illi iudices, si iudices, & non paricide patria nominandi sunt, graviorem potuerunt Reip. infligere secutum, quam cum illum è civitate ejecerunt?* Et eadem orat. *Brundisium veni, vel potius, ad moenia accessi.* Item act. VII. in Verrem: *O clementiam populi Rom. seu potius patientiam miram, ac singularem!* Item Philipp. I. I. *Patrimonium suum effudit: quamquam non sumus nisi eo verbo, quod decuit: non effudit, sed in salutem Reip. collocavit.* Est & hujus generis loci aculeata correctio illa pro Cœlio in fororem Clodij: *Quod quidem facerem vehementius, nisi inimicitia intercederent cum istius mulieris viro: fratrem volui dicere: semper hic erro.* Alterius correctionis exemplum est lib. II. de Off. *Italiam ornare, quam domum suam malui: quamquam, Italiâ ornata, domus ipsa mihi videtur ornatio.* Idem pro Milone: *Sed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, qui Pompeium, qui nosmet ipsos, cum Clodio conferre audeamus.*

Interdum hæc figura per *ἀνὰ δὲ λόγων* instituitur, non quidem ut contrarium, sed ut plus dicatur: quemadmodum in hoc Maronis ꝑ̄:

*Deiphobum viai laserum crudeliter ora,
Ora manusque ambas.*

Sententia enim est, Atque aded, non modò ora, verùm manus ꝑ̄. etiam. Par quodammodo ratio est in isthoc ejusdem ꝑ̄:

*Non secus ac nervo per nubem impulsa sagitta,
Armatam savi Parthus quam felle veneni,
Parthus, sive Cydon, telum immedicabile torisit.*

Nam mens poetæ est; Parthum dico, aut, si maris, Cydonis (ea
Creta

Cretæ urbs) in eolam. Vtrique enim nobiles sagittandi arte; uti & Armenij; unde hos conjunxit Claudianus †:

*Scis, quo more Cydon, quâ dirigat arte sagittas
Armenius, refuga qua sis fiducia Partho.*

Interdum verò repetitio fit, ut causa subtexatur, quæ correctio non est: ut in Ciri,

*Ad cælum infelix ardentia lumina tollens:
Lumina; nam teneras arcebant vincula palmas.*

Maximus est correctionis usus ad amplificandum, & movendum. Quam rem pluribus explicat Cornificius lib. IV: *Commovetur, inquit, hoc genere animus auditoris. Res enim communi verbo elata, tantummodo dicta videtur: ea post ipsius oratoris correctionem magis idonea fit pronuntiatione. Non igitur satius esset, diceret aliquis, ab initio, presertim cum scribas, ad optimum & electissimum verbum devenire? Est cum non est satius; si commutatio verbi id erit demonstratura, ejusmodi rem esse, ut, cum eam communi verbo appellâris, levius dixisse videaris: cum ad electius verbum accedas, insigniorem rem facias: quod si continuo venisses ad id verbum, nec rei, nec verbi gratia animadversa esset.*

† prælegit
in quartum
Honorij
consulaturo.

IV. DE ΠΑΡΟΜΟΛΟΓΙΑ, ET ΑΝ- ΤΕΙΣΑΓΩΓΗ.

ΠΑΡΟΜΟΛΟΓΙΑ, sive confessio, juxta Rutilium Lupum fit, cum aliquot res adversario concedimus: deinde aliquid inferimus, quod aut majus sit, quam superiora, aut etiam omnia, quæ posuimus, infirmet. Exemplum verò tale adfert idem ex Hyperide: *Sume hoc ab iudicibus nostrâ voluntate: neminem illi propiorem cognatum, quam te, fuisse concedimus: officia tua nonnulla in illum exstitisse, stipendia vos unâ fecisse aliquamdiu, nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo scriptus hic est? Addit & alterum ex eodem exemplum. Nec semper tamen aliquot res concedi opus, ut Lupus loquitur; sed vel unum suffecerit. Ut in hoc Terentij Adeiphis †:*

*Iam id peccatum primum magnum: magnum, at humanum tamen.
Ecce alij item boni.*

Item in Tullij illo pro Ligario: *Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, consistentem reum: sed tamen ita consistentem, se in ea parte fuisse, quâ te, Tubero; quâ virum omni laude dignum, patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarij ullam culpam reprehendatis.*

Idem, vel vicinum admodum schema est ANTISAGGEGE, sive compensatio, ἴσος ἔτινος αἰτ' ἐτ' ἴσος ἀντιδῶνται, ut est apud Alexandrum rhotorem: sive, ut Aquila ait, ubi aliquid difficile & contrarium confitendum est; sed contra inicitur non minus firmum. Qualia sunt hæc de rege Ptolemao apud Ciceronem: Difficilis ratio belli gerendi: ac plena fidei, plena pietatis. Et si dicas, Magnus labor, multa pericula proponuntur: at gloria ex his immortalis est consecutura.

V. DE ΕΠΙΤΡΟΠΗΣ, ΠΑΡΟΜΟΛΟΓΙΑΣ,
Α C Σ Τ Γ Χ Ω Ρ Η Σ Ε Ι.

ΕΠΙΤΡΟΠΗ, sive concessio fit, cum quippiam petimus, quod si non possumus impetrare, nihilominus, licet iniquum videri queat, partem concedimus, ut reliquam feramus. Differt ab hac ΠΑΡΟΜΟΛΟΓΙΑ, sive confessio, quod ἐπιτρέψαι det partem, παραμολογία totum. Επιστρέψαι est pro Cluentio: *Domineur in concionibus, jaceat in judiciis.* Loquitur de invidia. Par ratio in illo Virgil. *ÆN. VII:*

Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinius.

At trahere, atque moram tantis licet addere rebus.

Fictam etiam habes concessionem apud Cicer. in Verrem: *Sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium vitiatorumque princeps. At est bonus Imperator, & felix, & ad dubia Reip. tempora reservandus.*

Huic vicina ΣΤΓΧΩΡΗΣΙΣ, sive permissio. Neque enim alio à concessione differt, quam quod illa sit dicti, hæc facti: eaque causa est, cur plerique ea confundant. Est hæc quoque vel vera, vel ficta. Veræ exemplum est illud apud Cornificium: *Quoniam, omnibus rebus ereptis, saltem mihi superest animus, & corpus; hæc ipsa, quæ de multis sola relicta sunt, vobis, & vestre condono potestati. Vos me, quo pacto vobis videtur, utamini, atque abutamini licebit, impanè. in me, quicquid libet, statuire; dicite, atque obtemperabo.* Fictam habes permissionem apud Comicum *:

* Adelp. act. 1. sc. 2.

--- Tibi si isthoc placet,

Propundat, perdat, pereat. nihil ad me attinet.

Et apud Tullium pro Flacco: *Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus ejectos; vimia pietatis, & summi amoris in patriam, vicissim nos pœnas (sicuti Deus placet) sufferamus.* Item apud Maronem *ÆN. IV:*

--- Neque te tenco, neque dicta refillo.

I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.

De permissione sic Cornificius : *Hoc genus tametsi alias quoque nonnunquam tractandum est, tamen ad misericordiam commovendam vehementissimè est accommodatum.* Quod verissimè ab eo dici, cognoscimus ex istoc, in Adherbali epistola ad Senatum Romanum, apud Sallustium †: *Non jam mortem, neque arumnas; tantummodo imperium, inimici, & cruciatus corporis deprecor. Regno Numidia, quod vestrum est, uti liber, consulite: me de manibus impijs eripite.* Quasi dicat, non obsto, quo minùs mihi vita eripiat; dum ne illud pati cogar ab impio, & crudeli inimico. Atque ut hic permissionis exemplum habemus: ita concessio in ijs est, quæ ibidem antea legas: *Qua sanè fuerint nostra inimicitia, nihil ad vos. Verùm nunc regnum vestrum armis tener.* Nam sententia est, Esto sanè, ut nihil ad vos pertineat, quodd me, socium & amicum populi Romani, tantis injurijs affecerit. At saltem providete Numidiæ regno, quod vestrum est.

VI. DE PROLEPSI GRAMMATICA, ET
R H E T O R I C A.

PROΛΗΨΙΣ aliter à grammaticis, aliter in rhetoricis, aliter in arte poetica accipitur. Grammaticis *πρόληψις* est, cum, ubi diximus de toto, subijcimus de partibus: sive, ut plenius descripsit Augustinus Saturnius †, eum res sub unâ proprietate diversas ad res † absque copula distribuuntur, ita ut insit aliqua apparens incongruitas. Vt in Bucolicis *:

--- *Convenimus ambo,*

Tu calamos instare leves, ego dicere versus.

Sospiter † etiam, ac Rufinianus, tale adferunt exemplum ex † lib. 4.

XII. EN.

Interea reges (ingenti mole Latinus

Quadrijugo vehitur curru.

--- *bigis it Turnus in albis.*

Hinc pater Aeneas, Romana stirpis origo,

Et juxta Ascanius, magna spes altera Romæ)

Procedunt castris.

At rhetoribus *πρόληψις* vocatur, cum id, quod obijci potest, anticipamus, atque diluimus: sive, ut definit Rutilius, *cum id, quod in adversarij causâ, aut judicis opinione, esse, aut fore arbitramur nobis contrarium, preoccupamus dicere, & cum ratione dissolvere.* Alio nomine *προπληψις*, vel *ἀπρόνοια*, vocatur. Vulgò dicitur *occupatio*. Magistro autem

autem Herenniano *occupatio* aliud est: præteritio puta. At quæ vulgò *occupatio*, vel *anteoccupatio*, hæc ei à parte sui posteriori *subiectio* nominatur. Fabius *presumptionem* transfert. Quam vocem etiam legas apud Julium Rufinianum: qui & vocari *anticipationem* ait. E Demosthene, & Lyfia, exempla suggeret Rutilius Lupus. Nos Cicerone erimus contenti. Qui pro Cælio præoccupat; quod posse obijci videbat, Ciceronem excusare vitia adolescentiæ; id autem rectæ institutioni quàm maximè repugnare. Sic enim loquitur: *Dicit aliquis, Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit, & tradidit, ut in amore & voluptatibus adolescentiam suam collocaret, & hanc tu vitam, atq; hæc studia defenderes?* Respondet deinde, *adolescentes etiam probos ac frugales interdum incidere in aliquod delictum. Audiamus ipsam. Ego, si quis, iudices, hoc robore animi atque hac in adole virtutis ac continentia fuit, ut respuerit omnes voluptates, omnemque vitam suam cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret; quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, nò convivia delectarent; nihil in vitam expetendū putaret, nisi quod esset cum laude, & cum dignitate conjunctum: hunc meâ sententiâ divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto. Ex hoc generi illos fuisse utrorumque Camillos, Fabricios, Curios, omnesque eos, qui hæc ex minimis tanta fecerunt, &c.* Subjungam & aliquot alia exempla, ut faciliùs appareat, quibus modis *prolepsi* instituere soleat orator. Neque enim unâ hic magis formulâ semper utendum, quàm eâdem semper chordâ oberandum citharædo. Cicero pro lege Maniliâ: *Requiretur fortasse nunc, quemadmodum, cum hæc ita sint, reliquum possit esse maræum bellum. Cognoscite, Quirites. non enim sine causa queri videtur.* Pro Archia: *Sed ne cui mirum videatur, me in questione legitimâ, & in iudicio publico, cum res agatur apud prætorem populi Romani, lectissimum virum, & apud severissimos iudices, hoc uti genere dicendi, quod non modo à consuetudine iudiciorum, verim etiam à sermone forensi abhorreat: &c.* Pro Postumo: *At habet, & cælit. sunt enim, qui ita loquantur.* Pro Cluentio: *Sed ego occurram expectationi vestræ, iudices. Nam etsi à vobis sic audior, ut nunquam benignius, neque attentius quemquam auditum putem: tamen vocat me alio jam dudum tacita vestra expectatio, que mihi obloqui videtur.* Ac ex plerisque, quæ jam attulimus, eâdem cognoscimus, non semper institui hoc schema per interrogationem: ut necesse sit, errare Talæum, qui interrogationem genus facit *prolepsi*.

Solet & Cicero ordiri à *prolepsi*. Ut pro Roscio Amerino, ubi
 statim

statim causas adfert, cur unus ad dicendum surrexerit, cum tot clari adsint oratores, quibuscum non sit comparandus. Ab eadem auspiciatur divinationem, cum docet, cur ad accusandum in forum descenderit, qui semper defenderat. Ab hac quoque orditur orationem pro Milone, item pro Rabirio Post. itidem lib. i. Off. ex quibus similiter elucet, prolepsin sæpe fieri citra interrogationem.

Partes *προλήψεις* sunt duæ, *καθοροε*, & *ἀντιπροροε*. *Ἱπποροε* est adversarij ratio, quæ tum colligitur ex rerum naturâ, quas dicimus: tum ex ingenio, & conditione hominum, apud quos dicimus. *Ἀντιπροροε* est rationis illius solutio. A priori parte figura hæc nomen sortita est *προλήψεις*, sive *occupatio*: à posteriori *subiectio*, nominatur. Nec tamen existimandum, *προλήψεις* semper subjectionis nomine intelligi. Nam alijs ita vocatur, quando interrogationi subijcitur responsio. Quo de schemate loquar, cum ad interrogationem deventum erit. Nonnullis etiam illa solum *προλήψεις* dicitur *subiectio*, in qua multa, sive per interrogationem, sive absque eâ, breviter obijciuntur; ac unicuique objectioni sua subditur responsio. Cujusmodi subiectio videtur species esse continuatæ *προλήψεις*. Vel si *προλήψεις* voce oppositè, atque angustè uti visum, species erunt admodum vicinæ. Nempe non *προλήψεις*, sed subiectio tunc erit, cum non unum obijcitur, sed multa, atque id minutatim: cum item non uni respondetur, sed multis, idque breviter. Neque dubium, quin talis *κατ' ἔοχον* subjectionis nomen mereatur. Exemplo esto illud pro Quinctio. Obiectio est adversarij: *De re pecuniaria cupio contendere. non licet.* Sequitur responsio, *At ea controversa est.* Inde nova occupatio, *Nihil ad me attinet. causam capitis dicas oportet.* Hinc subiectio: *Accusa, ubi ita necesse est.* Hinc iterum occupatio: *Non, inquit, nisi tu antè, novo modo, priore loco dixeris.* Subiectio alia sequitur: *Dicendum necessarium est: præstiuenda hora ad arbitrium nostrum: iudex ipse arcessatur.* Exinde rursum occupatio, eaque longiuscula: *Quid tum? Tu aliquem patronum invenies, hominem antiqui officij, qui splendorem nostrum, & gratiam negligat? Pro me pugnabit L. Philippus, eloquentiâ, gravitate, honore florentissimus civitatis: dicet Hortensius, excellens ingenio, nobilitate, existimatione: aderunt autem homines nobilissimi ac potentissimi, quorum frequentiam & confessum non modo P. Quinctius, qui de capite decernit; sed quivis, qui extra periculum sit, perhorrescat.* Hinc subiectio est postrema, eaque per ironiam: *Hac est iniqua certatio, quâ tu huic, ne ubi consisteret quidem contra te, locum reliquisti &c.*

Duabus hisce *προλήψεως* partibus, quas *κατορθωρ*, & *ἀντιπρολαψὶς* vocari, diximus, aliæ duæ adduntur à nonnullis, *αἰτίαι*, & *ἀντιπρολαψὶς*, quarum illa rationi, hæc solutioni aliquid præmittit. Sed hæc ut ornatus gratiâ sæpe adduntur: ita, ut minus necessariæ, nec raro prætereuntur. De vario *προλήψεως* usu ita Fabius scribit libro 1x. cap.

¶ *Πρόληψις* dicitur, cum id, quod obici potest, occupamus. Id neque in alijs partibus parum est, & præcipuè proœmio convenit. Sed quanquam generis unius, diversas tamen species habet. Est enim quadam præmissio, necesse à qualis Ciceronis contra *Q. Cæciliium*, quod ad accusandum descendat, qui veteribus inuenta semper defenderat. Quædam confessio: ut pro *Rabirio Postumo*, quem suâ fuit: conchâ quoque sententiâ reprehendendum fatetur, quod pecuniam regi crediderit. Enimvero. Quædam prædictio: ut, Dicam enim non augendi criminis gratiâ. Quædam emendatio: ut, Rogo ignoscatis mihi, si longius sum euectus. Frequentissima ¶ *ἔν. 6.* preparatio, cum pluribus verbis, vel quare facturi quid simus, vel quale festin Phœnissimus. Atque inde *Callius* præsumptione: Quamquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. Aut *Rhodiginus* reprehensione: *Cives*, *cives*, inquam, si hoc eos appellari nomine fuis est. l. 8. *Antiq.* De oratoriâ prolepsi satis: de poetiâ videamus.

cap. 2. sed præterito auctore, ut solet.

* in longo carmine.

† 4. Thebaid.

‡ l. 1. de raptu Proserpæ lib. 5. b de rep. Laced.

cinproblem. ἐσάλτησον *

d lib. 4. e Tusc. 2.

flib. 2. c. 6. g de Musi-

ca. nem de cohibenda

iracundia: item in Laconicus.

h l. 1. c. 11. dæmonij pro tubâ in prælijs usi

i *ἑστὶ ὄργανος.*

VII. DE PROLEPSI POETICA, ET NOBILISSIMORVM ETIAM POETARVM ANACHRONISMIS.

P OETIS *προλήψις* est, cum suæ personæ circumstantias attribuunt illi personæ, aut loco, cui per se competit. Ita *Homerus* *Iliad. 2.* tubæ meminit, cum tamen veteres non tubâ, sed conchâ usi fuerint, ut monet *Hesychius* in *κόνχλοις*, ac ante eum *Didymus*: *ὠδηματι*, inquit, τὸν σάλπηγχα, ἐπεὶ ἐδ' ἐπὶ ἕρμητο παρὰ τοῖς παλαιοῖς κόνχ. ἢ δὲ θαλασσίῳ. Virgilius quoque, cum scripsit †: Sed tum, forte cavâ dum personat æquora conchâ. Quamquam nec omnium antiquissimus sit conchatum in bello usus. Nam, ut *Euripidis* scholialtes ‡ annotavit, ante eas illi, quos *υεροφίβους*, & *λαμπάδαφους* appellabant, faces lampadesque quas gestabant; in hostilem utrimque aciem injiciebant, ut eo velut signo dato, prælium auspicarentur. Quem ad morem aliusere etiam *Petronius* *, *Stattius* †, *Claudianus* ‡. At *Lacedæmonij* pro tubâ in prælijs usi *Thucydides* a, *Xenophon* b, *Aristoteles* c, *Polybius* d, *Cicero* e, *Val. Maximus* f, *Plutarchus* g, *Gellius* h, *Lucianus* i, *Maximus Tyrius* k,

rius k, atque alij. Cretenſes item, præcincte cytharâ, prælia ag-
greſſi, teſte Gellio l. Martiano Capella m & c. Similis prolepiſ eſt lib. i. cap.
apud eundem Homerum, cùm Corinthum nominat ll. b. & n. Vel-
leius Paterculus lib. i: *Neque eſt, quòd miremur, ab Homero nominari*
Corinthum. nam ex perſona poëta & hanc urbem, & quaſdam Ionum colo-
nias, iſ nominibus appellat, quibus vocabantur aitate ejus, multò poſt Ilium
captum condita. Fortean ejuſdem monetæ ſchema cuiſpiam videatur,
cùm apud Plautum in Amphitryone Sofia & Mercurius Herculem,
ille admirans, hic jurans, nominant; cùm tamen, qui argumentum
fabulæ nōrit, ignorare non poſſit, eum tum necdum natum fuiſſe,
nedum in divorum numerum fuerit relatus. Sofiæ quidem eſt
iſthoc Act. i. Sc. 1:

--- *Obſecro hercule. quantum, & quàm validus eſt!*

Mercurij eſt illud Act. i. Sc. iv:

Nam mihi quidem hercule qui minùs liceat Deo minitarius.

Verùm velle hæc per prolepiſin excuſare, mihi ſanè perridiculum
videatur: neque magis veriſimile fit, Plauti, cùm id ſcriberet, ani-
mo obverſatum Hereulem Ægyptium, qui Græco hoc Alcumenæ
filio antiquior fuit, aded ut res ab eo geſtæ huic aſſignentur, quem
admodum inter alios teſtis eſt Diodorus Siculus lib. i. Neque
magis placet, alium quemcumque Herculem reſpexiſſe. Eſt ter-
tius Hercules numeret gentium theologi; teſte Tullio de nat.
Deorum lib. i. & Arnobio lib. iv: imò Varro, quemadmodum e-
Servio * diſcimus, ſeu XLIII †, ſeu XLIV ‡, Hercules collegerit.
Nec probare etiam poſſum ſententiam Angeli Decembrij Medio-
lanenſis *; qui Comicum ait, veterum poëtarum more, gaviſum
eſſe confuſione temporum: quomodo Maro confudit tempora
Æneæ, & Didûs; item Æneæ, & Mezentij. At impenſiùs placet,
id riſus captandi cauſâ à facetiſſimo Comico factum. Quod ſicut
id minùs probetur, per me licet, ut nævum Comici eſſe fateatur;
præſertim cùm & alia in eodem ſit invenire *ἀμαρτυρία* †, ſi curate
artem & *οἰκονομία* ‡ fabulæ ſpectemus. At rectiùs *πρόληψιν* agnoſcas
cùm Maro ait *,

--- *Lavinaque venit*

Litora.

Quod poëtam per prolepiſin dicere, etiam Gellius ait lib. x. cap.
xvi. Ac ſimiliter cenſet Diomedes: imò & B. Hieronymus in Eze-
chielis cap. xxx. Servius tamen diſſentit, ac ſuperflue eam hic ſtatui
ait. Nimirum exiſtimat ille, ante adventum Æneæ à Lavino, Latini
fratre,

fratre, sic dictum esse Lavinum: postea verò Lauretum à huro, quam invenerat Latinus: ac demum esse vocatum Lavinium à Lavinia, Æneæ uxore. Etiam Gellius ibidem *lib. 11. de Dædalo dici putat* *:

* *Æn. 6.*

Chalcidicâque levis tandem superadstitit æge.

Nam Cumas designat poëta: quam arcem Chalcidicam vocat, quia eò coloniam deduxerint Chalcidenses. Multò tamen post Dædali tempora id contigit. At quid dicemus de illo, quò Palinurus apud inferos Æneæ ait †:

† *Æn. 6.*

Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram

Inyçe: namque potes: portusque require Velinos.

Sanè Julius Hyginus, commentarie suo in Virgilium, non dubitavit id reprehendere, correcturumque fuisse poëtam existimat: ut Gellius ait *lib. x. cap. xv. i.* ubi & Hygini caussa sic defenditur: *Quo, inquit, modo, aut Palinurus novisse, & nominare potuit portus Velinos; aut Æneas ex eo nomine locum invenire, cum Velia oppidum, à quo portum, qui in eodem loco est, Velinum dixit, Servio Tullio Romæ regnante, post annum amplius sexcentisimum, quàm Æneas in Italiam venit, conditum in agro Lucano, & eo nomine appellatum est. Nam qui ab Harpalo, inquit, regis Cyri præfecto, ex terra Phocide fugati sunt, alij Veliam, partim Massiliam condiderunt.* Subjicit deinde, *Inscitissimò igitur petit, ut Æneas portum Velinum requirat, cum id nomen eo tempore fuit nusquam gentium.* Negat autem hæc posse per prolepsin excusari, ut ea, quæ vidimus,

† *lib. 22. c. 1.** *palus.** *lib. 5.** *ap. Iuris** *cap. 21.*† *in Æneâ,** *ubi malim,** *Æneâ. Sa-** *nè addit** *ipse, à nunc usquâ fuit?** *B. dicit. Fere** *autem spi-** *ritum asper-** *abit in di-** *gamma** *Aolicum,** *ut hoc in** *B, vel V** *confonum.** *Æn. 3.*

*Nam, inquit, poëta ipsi quedam *lib. 11. de Dædalo* historie dicere ex suâ persona concedi solet, quæ facta ipse postea scire potuit: sicut Virgilius scivit de Lavinio oppido, & de colonia Chalcidensi. sed Palinurus qui potuit, inquit, scire ea, quæ post annos sexcentos facta sunt? nisi quis eum divinasse apud inferos putat, proinde ut anime defunctorum solent. sed & si ita accipias, quamquam non ita dicitur, Æneas tamen, qui non divinabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum, cui nomen tunc, sicuti diximus, nullum. Licet tamen cum Turnebo † dicere, velinus hîc poni pro palustri, quia fit ab *ἐλα* †; aut cum Alciato * statuere, Maronem non loqui de oppido, sed fluvio oppidum præterfluente, à quo Veliaë nomen inditum esse, autor est Stephanus †.*

Itidem reprehenditur à nonnullis, cum non ex suâ, sed Æneæ personâ ait *:

Apparet Camarina procul, campique Geloi.

* *si dicitur*

Ardum inde Agragus &c.

Nam, ut ait Servius, constat oppida hæc condita esse multis post Æneam annis. Verùm hęc quoque Alciatus non de oppidis poëtam loqui existimat, sed de fluminibus. Nam, ut Durtis † inquit, plurimæ Siculorum urbes à fluminibus nomen sumserunt, ut Syracusæ, Gela, Himera, Selinûs, Phœnicûs, Eryce, Camicam, Halycum, Thermum, & Camarina. Ne illud quidem difficultate caret, quòd apud poëtam Anna Didoni dicat,

--- lateâs furentes

Barcai.

Nam Troianis temporibus nomen Barcæorum, credo, ignotum erat Græcis, saltè potentia eorum erat exigua. Quamquam, apud Sophoclem in Electrà, pædagogus narret Clytemnestræ de Barcæorum in sacris ludis certamine. Sic enim loquitur :

— Εἰς τὸ δ' ἑποροφῆς

Τελώντες ἔκτον ἕδουβν τ' ἠδὲ δρόμων,

Μέγα πρὸ συμπαίσι Βαρκαίσι ὄρχις.

Sed non possum, quin de utroque poëta adscribam iudicium maximi Turnebi † : *Vtramque, inquit, poëtam non crediderim temporum incorruptam secutum fidem, quòd existimem, nondum Troianis temporibus opes Barcæorum floruisse: sed ceterioribus & recentioribus, Græcosque eos, & Cyrenæos esse numeratos, ideoque ad ludos Græcorum admissos fuisse. Et quid dicemus de isto lib. 1x:*

Quot prius arata steterant ad litora puppes.

Sanè & hęc difficile sit Maronem purgare ab omni culpâ. Nam primus navibus rostra addidit Piseus Tyrrenus *, ut necesse sit fateari, heroicis temporibus nondum fuisset illa ex ære navium rostra: eujusmodi naves Latini † iccirco *aratas* vocant, Græci *χαλαζυβόαις*, & *χαλιψέαις*. Ejusdem monetæ est, quòd idem Maro Troianis assignat triremes: quæ, ut testatur gravis auctor, Thucydides *, & ex eo Dionysius Halicarnassensis †, ac Plinius ‡ prodiderunt, aliquot post excidium Troianum seculis primùm constructæ sunt ab Aminocle Corinthio. Itaque nec doctissimus Brodæus * scribere dubitat, in hoc, à poëtarum phœnice, stomacho suo non satisfieri. Quæ vox ob poëtae ejus majestatem primitus mihi videbatur non tam Brodæo digna, quàm hominibus plus in cute curandâ operatis, quàm sacris Apollinaribus. Sed enim cogitandum, & Hippocratem, & Aristotelem, divinos sanè viros, non semel aliquid esse passos humani, eoque causam non esse, cur unum Maronem conditionem homini,

† apud Strabonum
ἐστὶ πέντε
ἀσων ἐν
Ἀργεῶσι
τῆς.

† Atque ex
adverso
Consequentes
jam sextum
septimumque
curriculum,
Frontibus
concurrunt
cum Barcæis
curribus.
‡ Advers.
l. 23. c. 26.

* Plin. l. 7.
c. 56. *quædam
quosdam
codic.*

† Casar. l.
2. *de bello
civil.*

* lib. 1.

† πρὸς τὸ
Θαλ. ὁδ. ἰδὲ
ἐποροφῆων.

‡ l. 7. Hist.
Nat. c. 56.

* lib. 3.
Mysicæ, cap.
4.

excessisse arbitremur. Nimirum aliqua & illum fugerunt; nec quæ sciret, animo semper obseruabantur. Hæc cui non molesta sunt, facile feret, ut puto, si nec Ovidium communi huic forti eximi sinamus. Sanè ubi diluuium describit, navigiorum meminit, ut rei usitatissimæ. At idem alibi *primam* vocat *carinam*, quæ navigarunt Argonautæ. Sed pro poetâ dixerit aliquis, non quidem primam fuisse navem, attamen triremem primam. Quod docet Plinius lib. vii. Histor. cap. lvi. *Longâ*, inquit, *nave Iasonem primum navigasse*; Philostephanus auctor est. At cuius tantum est ingenium, ut eandem absolueret, ingeniosissimum licet poetarum omnium, possit, cum Pythagoram inducit loquentem de Athenis, non ut Pythagoræ tempore erant, sed suo; quas usque aded collapsas Adrianus Cæsar postea iustauravit. Poëtam ipsum audiamus * :

* 15. MII.

*Clara fuit Sparte; magne viguere Mycena;
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile solum Sparte est, alta cecidit Mycena.
Oedipodionia quid sunt nisi nomina Theba?
Quid Pandionia restant nisi nomen Athena?*

Oblitus erat Ovidius, se inducere Pythagoram loquentem, qui Pisisstrati temporibus fuit. Atqui tum Athenæ florebant, ac deinceps bello Persico ad longè majus nomen pervenerunt. Thebæ etiam Ovidij quidem tempore nihil nisi inane nomen erant: nempe jam inde, ex quo eas everterat Alexander Magnus. Sed ille ducentis circiter annis fuit post Pythagoram, cujus temporibus magnæ erant Thebanorum vires, & grande nominis decus. Apud Senecam quoque in Hercule Furente sic loquitur Juno:

Hinc clara gemini signa Tyndaride micant.

Quod excusari nec debet, nec potest, cum Castor & Pollux nondum tum fuerint mortui, nedum in Deorum numerum relati. Quæ de re multorum instar erit Clemens Alexandrinus lib. i. Σηματαίων, ubi sic scribit: Α' πο δὲ τὸ Ἡ'ερκλέους ἐκ Ἀργεὶ βασιλείας ἐπὶ τῶν Ἡ'ερκλέους αὐτῶν ἐκ Α'σκλαπιῶν ἀποβίωσιν, ἐπὶ συνάγεται τετακοστακτῶν, καὶ τῶν χειρογέρτων Α'πολλῶν ὄρων. ἐπιπύδιν δὲ ὀπὶ τῆς Καστορῆς ἐκ Πελουδεύων ἀποβίωσιν ἐπὶ πηπυκοτατείαι. Ἐπταυδέα τὸ ἐκ τῆς Γ'λις καταλήψι. Ab regno autem Herculis, quod Argis obtinuit, usque ad tempus, quo Hercules & Esculapius in Deos relati fuerunt, anni colliguntur triginta octo, juxta Apollodorum chronographum. Inæ autem usque dum Castor & Pollux relati sunt in Deos, anni sunt quinquaginta tres. Ac tum temporis Troia quoque capta fuit. Nec Latinis solum, sed Græcis quoque similia exciderunt. Quomodo,

modo, ut superius vidimus, apud Sophoclem in Electra nunciatur Clytemnestrae, ut Orestes obierit in Pythijs. Atqui Pythia tum necdum erant. Quod & scholiastes observat in illa pædagogii verba:

— Δελφικῶν ἀθλων χάριν.

Ubi inquit, οὐπω * *ἔτι ὄντι Ὀρέστῃ ὁ Πυθικός ἀγών*. Quibus verbis poetam *ἀνιστορίας* arguit: ut ea quidem cepit Camerarius †. Sanè Pythia, Pausania teste, instituta demum sunt anno tertio Olympiadis *κλκ*, ubi & tum ait vicisse Clisthenem, Sicyoniorum tyrannum. Quem nec ipsum tamen tam antiquum esse, alij prodiderunt. Nonnulli ideo arbitrantur, scholiastem Sophoclis longè aliud voluisse. Nempe hanc ejus sententiam esse, Sophoclem eò *Delphicum*, non *Pythium* certamen dicere, quia Orestis tempore Delphis quidem certamen equestre sive curule fuerit: at Pythium postea demum institutum sit. Verùm ne equestre quidem certamen Orestis tempore Delphis fuisse, clarè docet gravissimus scriptor Strabo libro *ικ*. ubi ait, Delphis certamen antiquitus fuisse citharcedorum, qui pæana in Apollinis laudem canerent: ac sub Eurylocho demum Amphityonas instituisse certamen equestre ac gymnicum, & coronam victori proposuisse præmij loco. Ludosque eos Pythia nominasse. Quæ ut hæcenus fortasse Sophoclem absolvunt, quod certamen illud Delphicum, non Pythium vocarit: ita illum in eo saltem arguunt erroris, quod Orestis ætate dixerit certamen fuisse equestre. Sed hujusmodi poetarum *ἀνιστορίας* si persequi velim, ex solis illis volumen fiat. Quare tantum apponam Velleij Paterculi verba, quibus similem ille tragicorum errorem observavit. *Acer, inquit, belli juvenis, nomine Thessalus, natione Thessyrotius, cum magnâ civium manu eam regionem armis occupavit, quæ nunc ab ejus nomine Thessalia appellatur, antea Myrmidonum vocitata civitas. Quo nomine, mirari convenit eos, qui, Iliaca componentes tempora, de ea regione ut Thessalia commemorant, quod cum alij faciant, Tragici frequentissime faciunt. quibus minime id concedendum est, nihil enim ex persona poëte, sed omnia sub eorū, qui illo tempore vixerunt, dixerunt. quod si quis à Thessalo, Hercules filio, eos appellatos Thessalos dicit: reddenda erit ei ratio, cur nunquam ante hunc insequentem Thessalum ea gens id nominis usurpaverit. Hæc satis ostendunt, non debere nos poetarum reverentiâ omnia hujusmodi per prolepsin excusare, sed fatendum esse, quædam per *ἀναγωγὴν* ab ijs peccari. Aliter qui censet, humanam nescit infirmitatem, cui non minus sunt obnoxij poëtae, quam philosophi, historici, alij; qui, quod*

poëtae

* *Necdum Orestis temporibus certamen Pythiæ erat.*
† *commentario in Sophocle. E. lect.*

poëtæ non faciunt, veritatis studium proficentur. Quamquam verò, cum non ex aliis, sed propria personâ loquitur poëta, prolepsi poëticam vocitemus: non tamen existimandum, solos poëtas ejusmodi prolepsi uti. Nam neque Sallustius eam refugit: quemadmodum Diomedes observat lib. II. Locus est ex primo historiarum, quem paullo plenius, quam à Diomede factum, apponam: *Quibus severitis, & maxime senexis, oppressa plebes, cum assiduis bellis, tributum simul, & militiam toleraret, armata montem sacrum atque Aventinum insedit. Atqui, ut rectè ait Diomedes, mons ob hoc, quod illum plebs insederat, postea sacer dictus est.* Hæc igitur fuerit prolepsi. Quæ etiam in non uno se offert sacræ Scripturæ loco. Augustinus certè libro Quæstionum super Leviticum cap. XXIII. hæc de re ita scribit: *Vestem, inquit, sacerdotalem, quæ magnum continet sacramentum, Aaron jubetur accipere, & successores ejus summi sacerdotis in Exodo †, antequam omnino aliquid de sanctificandis, & quodammodo ordinandis sacerdotibus precipiatur: quando, Moysè ascendente in montem, jubentur non ascendere sacerdotes, quos intelligere alios non possumus, nisi filios Aaron: non quia jam sacerdotes erant, sed quia futuri erant, hoc eos jam tunc Scriptura appellavit; per anticipationem: sicut sunt pleraque talium locutionum. Nam & filius Nave, Iesus appellatus est, cum longè postea hoc nomen ei Scriptura narret impositum.* Hæc ille. Sed quod ad illum Exodi locum, sequi malim Cajetanum, primogenitos intelligentem, penes quos sacerdotium fuit, usque dum ex lege redempti fuere; quemadmodum legere est Exodi XXIV. & Num. II. & III. Atque ita etiam Mosis verba interpretatur clarissimus focer meus, Franciscus Junius *. Quare accommodatius exemplum ex eodem opere fuerit cap. I III. 2. ubi Horeb vocatur *mons Dei*: qui sic postea dictus, partim ob visionem eam, de qua illo in loco sermo est; partim quia in eum Deus descenderit legem suam laturus. Etiam Judicum xv. 9. legas, cum Samson cecidisset hostium crus & femur, hoc est, equites, & pedites, (ut quidem exponit Thargum Jonathæ) Palæstinos, collecto exercitu, castra esse metatos in Lechi. At paullo post † dicitur, nomen id *Lechi* esse loco tum demum impositum, cum Samson ibi Palæstinos cecidisset maxillâ asini. Nempe quia *Lechi* maxillam notat: unde Aquila & Theodotio pro *λεχι* habent *συνόνα* ‡; teste Eusebio de locis: in LXX. verò & *λεχι*, & *συνόνα* legas. Etiam LXX, Hieronymus, atque alij interpretes, loca Hebraica transferentes, subinde perpiscuitatis causâ, nomina usurpant, non quæ habuere, quo tempore ista scriberent Moses, & Propheta: sed quæ postea accepere.

† cap. 19.
vers. 22.

* analysi
Exod. & in
notis trans-
lationis
sue.

† vers. 17.

‡ maxillam.

accipere. Qua de re illustrem B. Hieronymi locum videlicet cap.
xxx. Ezechielis.

VIII. DE FIGURA TOT KPA-
M A T O Σ.

ABYNDE egimus de prolepsi, non oratoriâ modò, sed etiam
poëtica: quâ occasione simul vidimus de anachronismis poë-
tarum, quos perperam eo excusare conantur, quasi *ποροληπτικῶς* dicen-
tur. Nunc ad schemata redeo rhetorica, quæ ab oppositione pe-
tantur. Quod etiam pertinet, quod Eustathius vocat *κρᾶμα*; eff-
que vituperio mista laus. Figura planè aulica. Homer. Iliad. 5.

Τυδῆος τοι μικρὸς μὲν ἦν δόμος, ἀλλὰ μαχητής.
Corpore parvus erat Tydem, bellator at idem.

Verùm hoc in exemplo falsi mihi videntur viri docti †, quia hoc † *Etiam*
ipsum ad Tydei admirationem faciebat, quòd parvus esset staturâ: *Ioannes*
ut libro primo * diximus. Accommodatius exemplum illud, quam *Harægus*
quam perperam iidem tribuunt Homero: *Μουσῆς δὲ καλὸς μὲν, ἔδδ* *Memorabi-*
φρηνίσπος. Sponsus quidem formosus, sed hanc cordatus. Item Ovidij hoc *lium decuriv*
† r. fast. *Ultima Tarquinius Romane gentis habebat* *3. cap. 8.*
Regna, vir iniustus, fortis ad arma tamen. *Scē. 22.*
** cap. 5.*
scē. 19.

C A P. XII.

DE ALTERO SCHEMATVM GENERE,
QVOD OPPOSITIONE FIGVRATVR.

HACTENVS vidimus de figuris, que à disparatis, vel oppositis pe-
tuntur, & tantummodo ad schemata diabolis pertinent. Sequun-
tur, que & verba contraria jungunt: ut sunt *ἀντιθεσις, ἀντι-*
μετάθεσις, ἀντιπροσῶ, σωστικέσις, & δῆμιωρον. Que ob verborum qui-
dem contrarietatem sunt schemata λέξεως: precipue tamen hujus sunt.

ἀντιθεσις est, cum rebus duabus contraria adduntur epitheta.

ἀντιθεσις sunt, cum rebus contrariis contraria opponuntur.

ἀντιμετάθεσις nominatur, quando est contrarietas sententia cum verborum
transpositione.

† vocatur quoque *διάνηλον, & χασέν.* Sed schema hoc etiam manet
e e e verbis

verbis mutatis, modo sententia sic reciprocatio.

ΑΝΤΙΠΟΘΗ est, cum argumentum adversa partis in eos, qui afferunt, retorquetur.

Συμωκείωσις dicitur, cum idem tribuitur contrariis.

Ὁξυμωρον est, quo idem negatur de se ipso.

I. DE ANTIΘΗΣI.

Nunc persequamur illa oppositionis schemata, quæ quia verborum quoque contrarietatem habent, eo ad λέξεις schemata referuntur à multis: etiam à summo viro Julio Scaligero lib. xv. de re poetica cap. xxxvix. Propriè tamen huc pertinent, quia ἀντιθέσις sive contraposition primò inest rebus, quarum verba sunt σύμβολα*.

* signa.

ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ Rufiniano obscure satis definitur, cum verbum verbo pari potestate redditur. Exemplum adfert geminum. Vauum è III. EN.

Seque novo veterum deceptum errore locorum.

Alterum è IX:

*Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus.*

Alij comprehendunt ἀντιθέσιον sub ἀντιθέσει. Quæ si distinguere placet, possis dicere, in ἀντιθέσει opponi nomina, verbaque: in ἀντιθέσει non verba, aut nomina ipsa, sed eorum epitheta. Sic sanè fit in exemplis à Rufiniano allatis. Quare & ἀντιθέσις erit in hoc Plautino*:

* Αἰν. αἷ.

* sc. 1.

Vbi vivos homines mortui incursumt boves.

Et hoc Livij lib. xxxiii: *Sed quam urbs ipsa opportuna oppugnantis erat, tam inexpugnabiles hostium animi.* Geminaque ἀντιθέσις fuerit in illo Varronis lege Mæniâ †: *Neq; in bonâ segete nullum est spicum nequam, neque in malâ non aliquid bonum.*

† apud Nonium in spicum.

II. DE ANTIΘΕΤIΣ.

ANTIΘΕΤΑ nominant, cum contrariis opponuntur contraria; ut ait Cicero in Oratore; ubi & ea ait sponte, etiam si id non agas, cadere numerosè: eju que rei exemplum hoc affert ex quarto Verrinæ accusationis: *Conferre hanc pacem cum illo bello; huius pratoris adventum cum illius imperatoris victoriâ; huius cohortem impuram cum illius*

illius exere: si invito; huius libidines cum illius continentia. Ab illo, qui cepit, conditas; ab hoc, qui constitutas accepit, capias dicitis Syracusas. Simileque est, quod postea ex se addacit Cicero: Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. Atque idem citat Fabius lib. ix. cap. xxi. necnon Aquila Romanus, qui & illud à brevitare commendat. Sigonius, & alij, repofuere inter fragmenta ex orat. pro Scauro; sed ex incertâ conjecturâ: nempe non aliâ de causâ, quàm quia hæc fatis exagitarat, quia (ut Afconius ait) tam magnificam domum haberes: ut in cuius atrio forent quatuor columna marmorea insigni magnitudine. Apud Aquilam verbis Tullij hæc continud subduntur, quasi ejusdem exempli pars sint: In pace ad vexandos civés acerrimus: in bello ad expugnandos hostes inertissimus. Sed omnino ante ea verba excidit vocula, Idem, vel similis aliqua. Nec enim hæc cum prioribus cohærent: sed pro altero exemplo ab Aquila adferuntur. Scitam etiã illud pro Postumo: Nequa verò me pœnitet mortales inimicitias, amicitias sempiternas habere. Cui geminum illud in Phalarid. epist. Ἐπιτοῦ ὄρωσ ἡμῶν, ἀδάρετος ἀγρῶν ἔχεται ἄροισι. Ἀρτίστετα quoque scite junxit Seneca consolat. ad Polyb. Omnium somnus illius vigilantia defendit; omnium oriunt illius labor; omni in deliciis illius industria; omnium vacationem illius occupatio. Juvenalis sat. xiv:

--- Cùm sit manifesta phrenesis,

Ut locuples moriaris, egentis vivere fato.

Martialis lib. iv. epigr. xlii:

Sapeq; nolentem cogat, noli que volentem.

Epicuri etiã est apud Laërtium lib. x: Καίτοι ευδαιμονίας ἀποχρῆν, ἢ ἀδουδαιμονίας εὐτυχῆν. Melius est sapienter infelicem, quàm insipienter felicem vitam degere.

Quintilianus figuram hanc (quam ipse ad verbum appellat contrapositum, & alijs ait contentionem vocari) trifariam fieri docet. Nam inquit, & fit, si singula singulis opponuntur. Ut in eo t, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Et bina binis †: Non nostri ingenij, vestri auxilij est. Et sententia sententijs: Dominetur in concionibus, jaceat in iudicijs.

Huic, ut ibidem Fabius ait, commodissime subjungitur & ea species, quam distinctionem dicunt. Ut †, Odit populus Romanus privatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit. Et quæ sunt simili casu distimili sententiâ in ultimo locata. Ut †, Quod in tempore mali fuit, nihil obest: quin, quod in causa boni fuit, nihil proficit. Hujusmodi planè sub antithetis

vetis comprehenduntur. Aliter qui censent, hi figurarum copiâ memoriam magis vident, quam intellectum juvant.

Imò ad *ἀπορίθμω* referimus, ubi est qualis qualis oppositio, etsi propriè contrarietas sit nulla. Atque hac in re idem Fabius præit, qui inter alia sic scribit: *Nec semper, quod adversum est, contraponitur: quale est apud Rutilium: Nobis primum dii immortales fruges dederunt: nos, qua soli accepimus, in omnes terras distribuimus. Nobis majores nostri Remp. reliquerunt: nos etiam socios nostros de servitute eripuimus.* Cave autem hæc à Fabio citari putes ex P. Rutilio Rufo, qui Numantini belli historiam, atque alia scripsit. Neque enim sic loqui potuit homo Romanus, quasi frugum inventionem Romanis, ac solis quidem, orbis acceptam ferret. Nec dicit Fabius, ea esse Rutilij verba; sed legi apud Rutilium. Est is Rutilius Lupus, qui ista citat ex Demetrio Phalereo. Nempe sunt illa ex oratione aliqua Demetrii ad Athenienses: unde (ur Cicero ipse pro L. Flacco ait) *fruges orie, atque in omnes terras distributa putantur.*

III. DE ANTIMETABOAH.

QUAE Fabio ANTIMETABOAH, Rufiniano METABOAHΣΙΣ, ea Cornificio dicitur *commutatio*. Est hæc contrarietas sensus cum verborum transpositione. Vnde hujusmodi, ratione verborum, ad *ἐπαροδοῦ* pertinent: ratione verò sensus, sunt hujus loci. Demosthenes Olynthiacâ II: *Εἶτα ἕως ἀγνωμοῖως ἔχετε, ὡς ἀδὲς Ἀθηναῖοι ὡς δὲ ἄν ἐν χερσὶν φαῦλα τὰ πρῶματα γέρονε τ' ἀπέλωσ, διὰ τῆς ἀντιθέσεως ἑλπίεσσι περὶ τῶν ἐλατῶν ἐπιπέσειον ἐν φαύλων αὐτὰ χερσὶ καύσεισσι;* *Vsq̄ adeo aberratis, Athenienses, ut per quas è secundis adversa sunt facta res civitatis, per eas speretis ex adversis fore secundas?* Plutarchus de audiendis poetis: *Εὐκαιο Ἰνυλλομύρον, ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθιγγουμένω τῷ ποίνων, ποῦν δὲ ἐσχεῖται τῷ ζωγραφίαν sermone illud tritum, quo picturam esse aiunt loquentem poësin, & poësin esse tacitam picturam.* Cujus dicti Simonides auctor putatur. Geminâ etiam ἀντιμεταβολῆ exornatur aureum illud Musonij monitum, quod juventutis animis obversari semper debet: *Ἄν πρὸς ἑὸς καλὸν μὲν πόνον, ὁ μὲν πόνος οὐ σίχησσι, τὸ δὲ καλὸν μένει. ἂν πρὸς κενὸν αἰσχρὸν μὲν ἴδοντι, τὸ μὲν ἴδον οὐ σίχησσι, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει.* *Siquid feceris pulchri cum labore; labor quidem abit, sed pulchrum manet. Sin turpe quid feceris cum voluptate; voluptas abit, at turpe manet.* Quod ipsum multò ante Musonium dixerat Cato oratione, quâ Numantiæ habuit apud equites; ut Gellius monet lib. xvi. cap. i. Eodem schemate usus

M. Tullius

M. Tullius lib. III. de Legg. *Verè dici potest, magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum magistratum.* Idem ibi thema est pro Quintio: *Ingulare civem ne juro quidem quisquam bonus vult, maxime enim commemorare, se, cum posset perdere, pepercisit; quam, cum parcere potuerit, perdidisse.* Pro Sylla: *Neque vero, quid mihi irascere, intelligere possim. Si, quod eum defendo, quem tu accusas: cur tibi quoque ipse non succenses, qui accusas eum, quem ego defendo? inimicum, inquit, accuso meum: & amicum ego defendo meum.* Idem pro Deiotaro: *In dominatu servitus, in servitute dominatus.* Cui simile illud Salviani Massiliensis † de Bagoardis deficientibus ad barbaros: *Maluit sub specie captivitatis esse liberi, quam sub specie libertatis esse captivi.* Tacitus lib. II. *Neque Paulinum, quâ prudentiâ fuit, sperasse corruptissimo seculo tantam vulgi moderationem reor, ut, qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis caritate deponerent.* Quintilianus lib. I. cap. X. *Ut novorum optima erunt maxime vetera, ita veterum maxime nova.* Concludam Cornificij verbis: *Plura subjecimus exempla, ut quoniam difficile est hoc genus exornationis inveniri, dilucidum esset; ut cum bene esset intellectum, facilis in dicendo inveniretur.*

† lib. 5. de
providentia
Dei.

IV. DE ΔΙΑΛΛΗΛΩΝ, ΣΥΝΧΙΑΣΤΩΝ.

VICINA ἀντιμαθήσει est figura, quæ διὰλλων, vel χανών dicitur. Est ea sententiarum reciprocatio, ut latius pateat, quam ἀντιμαθήσει. Fit enim vel cum reciprocatioe verborum; ut, *Doctus disertior, disertus doctior:* vel sine ea; ut, *Doctus fecundior, eruditus disertior.* Prius genus ἐπ'ἀνδρον habet, ac quemadmodum de ἀντιμαθήσει dicebamus, ratione quidem elegantiae, quæ in verborum inversione consistit, schema est λέξεως: ratione autem sententiae, quæ mutatis etiam verbis permanet, χῆμος est διασπασίας. At posterius genus tantummodo est hujus loci. Sic ad utramque classem pertinet, *Iustus fortior, fortibus justior.* Vbi & ἐπ'ἀνδρῶν est, & ἀντιμαθήσει, & διὰλλων. At posterioris solum generis est, *Iustus fortior, potentibus aequior.* Quomodo locutus Aristides in Panathenaico. Dicit enim, Athenarum urbem esse οὐ μὲν τὰ δ'ἄλλα τιμώτων ἀρχαίωτον, οὐ δὲ τὰς ἐπιφθασίας διαμένει ἐχθρῶν ἀπεικασίας. Quæ ad verba, hæc Ienohattes Aristidis colentibus apud Photium in myriobiblo annotavit †: *Τὸ ἀρκαιώτων ἢ λέγει χῆμος ἀντιμαθήσει ὁμοίως ἐπὶ λέγει, καὶ δὲ διὰλλων, ἐπαγωγῶν, ἢ δὲ χιτωνῶν. οὐλεκτῶν, αὐτῶν, καὶ ἀρκαίωτων καὶ ἀπαικασίας ἀρκαιώτων μὲν ἀρκαιώτων, ἀρκαιώτων δὲ, διὰ τὸ ἀρκαιῶν ἐχθρῶν τὸν 246.*

ἀγωνα τῆ ἐπιρωγῆ ἢ νομμάτων. χι δὲ χασίη δίδει δύο προτάσεων ἰσῶν, τὸ δικαίον καὶ τὸ δυνάτω, ὃ μὲν εἶδει τὸ δικαίον δύναι, τὸ ἀπέρισμα τῷ δυνάτω, ὃ δὲ εἶδει τὸ δυνάτω, ἀνίδηκε τὸ δικαίον πάλιν, ἐπαναξίας τὰς ἰσοτάς. Ἐξαιρέτως δὲ καὶ ἀναίρησι λέγει, ἵπενδῆ παρρησιασθε οἱ δικαίους, τὸ εὐχερῶς πάρεσι καὶ ἀδίκησιν, ὡς δὲ ἀνδρείοις, τὸ ἀδίκησιν, ἀνείλε τὴν ἀκατήρη καίαν. οἷον δικαία ἴσα καὶ ἐπαίρησι, καὶ ἀνδρείοι ἴσα, καὶ ἀδικήσουσιν ὅλοι, εἰ καὶ ἔν τελεῖ ἔδωκε τὸ συγκριτικὸν τῷ ὀνόματι, ἀλλ' ἐκ ἐστὶ τὸ χύμα συγκριτικόν, ἀλλ' ὡς εἴρηται παρεκρίτως καὶ μὴ δὲ οἷον ἀναίρησι.

Qua: sic fere transtulit Andr. Schottus: Hoc orationis schema varijs nominibus appellatur. Etenim dicitur str ptolyton, diallelon, enagonion, diagonion, chiasion, implicatum, solutum, subiecti mali amolitiio. Streptolyton quidem, quia ex aequivalentibus solvit dicta. Enagonion verò, quia videtur habere certamen in inductione sensuum. Chiasion, quia duarum propositionum, iusti scilicet, & potentis, quod quidem oportebat dare iusto, dat potenti: quodque potenti, iterum dat iusto, sensum permutans. Dicitur autè subiecti mali amolitiio, [quia] cum subycit ut iusti, facile pati injuriam; ut foribus verò, injuriam facere, sustulit utriusque malitiam. quale est, iusta est, & non patiens; & fortis est, & injuriam faciens haudquaquam. Etsi enim † in fine posuit nominis comparativum, non tamen est schema comparativum; sed, ut dictum est, subiecti mali machinatur amolitionem.

† Interpretis venit, Si enim in fine p. n. e. sed non est &c. Sed ei καὶ καὶ valet, Et si enim. † in verso. † violentum.

V. DE ANTIΣΤΡΟΦΗ, SIVE ΒΙΑΙΩ.

ANTIΣΤΡΟΦΗ †, sive, ut Hermogenes vocat, βίαιον †, dicitur, cum positum quippiam retorquetur in adversarium. Ac quatenus probat, ad argumentationis doctrinam pertinet. Quatenus verò sententiam verbaque eleganter invertit, figura quidem est; sed, ut arbitror, haut nova, verùm species ἀντιμεταβολῆς, de qua proxime dictum. Exemplum habes in responsione Chananææ ad Christum Matth. xv. vers. 27. Quia canis es, ait Christus, non convenit tibi panem porrigi. Imò, inquit illa, quia canis sum, non denegabis mihi micas de mensâ decedentes. Romuli quoque similis ἀντιμεταβολῆς, apud Agellium lib. xi. cap. xiv: ubi hæc laudat L. Pisonis ex primo Annaliu: Eundem Romulum dicunt ad carnem venisse, ibi non multum bibisse, quia postridie negotium haberet. Ei dicunt: Romule, si istuc omnes homines faciant, vinum vitius sit. Is respondit: Imò verò carum, si quantum quisque volet bibat, nam ego l. vi, quantum volui. Inversionis quoque hujus illustre habes exemplum apud Aristophanem in Nebulis; ubi filius à patre, cur vapulet, quærens, omnia argumenta in patrem retorquet.

retorqueat. Simile etiam fuerit, si homo improbus, sed claris ortus majoribus, tantò se majorem altero dicat, quantò melius natus sit: atque id sic invertas, tantò potiùs deteriorem esse, quia, ne domesticò quidem exemplo, quo alter caruerit, potuerit ad virtutem incitari. Id Sallustius sic expressit in oratione Marij *: *Nobiles cum* * in Lug. *apud vos, aut in senatu verba faciunt, pleraque oratione majores suos extollunt: eorum fortia facta memorando, clariores sese putant: quod contra est. Nam, quantò vita illorum præclarior, tantò horum secordia flagitiosior.*

VI. DE ΣΤΝΟΙΚΕΙΩΣΕΙ.

ΣΤΝΟΙΚΕΙΩΣΙΣ uni Fabio* memoratur, his verbis: *Συνοικείωσις* τῆς γ. α. α. κ. *κείωσις vocant, quæ duas res diversas colligat. Nec aliud adfert 3. exemplum, quàm illud P. Syri raimographi:*

Tam deest avaro, quod habet, quàm quod non habet.

Vnde colligi videtur, schema hoc fieri, quancumque idem contrarijs tribuitur. Quare *συνοικείωσις* quoque erit: *Vtraque pessima, & immoderata servitius, & immoderata libertas.* Hoc si placet, idem schema erit, quod Rutilio Lupo dicitur *συνοικείωσις*, vel *συνοικείωσις*: de qua sic scribit: *Hoc schema docet diversas res conjungere, & communi opinionioni cum ratione adversari. Et habet magnam vim, vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi.* Subiungit deinde tria exempla, Hyperidris, Lyfiæ, & Demosthenis. Imò fortasse & Rutilius *συνοικείωσις* scripserit. Sic quidem legit H. Stephanus in Thesaurò L. Gr. Sed alterum illud est, tum in Aldinâ, tum eâ, quam Pythæus repræsentavit. Latinè dicatur *commistio*, vel *communicatio*. Cæsari Scaligerolib. III. de re poetica cap. XLVII. vocatur *συνοικείωσις*, ac Latinè ait dici *commistionem*, *confusionem*, & molliusculè *cinnum*. Sed fortasse Scaliger aut scripsit, aut voluit, *συνοικείωσις*. Nec enim est à *κείωσις*, sed *συνοικείωσις*, vel *συνοικείωσις*, quod apud Hefychium legas: unde *κείωσις*, quod Latinis *cinnus*, Tertulliano† etiam *cocetum*, ut diximus in † adversus Valentinian. pars cap. 12.

VII. DE ΟΞΤΜΩΡΟΝ.

AD contraria quoque pertinet *ΟΞΤΜΩΡΟΝ*, quasi dicas *acutifatumum*, quo idem negatur de semet ipso, unde fit, ut primâ facie fatuè dictum videatur, quod postea acutè dictum cognoscitur.

* apud
Non in
Vulgare.
† apud
Cic. in Cat.
M.

scitur. Vt Ennij istud *:

--- *Quæ scis*

In vulgum vulgas, artemque expromis inuertem.

Et illa ejusdem in oratione Claudij Cæci †:

Quò vobis mentes, recta que stare solebant

Ant hac, dementes sese flexere vieta?

† appendice
notarum in
disticha

Catonis de
versibus
Ennij à
Gaza ver-
fis.

* lib. 1. od.

37.

† Ind. Lo-
cret.

† apud Ma-
rium Vico-
vinum lib.

3. artis

Gramm. at.

* Rudente.

Vt Scaliger † legendum putat. Audacius enim, quàm par est, aliqui substituere,

--- *dementi sese flexere ruinâ.*

Eos movit, quodd & Horatius *, *dementes ruinas*, dixerit. Sed in Enniano illo MSSi constanter habent, *dementes, & via, vel vie*: atque ita & Gazam, legisse videmus ex translatione ejus. Giffanius † nihil mutabat: ut sit versus Diphilius, sive Chœrius, ubi in fine deest syllaba: ut in illo †,

Alma parens genitrix divum decus Oceano.

Sed si tam insolentem versum Ennius usurpasset in Annalibus: puto, non id monere refugissent veteres rei metricæ scriptores. Turnebus, ac Lambinus, pro *via* reponunt *viai*. Quod imprimis placeret, si quemadmodum Plautus * dixit, *quò gentium*, similiter, *quò via*, diceretur. Sed non satis conveniunt hæc duo, quia *via*, est locus per quem itur, *quò* autem notat locum, ad quem itur. Quare si *vieta* displicet, quia durius junctis duobus appositus dicatur, *mentes dementes vieta*; non tamen *quo via*, vel *viai*, sed *quâ viâ* rescribi debeat. Nec eo versus sit Diphilius: quia fortasse aliqua sequebantur, quæ ad aliud comma pertinerent, eoque à Tullio omittantur. Exempli gratiâ, si sequebatur aliquid in hanc sententiam, *Qui hosti offertis pacem*: potuit *qui*, potuit & *hosti*, versus claudere. Vt cunque est, non dubium, quin dixerit Ennius, *mentes dementes*, quod Græcè sit, *opéras áppovs*. Similiter antiquus Tragicus apud Tullium in III. de Oratore:

Quâ tempestate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis.

Quod Græcè sit *γάμος ἀνύμων*: uti Sophocles Oedipo tyranno locutus, ac Philostratus quoque in vita Apollonij. P. Scipionem, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit ferè ejus æqualis: *Nunquam se minus otiosum esse, quàm cum otiosus esset: nec minus solum, quàm cum solus esset*. Quo significabat, ut Tullius † declarat, *se & in otio de negotiis cogitare, & in solitudine se-cum loqui solitum*. Plautus Pen. †

† initiolib.

3. de Off.

† act. 1. sc.

20

--- *Venus non est Venus.*

Hanc equidem Venerem venerabor.

Idem

- Idem Mil. †
 --- *Eriam illud, quod scies, nesciveris.* † aſ. 2.
 Cui geminum hoc Terentij Eun. † ſc. 6.
 --- *Tri pol, ſc ſapis,* † aſ. 4.
Quod ſcis, nescis. ſc. 4.
 Ejuſdem eſt in eadem comœdiâ *: * aſ. 1. ſc.
 --- *Vt cum ratione inſanias.* 1.
 Item †: † aſ. 2. ſc.
Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cum eſt, nihil deſit tamen. 2.
 Et in Andria †: † aſ. 2. ſc.
 --- *Id aliquid nihil eſt.* 1.
 Item *: * aſ. 4. ſc.
 --- *Coactus tuâ voluntate eſ.* 7.
 In epitaphio Plauti †: *Innumeri numeri.* hoc eſt, comœdia, cujus de † apud Var.
 verſibus dicere liceat, quod de Pindaricis Horatius *, *Numeris que* ronenſ. lib.
feritur Lege ſoluitis. Nam Comici, ut ait Terentianus Maurus: 1. de poetis,
In metra peccant arte, non inſcitiâ. & exinde
 Cave aut Oberto Giffiano † aſſentias, qui *innumeros* exponit inſi- Gell. lib. 1.
 ritos: aut magno Turnebo †, qui per *numeros* carmen, per *innumeros* * lib. 4. od.
 profam intelligi putabat. At longè aliâ mente, & ſatis aperta, dixit 2.
 Lucretius lib. 11: † in ind.
Non eſt unica, ſed numero magis innumerati. Lucret.
 Prout eum locum reſtituit Parillus Leopardus *. Apud eundem † l. 10. Ad-
 Lucretium lib. 1. eſt: verſario.
 --- *Interea perpotet amarum* cap. 12.
Absintibi calicem, deceptaque non capiatur. * lib. 18.
 hoc eſt, *decipiatur*: ſimplex pro composito, ut ſæpe alibi. Varro cap. 5.
 apud Macrobiū lib. 11. Saturnal. cap. viii: *Bellaria ea maximè*
ſunt mellita, quæ mellita non ſunt. Satis liquet, non aliud eum velle,
 quam illa eſſe gratiſſima, quæ ſine melle ſunt cocta: ut mirum ſit,
 Robertum Titium non dubitaſſe de eo integrum caput contexere *. Idem Varro lib. v. de L.L. & ex eo Feſtus in voce *Meditrina-* * in locis
lia, ſcribunt, morem fuiſſe populis Latinis, ut primum muſtum bi- contro.
 bentes, dicerent: *Novum vetus vinum bibo, novo veteri morbo mædeor:*
 atque inde dictam deam *Meditrinam*, ſacra autem *Meditrinalia*.
 Quamquam hic perperam mihi *ἀγύμωρον* ſtatuerè videntur. Nec
 enim de eodem *novum*, & *vetus*, intelligi debent, ſed vinis diverſis,
 ut ſententia ſit, *novum*, & *vetus*: quomodo apud nos, cùm primūm
 e Germania advehuntur vina, eadem in menſâ veteribus vinis

nova sociantur. Cicero etiam hoc schemate gaudet. Sed nihil in eo illustrius istoc in Lælio: *Quocirca (amici) & absentes absunt, & egentis abundant, & imbecilles valent, & quod difficilinus dictu est, mortui vivunt.* Eiusdem est in Bruto: *Subito in civitate, cum alia occiderunt, tum ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit.* Idem Philipp. 1: *Qui illam insepultam sepulturam effecerant.* Scio fuisse, qui in sepulcro reponerent. Sed in sepul. in omnibus libris legi, auctor est Hieronymus Ferrarius †. Ac locutus similiter Optatus Milevitanus lib. 111. Idem Tullius in Verr. *Atinensis ager sic erat deformis, atque horridus, ut in uberrimâ Sicilia parte Siciliam quæreremus.* Cui geminum hoc Manilij lib. v. Astron.

† ca. ligat.
in Philipp.
Cic.

Illis in ponto jucundum est querere pontum.

Et apud Martialem lib. vii. ep. lx.

Inque suo nullum limine limen erat.

Item in epigrammatis de amphitheatro, Martiali tributis:

Inque omni nusquam corpore corpus erat.

Est & istud Tullij 1. Catil. *Cum tacent, clamant.* Quomodo & in † ep. 6. Divinat. ait, *Etiamsi tacent, satis dicunt.* Eodemque modo Catullus † dixit:

Nequicquam tacitum cubile clamat.

Et Cassiodorus lib. iv. epist. ult. *ἄγασθαι* artem appellat, *clamosum silentium*, ac *tacitam expositionem*. Et Gregorius Nyssenus orat. in laudes S. Theodori martyris ait: *Οἷον δὲ ἡ γὰρὰ παρ' αὐτῶν ἐν τοῖς τοῖς λαλῶν, ἢ τὰ μέγιστα ἀφελῶν.* solet etiam pictura tacens in pariete loqui, maximeq; prodesse. Catulli quoque est isthoc, carmine ad Mallium:

--- *Non est Dea nescia nostri,*

Qua dulcem curis miscet amaritiam.

Quomodo & Sappho, ut ex Hephæstione discimus, amorem vocat *γλυκύμηλον*, q. d. *dulciter amarum*: quo ipso elogio amorem potest insignivit Plato, ut testatur Maximus Tyrius. Virgilius Æn. vi 1:

*Num capti potuere capi? num incensa cremavit
Troia viros?*

† lib. 6.
Sat. cap. 1.

Quæ, ut Macrobius † observat, expressit ex illis Ennij de Perga-

*Qua nec Dardaniis campis potuere perire,
Nec cum capta capi, nec cum combusta cremari.*

Horatij item est in carmine seculari:

*Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas, aliisque, & idem*

Nascaris.

Item lib. 1. od. xxxiv:

Insanientis dum sapientia

Consultus erro.

Græcè sit *οὐκ ἔστι σοφός*: *cujus sectatores unicâ voce Lucianèa † apud in Alex-*
pelles μωροκόπος. Sunt & ejusdem Venufini vatis, *facilis savitia, per-* *xandro se-*
java fides, strenua inertia, concordia discors. Quo postremo usi etiam *Pseudam-*
 Ovid. 1. Met. Manil. lib. 1. & Lucanus lib. 1. Est quoque Ovidij 11.
 Met.

Et dedit amplexus, injustaque justâ peregit.

Quorum verborum elegantiam cum non assequeretur Iacobus
 Bononiensis *, pro *justâ* legit *busta*, ac *injustâ* exponit. *parvo emta* * *annos.*
pretio. quæ æquiva quæritur †. Omnino enim *injustâ justâ* dixit, ut apud *in Ovid.*

Pedonem Albinovanum † legas:

Savit, & injustum jus sibi sola facit.

Et apud Sidonium *:

Injustè tibi justâ persoluta.

Eodem schemate utitur idem Ovidius in fabula Iûs †:

--- *Tu ne es quæsitâ per omnes,*

Nata, mihi terras? tu non inventa reperta es.

Sententia enim est: Reperi filiam formâ vaccæ indutam. Eoque
 filiam reperi, & non reperi. Non reperi, quia vaccam, non filiam
 inveni. Reperi quomodocunque, quia vaccam inveni, in quam filia
 conversa. Quod cum non cogitaret Valla *, colligebat hinc discrimen
 illud inter *invenire*, & *reperire*, quasi inveniamus quæsitâ, repe- ** lib. 5.*
 riamus se fortuito offerentia. Ac in sententiam suam etiam pertraxit *Eleg. cap. 2.*
 Parrhasium in lib. 1. Claudiani, Erasmus in Matth. cap. 1. Henr.
 Stephanum in Pseudocicerone, & alios magno numero. Idem
 Ovidius vii. Met.

His, ut quæque pia est, hortatibus impia prima est,

Et, ne sit scelerata, facit scelus.

Idem viii. Met. fah. iv:

Impietate pia est.

Etiâ *ἀεὶ μωρός* habes in isto de unguentatis, *malè olere, qui semper*
bene olent. Quam sententiam legere est apud Plautum Mostella-
 riâ *, & Cic. lib. 11. ad Att. epist. 1. Sed & eadem usus Martialis ** ast. 1. se.*
 lib. 11. epig. xii, & ante eum Petronius Arbiter: de quo nobis testis *Lampriidant.*
 B. Hieronymus epist. ad Demetriadem. Longum sit, si velim
 itidem ire per eos, qui postea vixere. Tantum dicam, nec Juris-
 fff 2
 consultos

* I. Secus. confultos ijs abstinuiffe : quale illud apud Scævola * , *Emissionem inenam videri.* Nec item Ecclesiasticos : cuiusmodi hoc B. Augustini lib. IV. contra Iulianum cap. 111 : *Plan: possumus dicere, hereticarum frontem non esse frontem, si non membrum, quod facit Deus, significare intelligamur frontis nomine, sed pudorem.* Idem sermone de vitandâ ebrietate : *Per inimicam amicitiam adjurare homines non erubescunt, ut potum amplius, quam oportet, accipiant.* Cui simile illud, *--- inimicum nomen amici.*

† Anson. *† annot. in Dolabella epistolâ lib. 14. eorum, qua ad Alitium.*
 * Sic quippe nonis mortuus jam mortuus.
 † Quæ in delicijs est, vivēs mortua est.
 * Mater non mater.

Quod legas in distichis de moribus, siue ea incerti sint scriptoris, ut jam ante secula penè quinquaginta scripsit Ioannes Saresberienfis †: (quod si placet, dici possit, nomen *Catonis* esse ab argumento: quomodo Cœlij, vel alterius de re culinaria opus, *Apicius* inscribitur) siue potius auctor vocabatur Cato, ut magis sit verisimile, tum quod in optimo Simeonis Bosij codice, quem & Elias Vinetus vidit, Dionysio Catoni adscribebantur: tum eo, quod, ut idem Vinetus primus annotavit *, Catonis illa nomine laudârit Vindicianus, comes archiatrorum, epistolâ ad Valentinianum imperatorem, quam apud Marcellum Empiricum legere est. Ut omnino auctor sit antiquior Aufonio, cui perperam id carmen tribuebat Baptista Pius †. Quod verò Augustino, & Catoni, est *inimicus amicus*, id est *φιλονεικος* fuerit Græcis. Quos *ἔξυμώροισ* gaudere, exemplis aliquot comprobât Victorius lib. x. Var. Lect. cap. xi i. Ita dixit Æschylus *Χονηόρους*, de ijs, qui relictis liberis discedunt:

Οὐτῶ * δὲ τέθνηκας, ἐδέσπε δάσων.

Nempe quia mortui vivunt in liberis, quos relinquunt. Contrâ verò de vidua luxuriosa, ac falaci, ait Apostolus 1. Tim. v. 6: *ἡ ἡδὴ δὲ* *† civitas ἡσπαταλῶν, ζῶσα τέθνηκε.* Sophocles Aiace: *Ἐχθρῶν † ἀδελφὰ δ' ὄψεσθαι.* Idem Electrâ: *Μήτηρ † ἀμήτωρ.* Euripides in Hecuba:

Νύμφην * τ' ἀνυμφον, παρθένον τ' ἀπαρθένον.

Plato in VI. de Legg. *Πόλις ἀπολις †.* In veteri epigrammate:

Ἀ χείεις † ἀ βραδύπους ἀρχαίς χείεις.

Philippus, vel potius Ephippus (quomodo legendam, docuit Casaubonus *)

Οὐκ † ὄψα δ' ὄπ τ' ἀργύριον ἐς ἀνάργυρον;

Melitæi quoque ab Athenæo lib. xi i. vocantur *ἀνδραποι ἐν ἀνδρα-* *† Nescisne,* nobis in fiet *ποι †*, non quia eunuchi, prout accipitur in veteri epigrammate; sed quia nani siue pumili: quales, ut paulùm Iuvenalis * versum immutemus,

Producit, quoties voluit Natura jocari,

* I. 8. Animadversio Athen. cap. 15.
 † Nescisne, nobis in fiet ποι †, non quia eunuchi, prout accipitur in veteri epigrammate; sed quia nani siue pumili: quales, ut paulùm Iuvenalis * versum immutemus,
 * I. 8. Animadversio Athen. cap. 15.

Sanè hos, uti & similes ijs, Cæsar Augustus ꝑ vocabat *Indubria natus* ^{Suet. in Aug.} & mali ominis. Tatianus * gentiles philosophos, ob falsa dogmata, ^{erat. con- tra genes. philosophos} atque inanem sapientiæ ostentationē, appellat *φιλοσοφους* & *φιλοσοφους* ꝑ. Epiphanius * de Iosepho ait: *ἄρα γὰρ ἄρα & Μαρία.* Imò in ipsa *ἐξ ἑμῶν* ^{non philo- sophos.} voce *ἐξ ἑμῶν* habes, quia primâ facie repugnât, acutè, & fatuè dici.

Qui plura elegantissimi hujus schematis exempla deposcit, adeat ^{* Serm. 45 ꝑ δὲ σπουδῶν τῶν φιλῶν τῶν Κουίτων.} Conradi Ritteri hujus commentarium in Oppiani *Κωνυερ.* lib. 1. ubi plusquâ centena, ut puto, suggeret hujus figurę exēpla nobis indicta.

CAP. XIII.

DE IIS, QUÆ FIGURAM ACCIPIVNT
RATIONE PERSONÆ, ET REI.

† *vir Maria non vir.*

TAM ratione personæ, quàm rei, figurant *sermonem*, *licentia*, *interrogatio*, *exclamatio*, *acclamatio*, & *noëma*.

Licentia, vel potius *libertas* dicitur, cum apud eos, quos vereri debemus, liberius quadam pronunciamus, vel commonendi, vel objurgandi gratiâ; vel etiam cum id simulamus, adulandi causa.

Interrogatio quid sit, diximus in schematis *ἰσχυρος*. At tamen hujus etiam est loci, quia dictio quidem inflectitur, cui rectè esse licebat: sed de re interrogatio instituitur.

Quod si interrogatiōni subijciatur responsio, subiectio nominatur.

Exclamatio est, cum magnitudinem affectus significamus, personæ, aut rei compellatione, vocisque intensione.

Acclamatio, quæ Græcis *ἐπιφωνημα*, est cum rei narrata, aut probata subijcitur sententia.

Noëma est sententia personæ accommodata. Et hæc de schematibus *δαρῶν*.

I. DE ΠΑΡΗΣΙΑ.

SUPERSENT schemata, quæ ratione & personæ, & rei, orationem figurant. Istiusmodi sunt, *παρησια*, *ἑρωσις*, *ἐπιφωνσις*, *ἑρωσιμα*, & *νοημα*.

ΠΑΡΗΣΙΑ magistro Herenniano *licentia* vocatur. At parum commodè, cum ea vox in vitio ponatur. Nec rectius appelles *effrenationem*: quamvis Cicero III. de Orat. nomet vocem quandam liberam, atque etiam effrenatiorem augendi causâ. At Maro egregiè, cujus illud XI. Æn. *Det libertatem fundi.*

Ἠαῖῖνος quoque ibidem exemplum habes:

Dicam equidem, licet ille mihi mortemque minetur.

Hanc Fabius lib. ix. cap. 11. inter schemata reponendam negat, quia nihil minus sit figuratum, quam vera libertas. Idem extremo cap. tertio Rutilium eo nomine reprehendere non dubitat, quod *Ἠαῖῖνος* figuris adscripserit. Verum dubitari non debet, quin figurata sit quædam *Ἠαῖῖνος*: ut cum ait Tullius pro Ligario: *Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magnâ parte, nullâ vi coactus, iudicio meo, ac voluntate, ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te.* Quo loco (ut Fabius ipse agnoscit) non solum ad utilitatem Ligarij respicit, sed magis laudare victoris clementiam non potest, Illustræ etiam figuratæ libertatis exemplum apud Herodotum † habemus in Croeso. Nam cæteris præ metu laudantibus Cambysem, ac Cyro eo nomine præferentibus, quod Ægyptum paterno adiecisset regno, scitè Cambyfi Croesus ait: *Ἐμοὶ μὲν νῦν, ὡς αἰ Κρόσῳ, ἔδουκεις ὄμοιοι. Ἢ τῷ πατρί. ἔ γάρ κεν τοῖ ἐστὶ ἴδης, οἷόν σε ἐκείνῳ κατακλιμένο.* *Mihi quidem, Cyri filii, non videris patri adequandus. Nondum enim tibi est filius, qualem ille te reliquit.* Quæ figurata reprehensio plus habuit adulationis, quam magnifica aliorum encomia. Atque hinc liquet, quandam *Ἠαῖῖνος* meritò inter figuras reponi. At quæri r porro. num omnis *Ἠαῖῖνος* schema sit. Negat Julius Scaliger, sui †. Quod veterum censor, ac deliciæ omnium, quorum interest vacare Musis. Duplicem autem is *Ἠαῖῖνος* facit: unam, quam oratione totâ præ se ferat orator; atque hanc figuram esse negat: alteram, quæ veriùs sit ostentatio huiusce libertatis, & quasi color ejusdem: atque eam esse figuram agnoscit. Verum maximus vir non usquequaque in eo satisfacit. Quid ergo prohibet, quo minus & sententiam meam adferam † non tanquam *κλεινὴν δόξαν* †: sed neque obtrectandi amore, vel dissentiendi lubidine: verum ut hoc velut irritamento, aliorum sententias, modò tanti hoc ijs esse videatur, quasi per saturam exquiram. Ut igitur fert opinio mea, non omnis huc pertinet *Ἠαῖῖνος*: nec tamen sola libertatis ostentatio schematicis adscribi debet: sed & quandocunque apud eos, quos vereri debemus, quædam liberiùs, attamen cum venustate ac gratiâ quadam, pronunciamus, vel commonendi, vel objurgandi causâ. Quippe solet in istiusmodi oratione esse quidam gestus à communi usu remotus. Neque id negabit, qui cogitârît, quia in *Ἠαῖῖνος* ferè periculum est, ne eâ offendatur auditor, iccirco præmuniri hanc scitè certo remedio. Nam interdum licentiæ veniam petimus: interdum

† lib. 3.

† maxime
ratan sen-
tentiam.

prius

prius commendamus, quam reprehendimus: interdum amorem nostrum prius testamur: interdum id nos inuitos facere dicimus: interdum dolorem nostrum ob alius delicta aperimus: interdum denique culpam, aut communicamus nobiscum, quo de modo in *actum* doctrinâ diximus; aut cum alijs, quomodo B. Paulus, ad Galatas scribens *, culpam rejicit in falsos Apostolos.

* cap. 1.7.

II. INTERVM DE INTERROGATIO- NE ACTVM.

ETIAM ad schemata, quæ ratione personæ pariter, ac rei, figuram accipiunt, interrogatio potest referri. Nam prout eam diversè consideres, vel *λέξως*, vel *διὰ τοῦ λόγου* schema erit. Ac *λέξως* quidem figuram esse, eo colligimus, quia si in rectam orationem convertatur, sententia manet, schema perit. Vt in isto †:

† 3. Ex.

--- *Quid non mortalia pectora cogis,*

Auri sacra fames?

Dixeris hoc ipsum oratione rectâ:

--- *Nil non mortalia pectora cogis*

Auri sacra fames.

Atque idem liquet alijs ex multis exemplis, quæ cap. v. adferebamus. At eandem schemata esse *διὰ τοῦ λόγου*, clarè illud evincit, quòd interrogatio primò rei inest, non verbis. Magis igitur *διὰ τοῦ λόγου* figura est, quàm *λέξως*: etsi secus visum Cæsari Scaligero †, qui inter *λέξως* schemata maluit reponere. Sed contraria sententia verior est: quæ altero etiam argumento comprobatur. Nam verbis quibusvis substitutis, ac quocunque positis ordine, schema remanet. Nec enim tantùm schema est, *Patère tua consilia non sentis?* Sed etiam, *Non sentis tua patère consilia?* aut, *Non animadvertis, nos rescisse, quicquid statueras?* ac quocunque etiam modò placuerit orationem eam variare. At hoc, credo, aliquis inficiabitur, quia pro eo dici possit, *Patent tua consilia*. Verùm cogitandum, hoc pacto non verba solùm alia reponi, quod factum oportuit: sed infimul rem ipsam leviter immutari. Quamvis enim interrogatio aliquo modo *ἰσοδυναμῆ* † orationi rectæ: tamen id tantùm fit per accidens: per se autem, ac naturâ ipsâ, differunt plurimùm. Siquidem recta oratio, cum sit *ἰσοφωτισμῆ* *, verum dicit, aut falsum: contrâ quàm fit inflexâ, quæ imperfectæ est orationis genus. Eoque vel cæco apparet, differre eas inter se, non verbis solùm, sed ipsâ sententiâ.

† lib. 3. de
re poet. cap.
42.† vim habet
equaltem.
* enunciatio
tiva.

Sed

Sed utcumque de interrogatione simpliciter institui debet: illud saltem dubium non est, quin tum schema sit *ἁπλοῦς*, cum interrogationi subijcitur responsio: quæ iccirco *subiectio* vocatur. Cicero pro Roscio Amerino: *Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? minime. At tanto officiosior, quam ceteri? ne istius quidem laudis ira sum cupidus, ut aliis eam præceptam velim.* Idem pro Archiâ: *Quæret quispiam, Quid illi ipsi summi viri, quorum virtutes literis prodita sunt, istanc doctrinâ, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare; sed tamen est certum, quid respondeam.* De hoc schemate ita scribit Cornificius: *Subiectio est, cum interrogamus adversarios, aut querimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit: deinde subijcimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adjumento futurum sit, aut offensivum illis è contrario.* Quare videri possit subiectio nihil esse aliud, quam *ὑποθέσις* ea, cujus *ὑποθέσις* instituitur per interrogationem. Sed longè latiùs subiectio patet. Nam videas sæpe, & interrogationem, & subiectionem, ad *ἀνδραποδοεῖν* pertinere. Vt pro lege Maniliâ: *Quid tam novum, quam adolescentulum privatum difficili Reip. tempore exercitum confecisse? confecit. Huic præesse? præfuit. Rem optime ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinem, quam homini adolescenti, cujus à senatorio gradu ætas longè abesset, imperium atque exercitum dari, Siciliam permitti, atque Africam, bellumque in eâ administrandum? Fuit in ijs provincijs singulari innocentia, gravitate, virtute. bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid verò tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare? Ad eam quoque rem populus Rom. non modo vidit, sed etiam omni studio visendam putavit.* Quare perpetuum non est, quod Cornificius putat, subiectione quæri ab adversario, quid ab illo, aut contra nos, dici possit. Quæ sententia etiam refellitur illo Ciceronis pro Archiâ: *Quæ res à nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur? Quia suppedi? si nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures convicio desesse conquiescant. Nec ulla est *ὑπόθεσις* in illo Matth. xi: *Quid istis in desertum videre? num ventum à calamo agitatum? num prophetam? Amen dico vobis, etiam præstantiorem prophetâ.* Quare generatim subiectio dici potest, quandocumque ipsi & interrogamus, & respondemus. At de subiectione, quatenus vel idem est ac *ὑπόθεσις*, vel species ejus, satis dictum, cum de prolepfi ageremus.*

III. DE EXCLAMATIONE

EΚΦΩΝΗΣΙΝ five exclamationem appellant quidam, quando-
cunque vox attollenda est ad rei magnitudinem indicandam.
Ita vetus commentator exclamationem statuit in isthoc Juvenalis
sat. xiv:

— Sed qua reverentia legum,

Quis metus, aut pudor est unquam propevantis avari?

Idem scholiastes cum exclamatione pronunciare jubet hæc sat. xv:
Carnibus humanis vesci licet.

Hic verò angustius exclamationis voce utimur, pro oratione, in
qua interjectio expressa, aut intellecta, indicet animi affectum, eo-
que etiam pronunciatio intendatur, ad significandam rei magnitu-
dinem. Rectè autem negat Fabius †, hanc inter tropos reponi pos-
se; quod factum à quibusdam, ac fortasse Tullio in 111. de Oratore. † lib. 5. cap. 2.
At errat idem Fabius, cum eam figuris accenseri ait, non quia sit
figura, sed quod ei similis sit. Nam reapse schema est, cum ei
convenienti figuræ definitio ab ipso allata. Quod verò simulatio
in eâ non est, id neutiquam causa esse potest, cur furcillis è figuris
expelli debeat, cum, quicquid Fabius dicat, nulla in plerisque
omnibus figuris insit simulatio. Exclamatio est in illo Terentij *:
O cælum! ô terra! ô maria Neptuni! Ac illo Ciceronis in Catil. 1. *O
tempora! ô mores!* Et in Anton. 11. *O miserum me! consumptis enim lachry-
mis, infixus tamen pectori hæret dolor.* Neque interjectione semper
opus est. Nam exclamatio quoque sit, si, hæc præteritâ, dicatur: *Mi-
serum me!* Quia verò varietatis usque aded sumus amantes, ut per
omne nos diffundamus scriptorum genus; sanè licet & in parvioribus
exemplum addere è poëtastrò quopiam, quem Boëthij tempore
vixisse volunt. Maximiani dico, in cujus elegijs legere est:

O quam dura premit miseris conditio vita!

Quem versum,
cum aliquamultis aliis, qui apud *Psoudes* Gallum sequuntur,
Maximiano (ut de aliorum nostrisque codd. mss. nihil dicam) iam
ante amplius annos ducetos tribuit Iacobus Magnus Toleranust. Et † in Sopho.
sanè vel unicus hic versus, cum in eo corripiatur antepenultima in
conditio, quasi sit à *condiando*, non *condendo*, ostendit liquidò, non esse
factus huiusce parentem illum tantopere à Marone * celebratum * *Ecl. 10.*
Cneum, five, ut Eusebius vocat, Caium Cornelium Gallum, vel
ut Strabo, & Iosephus, voce truncatâ, si vera est Pierii suspicio,

† in illud
Ecl. 6.
His tibi
Grynæi
nemoris
dicatur
origo.
† cap. 9.

nominant Ælium Gallum; qui, Servio † teste, Euphorionem Latinis expressit verbis. Similis est error, cum eidem *Socrates* molossus est: in quo tamen, nisi & ultimam in *Vlysses* corripere, & secundam in *pedagogus* produceret, videri poterat Græci habuisse accensus rationem: ut læpe Prudentius facit, ac Sidonius † etiam in istoc Phalæcio:

Orchestra quatit alter Euripidis.

Et tamen ineptias hæc tam multi tribuunt Cornelio Gallo: quibus se aggregare non dubitat Robertus Titius lib. I, locorum controverf. cap. xv. Ac super eo ab Yvone monitus, mirificum κρησφύζου commentus est. Ait, poëtastrum illum esse dictum Cornelium Gallum Maximianum: sed nobilem illum poëtam esse vocatum Cornelium Gallum Asnium. Verùm in gradus rursus, ac lineas revertamur.

Effertur & exclamatio per ἐξώπιον. Ut Æn. II.

Hon, qua nunc tellus, inquit, qua me aquora possunt

Accipere?

Atque ut juramenta per carissima quæque fiebant, ita & exclamationes. Terent. Andriâ †:

† act. 5. sc.
2.

Pietatem nati! nonne te miseret mei?

Sed imprimis κατ' ἐκφώνησιν ulurpantur Dij, & quæ Deorum sunt. Cato Censorius: *Vita Deum immortalium!* Quæ ad verba Statilii Maximus, vetustus admodum Criticus, illud annotavit: Ἐκφώνησις ἀρχαίων, ὡς, ὡς ὄπιον. Auctor Charisius in ijs, quæ de interjectione ex Commianiani libro II. adfert. Itidem crebrum est Græcis, ὦ Ζεῦ.

† epig. 1.

Quos imitans Catullus † ait:

Doctis, Jupiter, & laboriosis!

† epig. 54.

Ejusdem est †,

Di magni! salaputium disertum.

Epicurus mirum in modum hujusmodi ἐκφώνησιν capiebatur. Quæ illa apud Laërtium †: Παιδὸν * ἀναξ, φίλον Λεοντίδα. In his quia modum non teneret, insultabat ei Cleomedes, qui illas vocabat ἰσχυρὰ. * Παιδὸν, seu ἀναξ, φίλον. †. Epicurum verò, præceptorem suum, imitabatur in ijs Metrodorus. Vtrumque autem ijs cum laude etiam usum esse; sed eo peccasse, quod modum excederet, cognoscimus ex Fabio, vel alio auctore dialogi de causis corruptæ eloquentiæ. Peripatetici, inquit, aptos, & in disputationem paratos jam locos dabunt. Academicam pugnacitatem, Platō altitudinem, Xenophon jucunditatem. Ne Epicuri quidem, & Metrodori honestas quasdam exclamationes assumere, hisque,

† in Epicuro.
* Pann, seu Apollo rex! ὡς μέγα.
† sacros clamores.

hisque, prout res poscit, vii, alienum erit oratori.

Inseruit etiam hoc schema ironiæ. Ut in Pisonianâ: *O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calpurnios, Scipiones, Marcellos, Maximos! O amentem Paulum, rusticum Mariam, nullius consilij patres istorum amborum consulum, qui triumpharunt!* Item eâ utimur in votis. Ovidius epistola Penelopes:

*O utinam tunc, cum Lacedæmona classe peribat,
Obrutus infans esset adulter aquis!*

Quo ex Nafonis loco cognoscere est, optari quoque ea, quæ, cum præteritum tempus respiciant, fieri neutiquam possunt.

Habet exclamatio apud Oratores locum, ubi res magnas persuaseris. Nam in frivolis, aut in controversis, putidum sit eam adhibere.

IV. DE EPIPHONEMATE.

ACCLAMATIO, quæ Græcè *επιφωνημα*, & *ἐπιφώνημα*, fit, cum post rem, aut factum, subditur oratio. Itaque est velut coronis extrinsecus adsumta, non tamen planè à materiâ aliena. Quibusdam acclamatio definitur, rei narratæ aut probatæ summa acclamatio. Quo quid ineptius esse potest cum definitum sit pars definitionis? Verùm trecenta sunt istiusmodi, non apud proletarios modò Rhetores, ac capite censos, sed etiam, qui in Rhetorum collegijs pro adfidiis se in censu venditant. *Ἐπιφώνημα* est, cum Lucret. lib. I. post assignatum exemplum Agamemnonis, filiam Iphianassam immolantis, subjungit:

Tantum velligio potuit suadere malorum.

Simile est Ciceronis hoc in Catone majore: *Senectutem ut adipiscantur, omnes optant: eandem accusant adepti. Tanta est inconstantia, stultitia, atque perversitas.* Est & *ἐπιφώνημα* (uti & exclamatio *κατ' ἐξέπνοον*) in hoc I I I. Æn.

*Fas omne abruptit, Polydorum obruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?*

Item hoc II Georg.

--- *Adeo à teneris adsuescere multum est:*

Sive, ut in alijs codd. legi monuit H. Stephanus,

--- *Adeo in teneris consuescere multum est:*

quomodo & citat Velius Longus, ac in Mediceo codice reperit Pierius; nisi quòd in eo *multum* 'st fit exaratum.

Nec tantum epiphonema vocatur, cum orationi apponitur γινώμην : sed & , quando ei subicitur pronunciatum summam rei continens : quomodo Maro *, postquam per διατύπωσις descriperat tempestatem, ac procellam, quæ cælum obscuratum fuit, subicit:

* Æn. 1.

--- Ponto nox incubat atra.

† Æn. 4.

Par ratio in isto de Didone † :

Tantos illa suo rumpebat pectore questus.

Itaque, ut non omnis γινώμη est ἐπιφωνηματική, ita neque ἐπιφωνήματα omne est γινώμωδον, contra quam existimantur, qui sententiam faciunt genus epiphonematis.

Fit autem ἐπιφώνημα, tum cum admiratione, tum sine eâ. Admiratio in ijs fuit, quæ hæcenus adduxi; præterquam altero eorum, quæ proximè apposui è Marone, ac γινώμας esse negabam. Nec admiratio est, cum Tullius scribit in Verrem: *Vna atque eadem nox erat, quæ prator amoris turpissimi flammâ, ac classis populi Romani incendio conflagrabat.* Nec ea est in illo oratione pro Quintio: *Iussit bona proscribi ejus, quicum familiaritas fuerat: societas eras: affinitas, liberis istius vivis, avelli nullo modo poterat. Quæ ex re intelligi facile potuit, nullum esse officium tam sanctum, atque sollempne, quod non avaritia comminuere, atque violare soleat.* Imò eorum etiam epiphonematum, quæ γινώμωδὰ sunt, multa fiunt absque admiratione. Præsertim quando epiphonema additur, ut priora confirmet. Ut pro Milone: *Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij, pro-pinquus ejus imperatoris: ab eo interfectus est, cui vim inferebat.* Facere enim probus adolefscens periculosè, quam turpiter peccet, maluit. Item in illo Herodoti †: *Ο γύγυς σφδς τδν Κανδαύλιν εἶπε δέσποτα, τίνα λόγον λέγεις ἐχθρία, καλεύσας με δέσποτα ἐπὶ ἐμῷ δεσποτῷ γυνῆ; ἀμα δὲ χεῖρῃ ἐμῷ δουρέφω σφωεδύσται καὶ τῷ αἰδῷ γυνῆ.* Gyges dicit Candaula: *Quam tu domine, sermonem edis non sanum, qui me jubeas nudam adspicere heram meam! unâ cum tunica pudorem exuere solet mulier.* Par ratio, cum Demosthenes, postquam de improbitate egerat Philippi, subicit sententiam hanc: *Αἱ δὲ ἐν ἀρχαῖς δεινὰς οὐκ εὐχάραι καὶ σοκιάσαι τὰ τοιαῦτα ἀρεῖαν: res secunde magnam habent vim ad occultanda & adumbranda istiusmodi probra.* Quam sententiam ita imitatus Sallustius lib. histor. in orat. M. Æmilij Lepidi Cos. *Secunde res mirè sunt vitii obtentui.* Maro quoque, cum ostendisset, quodvis animal aliqua ex re delectationem capere, subicit † :

† lib. 1.

--- Trahit sua quemque voluptas.

† Eccl. 2.

Hæc verò epiphonemata esse, non negabit, qui legerit, quæ
super

super hoc schemate scripsere Demetrius, ac Theon.

Epiphonematis mirum in modum gaudet Valer. Maximus, interdem etiam frigidiusculè. Sæpe quoque ijs epistolas claudit Seneca. Verùm omnium maximè hoc schemate splendent scripta Davidica.

Differunt exclamatio, & acclamatio, quòd illa fit *παρολογία*, hæc magis fit *ἰσολογία*: ut & Cæsari Scaligero * placuit. *Α γινώμην* verò * *l. 3. dere* acclamatio differt, quòd illa in principio etiam, imò imprimis *post. c. 40.* natur: hæc verò tantum in fine collocetur. Suntque epiphonemata, ut scribit Demetrius, similia iis, quibus opulenti se ostentant. Nam ut ea, quæ divites ac faciliè agentes profundunt luxuriosè in imagines, statuas, *γέση **, *τεγγλυφαι* †, aliaque id genus, tantum faciunt ad * *celestitates* ostentandas divitias: ita epiphonemata ab oratoribus adhibita vix aliud præstant, quam quòd orationis luculentam ostendant suppellestem: ut quæ rebus jam expositis, velut ex superioribus expressa, ornatus imprimis gratiâ adhibeantur. Potissimum autem conveniunt tum admiranti, unde existit laudatio: tum irato, aut conquerenti, cum inest reprehensio. *tes in viano prominētes, ornāmēta ad sculpturas partium recta in vianā prominētia.*

V. DE NŌHMATE, ET XPHIA.

NŌHMA, sive *cogitatio*, est *γινώμην* personæ alicui accommodata. Exempli gratiâ, *γινώμην* est: *Qui in suâ re suere egentissimi, insolentes esse solent in alienâ.* *Nēhμα* est, cum Cicero de Tito Roscio oratione pro Roscio Amerino ait: *Qui in suâ re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in alienâ.* Item *γινώμην* est: *Plerisque omnibus legatis charior esse solet pecunia, quàm virtus.* At *νῆhμα* est, cum de ijs Salustius ait in bello Jugurthino: *Paucis carior fides, quàm pecunia, fuit.* Unde liquet, *νῆhμα* esse sententiam tectiorem, seu allusionem ad sententiam. Eaque & causa est, cur *νῆhμα* dicatur. Nam cogitatione è factò cuiuspiam sententia eruitur. Aliquantò tamen aliter *νηματι* & vocem accipit Fabius *: qui ait, *hoc nomine donari ea, quæ xlib. 2. cont.* non dicunt, verùm intelligi volunt. *Vt in eum, quem sæpius ludo redemerat soror, agentem cum eâ rationis, quod ei pollicem dormienti recidisset, Eras dignus, ut haberes integram manum.* Simile est, quòd T. Pomponius Atticus, quemadmodum in ejus vita Cornelius Nepos testatur, *glorietur, se cum matre, quam extulit annorum xc, cum esset LXVII, nunquam in gratiam redidisse*: quo significabat, nunquam sibi cum ea dissidium fuisse.

Noëmati vicina est ΧΡΕΙΑ, cum autor γράμῃ adjungitur. Vnde
 * nemora- Aphthonio definitur, *ἡ ἀπονομήδεια * οὐάτομος ἰσοδύναμος ἐαί π ἀφάωτος*
 ut: ac bre- *ἀταξέφρονος*. Tale illud: Seneca * salubriter præcipit, *sic vivendum cum*
 ve dictum *hominibus, tamquam Deus videat; sic loquendum cum Deo, tamquam ho-*
 relatum ad *mines audiant.* De χρεία vide præter cæteros Fabium lib. 1. cap. xv.
 auctoritatem.
 † epist. 10. Theonem, & Diomedem: quorum de christæ definitione & exerci-
 tatione loca confert Paullus Leopardus lib. 111. cap. vii. & ix.
 Sed & de voce χρεία nonnulla vide apud Isaacum Casaubonum lib.
 1. cap. 1. Animad. in Athenæum.

Nihil autem facilius est, quàm ex γράμῃ facere noëma, aut ex hoc
 χρεία, & contrâ. Γνώμη est in illo Nafonis 1. Pastorum:

Omne solum forti patria est.

Noëma est, *Teucro patria erat, ubicumque ei bene erat.* At χρεία
 est, *Teucer in veteri tragœdiâ * dicebat †, Patria est, ubicumque est*
 * Ρακκωῖ, *bene.* Hoc tamen noëma (liceat consideratione proximorum tempo-
 ut puto: co- *rum, quæ fuere & fugis, & exilijs, facta fœdaque, pauca de hoc ex-*
 ius Teucrū *tra ordinem dicere) noëma, inquam, hoc viri fortasse boni sit: at bo-*
 sepe citant *ni civis non sit: si modò divelli hæc possunt: quod videtur Aristote-*
 vest. Sed & *les existimâsse lib. v. Eth. Nicom. c. 11, cum ait: οὐ † δ' ἴσως ταυτὸν ἀπὸ δὲ*
 Andronicus *ἀγαθῆ ἔθ' ἐκ πολίτη πατρί.* Nec moveat illud ἴσως, quia hoc, uti & σοκῶ, &
 Teucrum *οἰμαί, sæpe modestiæ causâ addi solent. quod H. Stephanus annotat,*
 reliquit. *in Sextum phil. & alij multi, observarunt. Vel si omnino ἴσως hîc, am-*
 † Cicero *bigentis esse placet: at Cicero saltem manifestè distinguit longâ*
 l. 5. Tuscul. *aureâque illâ epistolâ ad Lentulum: Quem bonum civem semper ha-*
 quest. *buisse, bonum virum esse pateretur.* Quare videndum, quâ mente ali-
 † Fortasse *quis Teucri illam vocem usurpet. Nam ut ea interdum iudex est*
 enim non *animi excelsi, fortiter exilium ferentis: ita nec rarè est argumentum*
 est idem, *hominis, simulac imminet tempestas, de fuga potius, quàm defen-*
 virū bonū *sione patriæ cogitantis, vel parùm de eâ afflidâ, aut periclitante*
 esse, & ei- *solliciti, ipsisque bestijs hæc in parte nequioris, cùm (quod in patriæ*
 nem bonum. *encomio commemorare neglexit Lucianus) & bubalo †, atque asta-*
 † Oppian. *co †, innatus sit hujus amor, teste Oppiano. Sanè, ut Ovidius †*
 κωνηστ. *scitè inquit:*

Haut dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat

Fenum de patrijs posse videre locis.

Quod ipsum de Ulyssæ refert Cic. 1. de orat. & 11. de Legg. id-
 que præeunte Homero Odyss. A. Quare nec miror, si γράμῃ illam,
 Teucro, & alijs, tributam, damanârit Lysias oratione adversus Phi-
 lonem: aut si eandem in clarissimi hoc seculo viri scripto, quo Belgas
 bellicâ

† Oppian.
κωνηστ.
lib. 2.

† idem in
ἀλιδτ.

† de Pontio
lib. 1. cl. 4.

bellicâ concuffos tempeftate ad *constantianam* adhortatur, improbare foleat neceffarius ac propinquus meus, Iohannes à Cornput, tribunus militaris, & arcis Groninganz præfectus, dum viveret, vir non minùs doctrinâ, & rebus geftis, annalibus jam noftris celebratis, quàm generis fplendore nobilis.

Nec multùm à *γρόμυ* difcrepat ΟΡΙΣΜΟΣ, quo, ut inquit Rutilius Lupus, definimus aliquam rem caulz noftræ ad utilitatem, neque tamen contra communem opinionem. Vt, *IN am virtutis labor, vera virtutis exercitatio eſt.* Si Robortelium † audimus, folus ſchematis huiufce meminerit Rutilius. Verùm non habet me ſententiæ ſuz adſtipulatorem. Feſellit eruditiffimum virum, quòd latiùs aliquantò *δεσμῶν* voce utantur alij; ut cognoscere eſt ex ijs, quæ de definitione ſuprà dicebamus. Id adjicere viſum, ne, quia hoc loco obiter tantùm ΟΡΙΣΜΟΥ meminerimus, inſcitiaz poſtulemur à nonnullis vitilitigatoribus, quorum denſa hoc ſeculo eſt, ſemperque futura eſt ſeges.

EPILOGVS

DE VSV FIGVRARVM.

ABSOLVIMVS doctrinam de naturâ ſchematum: quorum numerum etſi ambitioſè augeant alij; nobis tamen has ſolas exponere viſum fuit, quia cæteræ vel figuræ non ſunt, vel minùs neceſſariæ. Proximum eſt, ut aliquid dicamus de eorundem uſu. Sane, quod & in tropis locum habet, cavendum, ne nimis condenſentur. Nam quod in Alcida mante oratore reprehendit Ariſtoteles †, cùm ſcribit, eum epithetis uti, non velut ſcitamentis, quibus appetitum excitamus, ſed velut alimentis; (*ὅς δ', inquit, ἠδύσμων ἔστιν, ἀδὲ αἰεὶ ἐδύσμων τῆς ἐπιθέτου*) id univerſè in troporum ſchematumque uſu nos reddere cautiore debet: ac imprimis eos, qui nullum ſchema æquo animo poſſunt perdere; cùm tamen ornamenta omnia, ſi immodicè utaris, non jam ornamenta ſint, ſed lenocinia; neque orationem exornent, ſed mentis vitium detegant. Certè in ludorum apparatu ſigna ac tabulæ non ubivis, ſed certis locis diſponi ſolent. Natura quoque ipſa præit. Nam & de die cernere eſt in pratis flores gramine adſperſos, & noctu videre eſt cælo ſereno, non quidem ſtellas univerſum ætherei mundi ſpatium occupare; ſed certis conſtitutis locis id pulcherrimè diſtinguere. Eodem igitur modo in oratione

oratione collocanda sunt illa verborum sententiarumque lumina. Verissimè Tullius lib. III. de Oratore : *Difficile dictu est, quanam causa sit, cur ea quæ maximè sensus nostros impellunt voluptate, & specie primâ acerrimè commouent, ab iis celerrimè fastidio quodam & satietate abalienemur.* Rectè quoque Fabius lib. VIII. quo loco de sententijs agit: *Ego, inquit, hæc lumina orationis, velut oculos quosdam esse eloquentia, credo. Sed neque oculos esse toto corpore velim, ne cetera membra suum officium perdant: & si necesse sit, veterem illum horrorem dicendi malim, quam istam novam licentiam.* Et lib. IX. sub exordium cap. III: *Et vultus mutatio, oculorumque coniectus, multum in actu valet: sed si quis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur. Et oratio habeat rectam quandam velut faciem; quæ ut stupere immobili vigore non debeat; ita sapius in eâ, quam natura dedit, specie continenda est.* Et hæc quidem de parte elocutionis universali dicta sunt.

FINIS LIBRI QVINTI

GERARDI IOANNIS VOSSI
COMMENTARIO-
RVM RHETORICORVM,

SIVE

ORATORIARVM
INSTITVTIONVM

LIBER VI.

QVI PARTIM EST

DE DICENDI CHARACTERE, AC IDEIS,

PARTIM

DE PRONVNCIATIONE.

CAP. I.

DE CHARACTERE GENERATIM.

PROPRIA elocutionis pars est, qua tractat de orationis chara-
 ctere, & eius affectionibus.

Character est dictio similis rei, cuius nota est.

*Estque pro triplici materia naturâ triplex; humilis, grandis, & mediocri:
 quibus eorundem res ponunt vitia; genus sejunnum, tumidum, & incertum.*

I. VBI AGENDVM SIT DE CHARACTERE, ET CVR
 ITA VOCETVR, DE QVE ALIIS NOMINI-
 BVS, ET DEFINITIONE EIVS.

POSTQVAM de communi sive universali elocutionis parte vi-
 dimus: proximum est, ut agamus de particulari sive propria,
 h h h quæ

quæ est de elocutionis diversitate pro diversâ materiâ. Sanè in genere juridiciali minùs exactâ elocutione opus est; magis accurata requiritur in deliberativo; maxima autem diligentia in demonstrativo adhibenda est. Imò in singulis quoque dicendi generibus magna est varietas. Ea autem cognoscitur ex doctrinâ de charactere; cui iccirco meritò hunc in Rhetoricis locum assignavimus. Quamquam & altera ratio est, cur is hujus propriè sit loci, sive naturæ ordinem spectes, sive doctrinæ. Nam cum character ex variâ compositionis ac dignitatis facie resultet, & constituatur: omnino de eo agendum est post periodorum, numeri, troporum, schematumque doctrinam. Vt probari non possit Cornificij ordo, qui de eotractet initio Elocutionis.

Characteris vox sumpta est ab animantibus, cerâ, vasis, alijsque, quibus nota imprimi, insculpi, aut inuri solet. Ita Columella lib. xi. cap. xii. *Nec minùs, inquit, majora quadrupedia charactere signari debent.* Maro iii. Georg. pro eo notas dixit:

Continuoque notas & nomina gentis inurunt.

Anacreonti *χάρις γμα* vocatur, cujus illud initio odarij ultimi:

Ἐν ἰχθύος μὲν ἰσθμῶ

Πυγῆς χάριτος ἔχου.

Equi solent in istas

Coxis notas habere.

Sunt autem præter characteris vocem & aliæ appellationes, quibus orationis facies designetur. Nam Plutarchus, & Hermogenes, *ἰδέτω* vocant: Cicero in Oratore *formam*, aut *genus dicendi* nominat: Cornificius *figuram*: alij quoque alijs nominibus insignant.

Est verò character rei imago, quemadmodum pictura. Definitor à nonnullis apta personis ac rebus orationis forma. Julio autem Scaligero lib. iv. de re Poëtica cap. i. est dictio similis rei, cujus nota est, substantiâ, quantitate, qualitate. Eamque definitionem illustrat descriptione Famæ, quæ apud Virgilium est. *Est, inquit, in Famâ substantia sua, monstrum; est quantitas, ingens; est qualitas, horrendum. Rei dictio similis. Namque in hac voce monstrum, asperitas est. In hac ingens, magnitudo. In hac horrendum, sanè horror.*

Materiarum diversitas diversos efficit characteres. Nam quemadmodum alius ornatus principi, alius privato convenit; aliudque schema militem, aliud agricolam, aut mercatorem, aut philosophum condecet; (calcei certè Sicyonij, ut est i. de oratore, non convenissent Socrati, quia licet erant habiles, tamen parùm erant viriles)

ita

ita neque omnis materia eodem tractanda est modo: sed, quod Demosthenem fecisse Dionysius Halicarnassensis * scribit, dicticenis * lib. 2. character attemperandus est qualitati; aliaque sublimi, alia humili, alia mediocri exponenda sunt stylo. Varium quoque auditorum ingenium hanc varietatem effecit idearum. Nam alius rapidâ ac violentâ, alius scitâ ac tereti, alius cohibitâ ac moderatâ gaudet oratione.

Rectè igitur Aufonius in Gripho ternarij numeri :

Trinum dicendi genus est, sublime, modestum,

Et tenui filo.

Sed & is, cujus antè meminimus, Dionysius Halicarnass. idem docet: uti & facit Marcellinus in vita Thucydidis, & Proclus in Chrestomathia poetica: item è Latinis Servius in Ecl. 1. & Cassiodorus in præfatione Variarû, multiq; alij. Ac Cicero ipse ab triplici hoc characterè eloquentem definit, qui & subtilia humiliter, & magna graviter, & mediocria temperatè possit dicere. Idè in Oratore ad Brutum autor est, Demosthenem ijs omnibus usum esse. Subtilis enim oratio ejus contra Leptinem: graves sunt quædam Philippicæ: varia autem illa contra Æschinem falsæ legationis, & contra eundem de causâ Ctesiphontis. Imò & de se ipso ita Tullius ibidem: *Tota mihi causa pro Cecinâ de verbis interditi fuit: res involutas definiendo explicavimus, jus civile laudavimus, verba ambigue distinximus. Fuit ornandus in Maniliâ lege Pompeius: temperatâ oratione ornandi copiam profecuti sumus. Jus omne retinenda majestatis Rabinij causâ continebatur. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. At hæc interdum & temperanda, & varianda sunt. Quod igitur in accusationis septem libris non reperitur genus? quod in Habiti? quod in Cornely? quod in pluribus nostris defensionibus?*

Magnificum ac uber Gellius admiratur in Ulysse: qui, ut inquit Helena Iliad. y. magnam ex pectore emittebat vocem,

Kal êpta vira ðavri êankta xermeipar.

Et verba imbribus nivalibus similia hibernis:

quæ verba Seneca quoque epist. xl. de ubertate ac copiâ explicat: *Itaque, inquit, oratio illa apud Homerum concitata, & sine intermissione in morem nivis superveniens, oratori data est.*

Subtile ac cohibitum est in Menelao, qui, ut ibidem Homerus ait,

--- ênêç, adlw ayôçde,

Παύχ μὲν, ἀλλὰ μάλα λυγρὸς, ἐπεὶ ἐ πολὺ μὲν ὄσ,

Ὅσδ' ἀφραγέτης. i. Succinctè concionabatur, pauca quidem, at ad-

modum acutè, quia non erat multiloquus, aut in verbis peccans.

Mixtum ac moderatum in Nestore,

Ὁὗ τὴν μὲν γλῶσσαν πικρὴν ἔχει, ἡ δὲ φωνὴν ἠδύην.

Cujus ab ore melle dulcior fluebat oratio:

quem ad locum respexit Silius libro xv:

Ille foro auditus cum dulcia siluere ora,

Aequabat Pyliæ Nelaia mellis senectæ:

nequis cum vulgatis, contra Modiani codicis fidem à clarissimo collegà meo Heinſio expreſſam, *verba* pro *mella* legendum pertendat. De ijsdem est illud Aufonij in Gratiarum actione pro consulatu: *Certent huicſententia veteres illi, & Homerici oratores; subtilis deducta oratione Menelaus, & instar profunda grandinis ductor Ithaceſius, & mellea delibutus eloquio jam vertia Neſtor atatis.* Sed & lucem hinc capit illud ejuſdem carm. xxii. in profeſſ. Bardigal.

Dulcem in paucis, ut Pliſthenidem,

(Menelaus enim Pliſthenis erat filius, qui Atreo patre natus)

Et torrentem, seu Dulichy

Ningida tecta,

Et mellita nectare vocis

Dulcia ſanctæ verba canentem

Neſtora regem.

Cui ſimile hoc Epist. xvi:

Hunc dico, qui lingua potens

Minorem Aridam præteris,

Orando pauca & Musica;

Qui grandines Vlixæ,

Mellifluentem & Neſtora &c.

* lib. 7.

cap. 14.

Etiam Gellius * magnifici exemplum apud Varronem ait eſſe Paccuuium; apud Rutilium, & Polybium, Carneadem ex Academiâ. Gracilis exemplum ei eſt apud Varronem Lucillius; apud Rutilium, & Polybium, Critolaus Peripateticus. Mediocris eidem eſt exemplum, apud Varronem, Terentius; apud Rutilium, & Polybium, Diogenes Stoicus. De Terentio tamen ijs potiùs acceſſero, qui eum exemplum ſtatuunt ſtyli humilis: qualem comœdiæ exigunt.

Vt verò hæc omnia meliùs intelligantur, operæ erit, ſi ex Cornificio uniuſcuſque characteris breue & dilucidum poſuero exemplum. Ac magnifici quidem ſtyli tale apud eum exemplum legere eſt. *Nam quis eſt veſtrum iudices, qui ſatis idoneam poſſit in eorum poenitentiâ*

excogi-

exsogitare, qui prodere hostibus patriam cogitarit? quod maleficium cum hoc scelere comparari; quod huic maleficio dignum supplicium potest inveniri? In iis, qui violassent ingenuam, matrem familiam constituisse et pulsassent aliquem, aut postremo necassent, maxima supplicia majore, nostri consenserunt: huic truculentissimo, ac nefario facinori, singularem penam non reliquerunt? Atqui in alijs maleficijs ad singulos, aut ad paucos, ex alieno peccato injuria pervenit: hujus sceleris qui sunt affines, uno consilio univcrsis civibus atrocissimas calamitates machinantur. O feros animos! o crudeles cogitationes! o derelictos ab humanitate homines! Qui agere ausi sunt, aut cogitare potuerunt, quo pacto hostes, revulsis majorum sepulchris, dejectis membris, ovantes irruerent in civitatem: quomodo Deum spoliatis templis, optimaribus trucidatis, alijs abreptis in servitutem, matribus familias, & ingenuis sub hostilem libidinem subiectis, urbs acerbissimo concidit incendio conflagrata: qui se non putant id, quod voluerint, ad exitum perduxiss., nisi sanctissima patria miserandum scelcrati viderent cinerem. Nequeo verbis consequi, judices indignitatem rei: sed negligentius id fero, quia vos mei non indigetis. Vestri enim vos animus amantissimus Republicae facile edocet, ut eum, qui fortunas omnium volnerit prodere, precipitem deturbetis ex ea civitate, quam ipse spurcissimorum hostium dominatu nefario voluerit obruere.

Nunc ex eodem Cornificio adferam styli mediocris exemplum.

Quibuscum bellum gerimus, judices, videtis, cum socii, qui pro nobis pugnare, & imperium nostrum nobiscum simul virtute & industria conservare soliti sunt. Hi cum se, & opes suas, & copiam necessariorum norunt, tum vero nihil minus propter propinquitatem, & omnium rerum societatem, quid in omnibus rebus populus R. posset, scire & aestimare poterant. Hi, cum deliberaissent nobiscum bellum gerere, quaeso: qua res erat, qua freti bellum suscipere conarentur, cum multo maximam sociorum partem in officio manere intelligerent? cum sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam praesto esse, viderent? non denique ullam rem, qua res pertinet ad bellum administrandum? Si cum finitims de finibus bellum gererent: si totum certamen in uno praetio positum putarent: tamen omnibus rebus instructiores, ac paratiores venient; nedum illud imperium orbis terra, cui imperio omnes gentes, reges, nationes, partim vi, partim voluntate concesserunt; cum aut armis, aut liberalitate a populo Rom. superati essent, ad se transferre tantulis viribus conarentur. Quare et aliquis, Quid? Fregellani non sua sponte conati sunt? Eo quidem minus isti facile conarentur, quo illi, quemadmodum descissent, videbant. Nam rerum imperiti, qui minus cuiusque rei de rebus ante gestis exempla petere non

possunt, *ij per imprudentiam facile deauncuntur in fraudem. At ij, qui sciunt, quid alijs acciderit, facile ex aliorum eventu, suis rationibus possunt providere. Nulla igitur re inducti, nullâ spe freti, arma sustulerunt? Quis hoc credat, tantam amentiam quemquam tenuisse, ut imperium populi Rom. tentare auderet, n' illis copiis fretus? Ergo aliquid fuisse necesse est. quid aliud, nisi id quod dico, potest esse?*

Restat styli tenais exemplum: quod tale apud Cornificium extat: *Nam ut fortè hic in balneas venit, cœpit, postquam persufus est, defricari. Deinde, ubi visum est, ut in alveum descenderet, ecce ibi iste de transverso, Heus, inquit, adolescens, pueri tui modo me pulsaverunt: satisfaciens oportet. Hic, qui id ætatis ab ignoto præter consuetudinem appellatus esset, erubuit. Iste clariùs eadem, & alia, dicere cœpit. Hic vicæ tandem inquit, Sine me considerare. Tum verò iste cœpit clamare voce istâ, qua facile cuivis rubores elicere posset. Ita petulans es, atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, ut mihi videtur, sed penes scenam & in ejusmodi locis exercitus sis? Conturbatus est adolescens: nec mirum, cui etiam nunc pedagogi lites ad aurículas versarentur, imperito ejusmodi convitiiorum. Vbi enim iste vidisset scurrâ exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet, ut omnia sine fama detrimento facere posset?*

Hæc satis docent, quantû interfit inter stylâm gravem, mediocrè, ac tenuem. Scio, quantopere hæc de triplici charactere sententiam oppugnârit Ludovicus Vives lib. iv. de corruptis artibus. Vti & postea Petrus Ramus in Brutinis quæstionibus: qui ut pleraque alia, ubi insultat antiquis, ex Vive hauit, ita hæc etiam in re ejusdem vestigijs institit. Nempe neuter satis distinxit characteres ab affectionibus suis: plures, quàm tres, esse characteres non possunt: eorum autem affectiones non pauld plures sunt, ut postea probabitur.

Neque hæc ita accipi debent, quasi oratio una uno eodemque charactere tota scribi debeat. Nam longè aliud nos docet M. Tullius verbis ijs, quæ pauld antè ex Oratore ad Brutû citabamus. Item Cornificius, cum ait: *Figuram in dicendo commutari oportet, ut gravem mediocrem, mediocrem excipiat attenuata. Deinde identidem commutentur, ut facile arietas varietate vitetur.* Quâ de re inferiùs pluribus dicam. Neque propterea errant, qui cuilibet orationi suum tribuunt characterem. Nam duplex est comparatio: una orationis totius cum totâ, altera partium orationis inter se. Partium illa collatio est, si dicatur, epilogum, & amplificationes esse acres, & graves; partitionem, & narrationem esse subtiles; exordium autem mediæ esse naturæ. Sed totius orationis collatio est, quando Tullius, ut vidimus,

ait,

ait, orationem pro Ctesiphonte contra Æschinem, & illam de falsa legatione, esse graves; illam contra Leptinem, esse subtilem. Nulla quidem oratio est, quin habeat & ἀρίστην, sive remissionem, & ἰσότητά, sive elationem suam. Sed de tota oratione iudicium fit ex stylo, qui dominatur.

II. DE VITIOSIS DICENDI FIGVRIS, CVAE TRIPLICI STYLO OPPONVNTVR.

PORRÒ tribus dicendi formis totidem respondent vitia, quibus tanquam vanis decipimur simulachris & imitamentis. Altiloquo affine vitium tumidum ac pingue; humili agnatum jejunum & siccum; mediocri proximum est incertum ac trepidum. Quam rem sic Gellius expressit, lib. VII. cap. XIV: *His singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt pari numero; qua earum modum & habitum simulachris falsis ementiantur. Sic plerumque sufflati atque tumidi fallunt pro uberibus; squalentes & jejuni dicuntur pro gracilibus; incerti & ambigui pro mediocribus.* Item Proclus in eclogis Chrestomathiæ apud Photium: *Οἱ δὲ ἄλλ' εἰρημίων ἀποσφαιέντες εἰς δ' ἄρ'. Ἄρ' μὲν τὰ ἀδρὺ εἰς τὸ σκαμπόν, καὶ ἀσπρημέλιον ἡτράπισσας. Ἄρ' δὲ τὰ ἰσότης εἰς τὸ ταπεινόν. Ἄρ' δὲ τὰ μέγεθος ἀσφύδης καὶ ἐκαλεμισίων.* Quis verò excidunt à formis, quas diximus, aberrant ab uberè ad duram atque elatam; à tenui autem, ad humilem; à media ad otiosam & solutam deflexerunt. Cæterùm hæc non ita intelligi debent, quasi inter vitia duo aliud, quàm virtus, interjici possit; sed quia & hoc medium genus depravatur, cum neque se quis demittit, ut évitet genus gracile; neque se attollit, ut effugiat grande.

C A P. II.

DE GRANDIS CHARACTERIS COMPOSITIONE.

IN caractere grandi tria sunt consideranda; compositio, verba, ac res. Compositio magnifica fit septem modis.

Primò ratione numeri, quem studiosè consecratur. Inprimis autem in eo commendantur dactyli, & pæanes, & pedes, qui minimùm ab ijs abundant: damnantur vero crebri spondei, jambi, trochei, vocesque omnes brachysyllaba.

Deinde idem fit productione seu longitudine membrorum.

III. CVAE

III. *Oratione circumductâ & accumulâ.*

IV. *Diuisis asperisque verbis.*

V. *Ordine seu structurâ tum verborum, tum particularum.*

VI. *Figuris verborum: ut antiprosi, anaphorâ, dialysi, casuum variatione, & anadiplosi.*

VII. *Concursu vocalium.*

I. DE VARIIS SVBLIMIS STYLI NOMINIBVS
APVD LATINOS, ET GRÆCOS.

CVM ex grandi orationis genere imprimis præstantes cognoscantur oratores; propriaque oratoris virtus, ut Fabius, & Longinus testantur, in eo consistat: jure ab eo initium faciemus; ac fusiùs illius doctrinam, quàm aut humilis, aut mediocris styli naturam, prosequemur.

Character magnificus varias cùm apud Latinos, tum Græcos, appellationes sortitus est. Nam Latine alij vocant *magnificum*, vel *magniloquum*, vel *astroloquum*; alij *magnum*, vel *altum*, vel *summum*, vel *sublimem*; quidam etiam *plenum*, vel *uberem*. Imò Cornificius *gravem*, Cicero etiam *copiosum* vocat, itemque *ornatum*. Verùm, quicquid de Arpinati scholâ investes pueri, ac horum similes dicant; disconvenit ei posterior appellatio, cùm ornatus communis sit omnium idearum affectio. *Validum* quoque characterem vocat is, qui Virgilianam vitam conscribilla vit nobis: Donatus dico, non quidem Ælius, majõrum gentium Grammaticus, sed Tiberius; qui

† apud Nonium in Sarcinator.

vix Lucillianum † illud commeritus est elogium,

Sarcinatorem esse summum, suæ centonem optimè.

Denique Julius Scaliger id ipsum dicendî genus *generosum* vocat; rectiùs profectò, quàm nonnulli *plenum*, aut *uber*; quos inter Agellius lib. VII. cap. XIV. Certè ubertas in nullo non genere locum habet. Nam nihil uberius arte amandi Ovidianâ, quæ tamen in humili versatur caractere. Et Callimachi hymnus in Cererem imo est scriptus caractere; quo tamen nihil uberius, cùm ad selem usque, quam & ipsam ab Eryfichtone absumtam ait, percenseat omnia. Exemplum etiam habes Eclogâ I.

Hæc inter densas Coryllos modo namque gemellos

Spem gregis, ab, silice in nudâ commixa reliquit.

Est enim personæ idea in capellâ; est actio, tempus, locus; insuper finis actionis, qui est ipsum opus, puta gemelli; & finis operis, qui est spes

spes gregis. Vide Julium Scaligerum lib. iv. de re poetica cap. i.

Apud Græcos similiter character is vocitatur *μεγαλοφωνία*, quia in eo, uti in divitum ædificijs, omnia sunt exquisita, non vulgaria aut quotidiana. Valde enim erret, qui existimet, id nominis huic characteri inditum esse, quasi magnificentia (quæ est ἀρετή ἐν διαπαιρέσει *μεγέθους προσηκῶν* †, ut inquit Arist. i. Rhet.) magis in oratione relucere debeat, quàm liberalitas, temperantia, aliæve virtus. Deinde appellatur *ἀξέρος*. Adhæc quoque *λόγιον* dicitur, quia eo plurimum uterentur homines disertis, quos Græci *λογίως* vocant; unde & facundus Atlantis nepos *Λογίου* nomen indeptus est: ut apud Lucianum apologiâ libelli de mercede conductis: *καὶ * τῷ Λογίῳ δῶσμεν*. Quamquam nec contentionis funem duxero cum eo, cui character hic ita nuncupari videatur, quasi *λόγιον ἀξέρον* †. Nam maximè eos admirantur homines, qui de rebus copiosè & amplè possunt dicere. Præterea nominatur ab Aristotele *ὕψος*, quo non inflatio significatur, sed orationis amplitudo. Nam utitur hæc voce in bonam partem, uti & Hermogenes. At à Socrate ac Platone in malam fumbatur. Infuper dicitur *σμερός*, quæ vox honoris ac pompæ plenum significat. Atque idem Hermogeni non semel vocatur *ἀξέτωμα*, quia magnitudo orationis nõ debet esse expers dignitatis. Denique Dionysio Longino, Rhetori *κλειπωτάτω*, qui sub Aureliano Cæsare de hoc characterè ablectum & planè aureolum reliquit libellum, appellatur *ἑξέρον*: ac similiter à Marcellino, qui Thucydidis vitam scripsit, itemque à Poëtarum enarratoribus, dicitur *ὑψηλός*.

† virtus in summius faciendis amplitudine sequens.

* Et Mercurio sacri facimus. † assertatione dignum.

II. TRIA IN QUOVIS CHARACTERE SPECTARI
OPORTERE. ITEM DE DEMETRIO, SCRI-
PTORE LIBRI ΠΕΡΙ ΕΡΜΗ-
ΝΕΙΑΣ.

IN hoc characterè expendenda sunt, compositio, verba, ac res: quæ tria in unaquaque figurâ considerare jubet autor libelli *ἀει ἑρμηνεία*, quem præ cæteris in characterum doctrinâ sequi animus est. Id meretur scripti venustas, ob quam viris non ineruditis persuasum est, patrè ejus fœtus esse Demetrium Phalereum, cum tamen à Phalereo abjudicandum esse, vel eo diluceat, quod in eo ipse citetur Phalereus. Contrarium sibi visus eo evicisse Victorius *, quod Theophylactus, Bulgariae episcopus, in volumine epistolarum,

* commentario in cum scripto. rom.

quod Romæ in bibliothecâ adseruatur Vaticanâ; epistolâ quâdam ad Romæum, cum Aristotelem, Theophrastum, & Demetrium nominâset, disertim scribat: ὁ Φαληρεὺς ἢ περὶ Ἐρμυλίας λόγι συνταγμα-

† Demetrius
quoque e-
gregium li-
belli edidit
de Elocutio-
ne.

Verum a me facit, quod volumine epistoliarum Theophylacti satis magno, quod Florentiæ est in Mediceâ, epistola hæc non reperitur, ut ipse agnoscit Victorius. Vt neque comparet in ijs, quas, uti tot alios scriptores, primus divulgavit summus & vir, & amicus, Joannes Meursius. Et ut omnino ea illius Theophylacti esset, plus apud me valet, quod operis illius nullus antiquorum Rhetorum, ac nec ipse meminerit Tullius, quem maximi Phalereum fecisse constat: quàm quod eum unus laudet Theophylactus, scriptor probus, at, ut ita dicam, antiquonovus si-

† Vide ejus
annales ad
annū 1071.

ve novantiquus: quippe qui, ut ex epistolis ejus Baronio †, & alijs observatum, solum ante annos vixerit quingentos quinquaginta, tempore Alexandri II; annis certè post ipsum Phalereum mille trecentis quinquaginta. Adde quod scholia in Aristophanem † tribuunt Dionysio Halicarnassensi: quod siquis ἀμάρτυρα μνημονικῶν

‡ in Rub.
* memoria
largiam.

esse contendat, haut multum repugnem; quin facile suæ me habebit adfupulatorem sententiæ: attamen res isthæc omnibus inualentiam hujus ostendit argumenti: nisi quis tam ineptè desipiat, ut non videat, si tanti P. Victorio sit unius Theophylacti (esto sanè is) autoritas, alium Aristophanici enarratoris testimonio subnixum, Dionysio, pari, ac majori fortean jure, adscripturum. Neque iccirco Dionysio me quisquam tribuere autemet, cum Demetrii esse agnoscam, ne derogem tot codicum fidei. Sed & rem hanc confirmare licet Ammonij verbis; qui nobis haut arenarius testis est, uti nomen sonat; sed velut quidam Minervæ, vel, si mavis, Ammonij Iovis calculus. Is sanè gravissimus philosophus initio commentat. in lib. Arist. περὶ Ἐρμυλίας disertè scribit, Demetrium (cognonementum reticet) περὶ Ἐρμυλίας scripsisse, sed aliter Ἐρμυλίας voce usum. Verba Ammonij adponam: ἡ δὲ δὴ κατὰ τὴν Δημώτεον τὸ περὶ λογογραφίας ἰδέας βιβλίον συγγράψας, ἢ ἑτέρῳ αὐτῷ ἐπιγράψας, περὶ Ἐρμυλίας ἀξιῶ καλεῖν Ἐρμυλίας πῶς λογογραφικῶ ἰδέας &c. neque enim ut Demetrius, qui librum de formâ orationis conscripsit, ita hic (Aristoteles) cum librum inscripsit περὶ Ἐρμυλίας, per Ἐρμυλίας intelligi voluit formam orationis conscribende &c. Nec est, quod existimet quisquam, quia nunc Demetrium autorem facimus, eum anticâ exclusum, posticâ à nobis recipi. Nam alius hic Demetrius, quia ut in Plauti fabulâ inter duos Menæchmos, ita hîc inter duos Demetrios, ortus est error. Quippe
nulli

mibi quidem, uti & undecunque doctissimo præceptorî meo Petro Bertio, autor videtur Demetrius, non is, qui, ut Suidas testatur, à Phalero Atticæ portu, cujus & apud Plutarchum in Theseo mentio fit, Phalerei nomen est indeptus, (quamvis non ignorem, & illum hoc opere, & opus tanto viro dignum esse) sed alius, Rhetor Alexandrinus, ὁ διαγίλας τοῦ Ἀλεξάνδρου σοφιστῆς, ut de eo inquit Diogenes Laërtiensis. Hanc rem futius hoc loco profecui visum fuit, non quòd animus nobis esset de re ancipiti quicquam certi concludere, & ut prisci Jurisconsulti loquebantur, signare responsum: verùm necui causâ defecti videamur, cùm Rhetorem hunc solum Demetriij nomine, quàm cum Phalerei cognomento, passim laudare malimus. Nunc ad stylum magnificum vorforiam capiamus: in quo cùm tria consideret Demetrius, compositionem, verba, ac res: deinceps, ejusce viri exemplo, de singulis ordine acturi sumus.

III. DE NUMERO MAGNIFICÆ ORATIONIS.

AC septem quidem modis fit compositio magnifica. Primùm enim id præstat numerus. Nam mirum in modum affurgit oratio rhythmò dactylico, aded quidem, ut Aristoteles existimavit, eos grandiores esse, quàm soluta requirat oratio; quemadmodum paullo post dicemus. Sedulo autem curandum, ne dum dactylos confectamur, versus nobis excidant hexametri: ut monuimus lib. IV. cap. IV. Minus tamen in initio orationis offendit heroici carminis initium, quàm in fine ejus finis. Ita Plato Timæum incipit ab hemistichio: *Εἰς, δύο, ὅσους, ὁ δὲ δὴ* †. Et si verò versus tollant granditatem orationis: tamen venustatem interdum pariunt. Multa certè istiusmodi reperire est apud Platonem, Xenophontem, Herodotum, ac fortasse etiam Demosthenem; de quibus omnibus autor nobis Demetrius. Sed de Herodoto discrepat Tullius †, qui cum numero carere scribit, nisi siquando temere ac fortuito dicat. Verùm falli Tullium, jam penè seculum est cùm alij ostenderunt. Ut autem dactyli pariunt magnificentiam, ita deprimitur oratio crebris pyrrichijs, trôchæis, dichoræis, atque omnibus brevium syllabarum dictionibus: quâ de re vide Dionysium Longinum.

Demetrius, Aristotelem secutus, imprimis commendat pæanes. Nam ob longam syllabam gravitatem accipit oratio; quemadmodum ob tres breves habet aptitudinem. Non tamen cî omnes probantur pæanes: sed cùm pro quatuor sedibus, quibus syllaba longa

in pæanibus collocatur, alius sit pæan primus -vvv; alius secundus: v-vv; alius tertius vv-v; alius quartus vvv-; tantum magnificam reddat orationem duo pæanum genera ἀρτικίματα ἀπὸ ἄλλοις †: puta pæan primus seu originalis, qui à longâ incipit, ut *latitia, desinit*: & pæan finalis seu postremus, qui in longam desinit, ut *domuerant, celeritas*.

Ac duo quidem hi ita collocandi sunt, ut primus seu originalis in initijs adhibeatur, quod productione suâ in initio, tanquam fronte aries, impetum faciat; quartus verò seu finalis in fine constituitur, ubi productione vim exerens velut aculeum relinquit. Ita Tullium videmus ordiri orationem pro Roscio à pæane primo: *Credo ego vos, Iudices, mirari*. Demetrio exemplum est, τὰ Ἀ' ἐγχετα, ut est in cod. Rom. quod idoneum exemplum non sit. Eoque Muretus † emendat, τὰ ἐγχετα. At pæanis ultimi exemplum hoc adducit Demetrius ex Thucydide *: ἤρξατο δὲ τὸ κακὸν ἐξ Αἰθιοπίας. Cicero tamen pæanem ultimum improbat. Nam in Bruto scribit: *Quare etiam pæana qui dixit aptiorem, in quo est longa extrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem, postrema quam longa sit*. Sed contra Tullium facit ratio, quam paullo antè adducebamus. Adde, quod ars est imitatrix naturæ. Natura autem à quiete incipit motum, motumque terminat quiete. Est verò quies quodammodo tarda, motus celer; quia, quod tardum est, lubens quiescit, ac quod celeritatem amat, moveri gaudet. Quare & Oratorem, cum periodam orditur, satius sit incipere à syllabâ longâ, quia hæc tardè effertur: inde verò breves subjicere expedit, quia celeriter pronunciantur. Et contrâ, cum periodam claudit, rectius brevibus longam subjiciet, quod tarditate indicet finem.

Si prohibeamur, quod minùs pæanes orationem inchoent ac terminent, ita instituenda est oratio, ut pæanicum quiddam præ se ferat. Id autem fiet, si à longis initium capiamus, & in ijs desinamus. id est, si eos sursum pedes, qui pæani sunt simillimi.

Quod verò attinet ad heroum, cum in magnificâ dictione negat Demetrius habere locum. Et certè est quidem pes grandis, sed, ut Demetrius inquit, ἀνέψυδρον †, minusque aurium voluptati morigerans. Est enim tardus, cum constet meris longis. Exempli loco Demetrius affert, ἡκεν ἡμῶν εἰς τὴν χεῖραν. Idem videre est ex poetis: ut in illo Ennij, vel alterius, apud Victorinum:

Cives Romani tum facti sunt Campani.

Atque hoc Lucretij lib. vi.

† sibi opposita.

† lib. i. Var.
Lect. c. 16.
* lib. 2.

† sive
ἀνέψυδρον,
ut legit Vi-
Barim.

An caelum nobis naturâ vitro corruptum?

Aut hoc, quod ex Caelio Basso laudat Diomedes lib. iv. & Molossicum verium vocat:

Romani Gallis devictis sunt victores.

Vel, ut in vet. cod. Diomedis is versus concipitur, *Romani vi-
ctores Germanis devictis.* Quod fortasse verius sit, quia hujus Cæsij
Bassi temporibus, Romanis bellum cum Germanis fuit. Nam ætas
poëtæ hujus ex eo satis cognoscitur, quod Persius ad illum satiram
vi. scribat: quodque eundem sibi esse conspectum, Fabius dicat
lib. x. Sed videri possit versus ille non tam esse ex ejus temporis
poëta, quam ex aliquo, cui in prosâ exciderit: ut si credas, esse ex
Aufidio Basso, qui historiam belli Germanici scripsit: quem ipsum
etiam sibi visum esse, ibidem Fabius prædicat. Itidem Molossicum
est versus ille apud auctore fragmenti, quod Censorino annecti solet:
ubi *spondiazonta* vocat (sic est in vet. membran. non *spondaicum*)

Olli crateris ex auratis hausserunt.

Ita enim legendum eo loco, pro quo Elias Vinetus, *crateris sex,*
edidit. At Ludovicus Carrio longè deterius *crateribus* substituit: quo
pacto versus non erit *δωδεκάσλλαβος* *, quod Censorinus ibidè clare
requirit. Quod verò superius ex Demetrio dicebam, idem innuit
Dionysius Halicarnassensis, cum non solis brevibus, neque solam
longis constare vult orationem, verum ex utrisque probè mixtis.
Δεῖ, inquit, *μικρῶν βραχέων μακρῶν ἢ πλυσυλλάβων ἢ ἁπλοσυλλάβων.* Τὸτο γὰρ
ἡδῶς διατίθηται τὴν ἀνωτάτην.

Aliud autem per heroum numerum intelligit Demetrius, quàm
Aristoteles. Nam illi solus spondeus est herous, ut indicat exem-
plum tribus constans spondeis, quod antè ex eo adduximus. Quam-
quam & dici queat, Demetrium brevitatis causâ superfedisse alio-
rum pedum exemplis. Sed ut hoc quidem planè in ambiguo est; ita
illud extra controversiam poni debet, Aristoteli heroum non solum
vocari spondeum, sed & dactylum. Et meritò, eum dactylus non
minùs in epico carmine locum habeat, quàm spondeus: unde Quin-
tilianus lib. ix. disertè heroum pedem dactylum esse ait: Cicero
hoc amplius, etiam anapæstum eo signari putat *iii. de Orat.*
Omnis difficultas proficiscitur ab his *ἁριστοτέλις* verbis in tertio
Rhetor. *Τὰ μὲν ῥυθμικὰ ἢ μὲν ἡρῶσιν ἢ σπρονδῶσιν, ἢ ἀρμονίας ἀσβυμῶσιν.*
Car. Sigonius transtulit: *Rhythmorum verò herous grandis est, & cano-
rus, & harmoniam requirens.* Majoragus vertit: *Ex numeris autem
herous grandis est, & elegans, & indigena harmonia.* P. Victorius, &

Vincentius Madius, locum suspicantur corruptum. Itaque ille legit, ἡ λεπτὴ. i. non aptius soluta orationi: hic mavult, ἀλλὰ λεπτοῦς ἀρμονίας δόξουσιν. sed soluta orationis harmoniā carens. At veteres quoque, Demetrius dico, & Dionysius Halicarnassensis, heroum numerum ita ab Aristotele laudari existimant, ut tamen ab oratore segreget, tanquam nimis grandem ac sonoram. Quin Cicero quoque id putasse videtur, cum reprehendens Ephorum, quoddam dactylum frequentaret, longè aliter ait Aristotelem sensisse: ut qui iudicārit heroum grandio rem, quàm ut solutæ conveniat orationi, & hexametrorum magniloquentiæ accommodatiorem esse, quàm oratoribus. Idem tamen Tullius, dialogo de Oratore, in personā Crassi ait, nos ad heroum dactyli, ἀναπᾶστι, ac spondei pedem ab Aristotele invitari. Existimabat P. Victorius*, contradicere sibi Ciceronem. Sed Iovita Rapicius Tullium excusat, eumque τὸ ἀπᾶστι † obseruasse ait in personā Crassi, qui cum tantopere heroum probaret, fortasse ad sententiæ suæ confirmationem, Aristotelis locum trahere solitus est; trahere certè poterat. Mihi verò meliùs reconciliari hæc loca videntur, si dicamus, cum Tullius ait, Aristotelem heroum pedem ab Oratore segregare, eum loqui de heroo non temperato pedibus humilioribus, cuiusmodi sunt jambi: at cum idem ait, nos ad eum ab Aristotele invitari, intelligere id de heroo, cuius nimia granditas leniter permissione aliorum numerorum, quā fit, ut grandem quidem efficiat orationem, at non exaggeratam tumidamque. Nam utrumque sensit Aristoteles, quia ait, heroum quidem esse λεπτοῦν, h. e. orationi accommodatum, ἀλλὰ ἀρμονίας δόξουσιν, sed indigentem harmoniā, h. e. dissimilium concordia. Id enim harmoniā significari, Fabius quoque scribit lib. 1. Non igitur cum Victorio existimare convenit, Aristotelem in eā fuisse sententiā, ut negaret, heroum pedem locum habere in oratione solutā: sed is tantum, quia nimis sit sonorus grandisque, ne epicorum grandiloquentiam referat pedestris oratio, sine aliorum misturā frequentari eum noluit. Eodemque modo accipiendum, quod idem Aristoteles scripsit de fugiendo jambo, ac trochæo. Nam jambus vulgaris est, & abjectus. Cerrè ignari versibus sæpe loquimur jambicis, ut demirandum non sit, Isocratem quoque Panathenæicum ab istiusmodi Jambico orsum esse: Νεώτερος δὲ * μὲν αὖ, ἀεὶ ἡρῶν μέλου γέγονεν: quemadmodum & alibi apud eundem plurimi ejus generis versus reperiuntur; quā de re aliquid quoque diximus lib. 1v. cap. 1v. Trochæus autem nimis est celer, & vicinus cordaci; quod lascivum ac molle erat saltationis genus. Quare tan-

* in commentis. 3.
Rhet. Arist.
† decorum.

* Cùm junior erant, orationes scribere.

tum prohibet Aristoteles, ne hi pedes condescentur, quia crebro usurpati versus jambicos, aut trochaicos facerent, humilioremque redderent orationem.

IV. CIVISMODI COLA GRANDEM REDDANT ORATIONEM.

SECUNDUM, quod orationem reddat magnificam, est *ἡ κολων* magnitudo. Sunt enim tria membrorum genera. Alia sunt *ποματικά*, ac brevissima, quæ cōmatis sive incisis sunt paria: ut quæ intra octavam consistunt syllabam; cuiusmodi & cola esse possunt, quia quæ junctæ alijs inveniuntur, ejusdem generis judicantur. Hujusmodi cola similia sunt ei, quod in carmine lyrico vocantur *ἰπώδης*. Alia ultra octavā & nonam extenduntur syllabam: continent tamen se intra magnitudinem versus heroici: atque hæc dicuntur *μέτρια*, sive *moderata*, & *ἰρῆς*, sive *recta*, & *παραίτια*, sive *producta*: teste Hermogene *. Nam fallitur Lud. Carbo †, cū: *ἄφρα*, & *ποματικά* pro iisdem habet. Alia denique ultra hunc numerum extenduntur, eaque dicuntur *ὑπερῆ*, sive *oblonga*. Exempla omnium eorum lib. IV. cap. III. attulimus.

* lib. 4. de
inventione
cap. 4.
† lib. 2. de
loc. cap. 6.

Ea quæ oblonga dicuntur, atque illa, quæ proximè ad horum naturam accedunt, orationem magnificam faciunt; quemadmodum contrà membrorum exilitas, & subita quasi reticentia, magnitudinem tollit, quamvis & in sententijs, & in verbis, sit magnificentia. Non tamen hoc prohibeat, quò minùs bonus orator possit in magnâ periodo etiam membra quædam brevia longis interfereere. Nam & in domo amplâ non omnia conclavia sunt pari magnitudine exstructa; sed alia sunt magna, alia exigua, alia mediocria.

V. DE MAGNIFICI STYLI ORATIONE CIRCUMDUCTA.

TERTIUM, quod orationem reddat grandem, est *ἐπιεικὴ*, sive *περικολῆ*: h. e. genus orationis circumductum & accumulatum, quod non nudè & simpliciter proponuntur; sed ea, quæ pluribus periodis læpiusque respirando efferi poterant, unâ periodo ita concludimus, ut non detur toties respirandi spatium. Cicero pro Flacco: *Quod si esset aliquando furum, ut aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret; nunquam tamen existimavi, Indicos, Decium Lelium, optimi viri filium, optimè*

optimā ipsū spe pradium, summæ dignitatis, eam suscepturum accusatio-
nem, quæ sceleratorum potius civium odio, & furori, quàm ipsius virtuti,
atque instituta adolescentiæ, conveniret. Quæ quidē periodus in tres alias
possit resolvi. Vna erit: Quod si esset aliquando futurum, ut aliquis de
L. Flacci pernicie cogitaret: nunquam tamen existimavi, iudices, Decium
Lelium eam suscepturum accusationem. Secunda fuerit: Est enim is
optimi viri filius, optimā ipse spe pradium, summæ dignitatis. Tertia fit:
Accusatio verò hæc sceleratorum potius civium odio & furori, quàm ipsius
virtuti atque instituta adolescentiæ conveniret.

Demetrius affert exemplum istiusmodi ex Thucydidis lib. II:
Οὐδ' Ἀχελῷοι ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρεος διὰ Δολοπίας καὶ Ἀγραίων, καὶ Ἀμφι-
λόχων, καὶ διὰ τὸ ἀκρονικὸν πεδίον ἄνωθεν μὲν εἰς Στεγρὴν πόλιν ἐς θάλασσαν
διήκει παρ' Οἰνιαδάς, καὶ τὴν πόλιν ἔπειτα μελιμαζῶν, ἅπερ οἱ παῖδες τῆς
ἕδατος ἐν χειμῶνι σέβηντες. Laurentius Valla locum Latinè ita red-
didit: Nam Acheloüs amnis ex Pindo monte devolutus per Dolopiam,
Agræos, Amphilochos, perque Acarnanicum campum supernè quidem
Straton urbem, Oeniadasque intersuens, mari miscetur, restagnatque ho-
rum oppido, intolerabilem utique hieme propter alluviones militiam præstat.
At perierit magnitudo ac dignitas orationis, si quis μετὰ τὴν eam
dissolvat hunc in modum: Nam Acheloüs fluvius profuit ex monte
Pindo, & in mare ingreditur juxta Oeniadas: priusquam ei miscetur,
crebris restagnat paludibus, atque impedit, quò minus hiberno tempore iis
in locis expeditio queat suscipi. Frequentibus his pausis omnino μέγα

† magnitu-
do & am-
plius.

† tollitur, haut aliter atque crebræ stationes efficiunt,
ut iter vel longissimum breve nobis videatur; contrà quàm fit in so-
litudinibus, in quibus iter etiam brevissimum viatori videtur lon-
gum. Itaque in grandi caractere, non tam incisus, membris, aut
periodis utendum, quàm diexodo sive deviatione. Dicitur verò
† διεξοδικῶς, (ut etiam appellat Jul. Scaliger †) quicquid excedit τε-
τρακωδίας*; sive sit τετρακωδίας †, sive τετακόν †. Has enim ejus ora-
tionis, quæ quatuor colorum numerum excedit, species supra affi-
gnavimus.

† lib. 4. de
re politica
cap. 25.
* quatuor
membrorum
numerum.
† spiritus
oratorius.
† extenso.

VI. DE ASPERIS HVIVS STYLI VERBIS.

QUARTVM, quod compositionē magnificam facit, est δυσφασία συ-
δίσις, asperitas compositionis: h. e. collocatio verborum, quæ dura
sunt, & aspera. Ea verò duplicia sunt. Quædam arte factam habent
asperitatem, cujus generis sunt verba τετρακωδίας, sive translationes
asperæ.

aspera. Quædam item naturâ aspera sunt, sive ob significationem nativam, sive ob sonum difficiliorem; ut in quibus R geminatur, aut cum aliâ consonante jungitur. De his omnibus modis Hermogenes consulatur. Sed *πτερομένη*, & nativâ significatione aspera, vix sunt hujus loci; quia non de sententijs, aut verbis agimus, sed compositione; quæ pertinent, quæ sonum asperiores habent. Demetrius exempli loco adducit illud Homericum *Ιλιάδ. π.*

Αἶας δ' ὁ μῦθος αἰὲν ἔσ' ἔκτοσι χαλκοκορυσσῇ.

Nam in *Αἶας*, & *αἰὲν*, fit concursus vocalium, & quidem propinquus, atque antecedente diphthongo. Præterea in *χαλκοκορυσσῇ* eadem geminatur syllaba. Atque ita poëta asperitate orationis magnitudinem exprimit herois, qui omnis in eo erat, ut vulneret Trojanorum fortissimum. Ac quidem Demetrius ait, rarè suavitatem compositionis admitti in magnificâ dictione; idque exemplo probat Thucydidis, qui cum sublimem confectetur characterem, fugit sedulò æquabilem illam compositionem, ac crebras verborum trajectiones; at duos amat vocalium & consonantium concursus, planeque refert viatorem per loca confragosa, & aspera iter facientem. Itaque ut hodie nonnulli optimè se Catullum expressisse putant, si versus sit salebrosus: ita & olim fuere quidam, qui se germanos Thucydidos profiterentur, cum mutila quædam, & hiantia locuti essent; contra quos invehitur Cicero in Oratore ad Brutum. Seneca quoque de ijs, qui hanc rem affectant, epist. cxiv, *Nolunt, inquit, sine salebrâ esse juncturam: virilem putant, & fortem, quæ autem inæqualitate percussit.* Hoc etiam, aut non dissimili morbo laborabat Chrestillus ille, in quem ita Martialis ludit:

Carmina nulla probat, molli qua limite currunt:

Sed qua per salebras, altaque saxa cadunt.

Et tibi Maonio res carmine major habetur:

LVCILLI COLYMELLA NIC SITY' METROPHANES.

Itaque modicè exasperanda oratio, imò intra modum potiùs, quàm ut affectasse id videamur.

VII. DE VERBORVM ET PARTICVLARVM STRVCTVRA IN HOC STYLO.

QVINCVS modus magnificâ reddendi orationem est ordo sive structura verborum, & *συντάξις* †. Ac verborum quidem ordo in magnificâ oratione is servandus, ut illustrissima & significan-

tissima claudant sententiam, Cicero pro Milone : *At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fecit ultor injuria, punitor doloris sui.* 1. Catilinarîa : *Magna Dijs immortalibus habenda est gratia, atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo hujus urbis custodi, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam Reip. pestem, toties effugimus.*

† *genium-
tionum.*

* *abiectione
animi ad
res exigui
momenti.
† magnifi-
centiam.*

* *in Partit.*

De usu *συνθεσμων* † tria tradit præcepta Demetrius. Primò docet, non nimis accuratè servandum eorum ordinem, cum, qui in re minutà nimis anxie elaborat, *μικροσκόπιον* *, non *μεγαλοσκόπειαν* † orationis prodit. Simile quid præcipit Tullius * : *Nec quicquam, inquit, in amplificatione nimis enucleandæ est: minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit.* Alterum est, sæpenuero res humiles abjectasque copulæ repetitione reddi amplas ac grandes: quod ipsum & Dionysius Halicarnassensis observavit. Exemplo sit illud Homeri in enumeratione navium, hæc humilium exiguoꝝum-que Bœotix oppidorum nomina recensentis:

† *Schenum-
que, Scolu-
que, sitam-
que jugis
Ereconum.*

Σχοῖνον † τε, Σκολῶν τε, πολυκνημῶν τε Ἐπειῶν.

Tertium est, ut expletivis conjunctionibus utamur, si amplioꝝrem reddat orationem, aut sermo sit patheticus: neutiquam verò, malorum histrionum instar, eas inferciamus quasi rimas expleant; quod in Asiaticis Cicero reprehendit lib. de Orat.

VIII. DE FIGVRIS DITIONIS, QVÆ STYLI MAGNIFICENTIAM PARIVNT.

SEPTVM eorum, quæ magnificentiam adferunt, sunt quædam *σχήματα λέξεως*. Ac primò anthypallage sive antiptosis. Quippe *συνθεσμων* † omne familiaris, sive abjectum est, eoque nec admittit rationem significat. *συνθεσμων* δὲ τὸ μικροσκόπος, διὸ καὶ ἀδυναμιῶν †, ut inquit Demetrius. Anthypallagen autem vocat venustam, ac gentis alicujus propriam causus immutationem; ut in illo HomericOdyss. M.

Οἱ δὲ δύο σκόπλοι, ὁ μὲν ἕρπονδ ἑρπονδὶ ἰσάσει.

Duo autem scopuli, alter quidem in laevum cælum usque pervenit.

Quod magnificentius, quàm, *ἢ δὲ δύο σκῶπλοι, ὁ μὲν ἕρπονδ &c.* Duorum autem scopulorum alter quidem &c. Idem efficiunt *ἐπιναφορα*, & *ἀσπίδα*, quæ non modo faciunt ad *σωτηρίαν*, sive *brevitatem*; sed etiam ad *σφοδρότητα*, ac *vehementiam*: ut quæ non tantum *πρὸς κόσμον*, seu *ad ornatum*; sed etiam *πρὸς αὐξησην*, sive *ad augendam orationem*, valeant. Ac imprimis id præstant, cum ijs adjungitur *διόλουσις*, quæ res aut factum aliquod, quod uno pronunciatO, atque, ut cum Aristotele dicam, *συνθεσμων* † in complecti poteramus, dissolvimus plurimum attribu-

attributorum commemoratione. Ita Homerus, cum Nireæ, juvenem ignobilem, ac exiguas habentem opes, ob luculentam formam posteris ita constituisse commendare, ut & ipse claresceret, laudæque ejus pro minutis maximæ, pro paucis plurimæ viderentur, hæc, & præcedentem figuram, usurpavit. Poterat enim laudare hunc in modum: Nireus filius Aglaïæ, & vir pulcherrimus, tres duxit naves. Verùm maluit uti *διαλύσει*, & anaphorâ; ut in *ἡμιτολογία* vidimus cap. 111. Ac sanè hoc consecutus est poëta, ut proverbio fecerit locum, *ἔμμορφότερ* & *Νίρεος* †, quo Lucianus utitur in Timone. † *Nireo formosior.* Idem efficit *συναφεία*, quæ *διαλύσει* contraria est. Nam etiam conjunctionibus multis uti possumus, quòd res videatur major, ut in illo Herodoti: *Ἐξυπνόοτε* *Ἐλλήες* *πυλῆς*, & *Κάρες*, & *Λύκοι*, & *Παμφύλιοι*, & *Φρύγες*. *Militabant Græci, & Cares, & Lyci, & Pamphylis, & Phryges.* Non ignoravit id T. Quinctius, apud Livium * de legato Antiochi loquens. Nam cum caduceator jactitasset varia armorum genera, multaque gentium inauditum nomina, Dacas, & Medos, & Cadusios, & Elymæos: ostendit Quinctius, eum *συναφεία* beneficio speciosiore reddidisse orationem, ut gentes illæ, quarum nomina singulis distinxerat conjunctionibus, plures viderentur. Diligenter autem considerandum est, quando *συναφεία*, quando item *διαλύσει*, grandis reddatur oratio; cum pleraque omnia sine conjunctionibus plus habeant magnificentæ.

Magnificam quoque orationem efficit casuum variatio; ut Thucydidis loco ostendit Demetrius. Item *ἀναδίπλωσις* conjuncta cum *ἐπανορθώσει*; ut in illo Herodoti, ut quidem vult Demetrius: (metuo enim, ne decipiatur *μημονικῆ ἀμαρτηματι*) *Δρακόντες δὲ περὶ ἵσον ἐν τῷ Καυκάσῳ μέγιστοι*, & *μέγιστοι* & *πλεῖστοι*. *Dracones in Caucaso erant magnitudine, imò magnitudine & multitudine.* Itemque in illo Tullij †: *Hic tamen vivit. vivit?* Imò verò in *Senatum* venit. Imprimis autem magnificentiam parit *ἐπανορθώσει*, quando non modò cum interrogatione concurrat, sed etiam cum *κλιμακωτῶ* seu gradatione. Istiusmodi *ἐπανορθώσει* habes in illo Tullij xii. Philipp. *Quid enim per Deos immortales potest Resp. prodesse nostra legatio? Prodesse dico? Quid si obfutura esset? Obscurata? Quid si jam nocuit?*

IX. DE VOCALIVM CONCVRSV AD GIGNEN-
DAM ORATIONIS MAGNI-
FICENTIAM.

SEPTIMA ratio efficiendi compositionem magnificentam Demetrio est *σύνκλιτος*, sive *σύνκλιτος ἢ συνκλιτος*. i. *vocalium concursus*. Ita grandius, quàm suavius, est hoc Maronis *:

Ardet inexcitata Ansonia, atque immobilis ante.

† An. 3. Grande etiam illud †:

Aulæ in medio.

Multa hujus generis sunt apud Tullium. Vt ingressu ipso primæ ad Lentulum epistolæ: *Ego omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio*. Quamquam in epistolis non tam id factum videtur ad conciliandam granditatem, quàm quia indicium est negligentia, quæ interdum grata est, in literis imprimis. Quare ex orationibus potius petamus exempla. Vt ex illâ pro Roscio Amerino, quam sic auspicatur: *Credo ego*. Habet id grandiusculum sonum, nec suavitatis expertem. Eiusdem est orat. pro Marcello: *Dolebam enim, P. C. ac vehementer angebar, cum viderem talem virum, qui in eadem causâ, in quâ ego, fuisset, non in eadem esse fortunâ: nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me in vestro veteri curriculo, illo emulo, atque imitatore studiorum ac laborum meorum, quasi quodam socio, à me, & comite distracto*. Apud Græc. s. imprimis magnificentiam parit concursus a producti, u & u, itemque diphthongorum. Verùm totâ hâc de re non uno omnes modo judicarunt. Isocrates concursum istum odit, tanquam fullo ululam.

† lib. αε.
αωδός.
δωμάτ.
Alij vocales quasvis ubiv. s. absque delectu committēbant. Regiam tenendam viam censet Demetrius. Dionysius Halicarnassensis † hanc vocalium, uti & consonantium collisionem, commendat in oratione auferâ. Sunt autem ideo vocales interdum committendæ, contrâ quàm Isocrates putabat, quia vocalium concursus efficit concentum, quo destituta compositio non musica futura est, sed muta. Tantùm id decenter & modicè, non temere ac passim fiat. Hanc de vocalium commissione sententiam Demetrius probat à consuetudine, à poëtis, à synalcephis, & Ægyptiorum sacerdotum more. Certè consuetudo mirum in modum confectatur suavitatem: nihilominus vocales vocalibus jungit; ut in *Æacus*, & *Chius*. Quin nonnullæ voces ex vocalibus meris constantur; ut, *Eoa*.
Idem

Idem liquido dilucet ex poetis, qui sapenumero vocales inter se committunt, ut hoc pacto sonum reddant jucundiorum. Nam *Ilia* dicunt pro *Ilia*, & *ipson* pro *ipson*. Sic Maroni, *alium* pro *alium*. * *Æn.* 8. Item in vocibus diversis. Vt * -- *Aonia Aganippe* (quomodo Probum legisse constat) item †, -- *Sub Ilia alto*: nec non †, -- *Insula Ionio* † *Æn.* 5. in *magno*: alique sexcenta. Imo istiusmodi etiam affectant; uti observavit Iul. Scaliger orat. contra Erasmum. Certè *iv.* Georg. cum posset poeta, -- *sternunt Rhodopeia saxa*, maluit, -- *Rhodopsia arces*: & *iv.* *Æn.* -- *Aut quâ spe inimicâ in gente moratur*, maluit quàm, -- *Aut quâ spes inimicâ in gente moratur*. Itidem in Bucolicis legere est,

Credimus? an, qui amant, ipsi sibi omina fingunt?

Quamquam in vulgatis sit *sonnia*. Sed perplacet *omina*: quod & Canterus * in MSSis reperit, & Palmerius †, ac ratio firmat. Indicio quoque suavitatis, quæ absque synalcephis concinnius efferuntur. Certè suavius est, Πάρτα μὲν τὰ ἦλα ἢ κατὰ ἔσση, quàm si dicas, κατὰ ἔση. Denique sacerdotum Ægyptij Deum celebraturi, non tibiâ, non citharâ id agunt, sed septem vocalium sono continuè edito: quod certè argumentum est maximo, eorum concursum suavissimam efficere harmoniam. Sed & cui lubet, in partes advocare possit Marcum quemdam, qui, ut scribit Irenæus lib. 1. adversus hæreses, primum cœlum statuebat sonare α, proximum ε, tertium ι, quartum five medium ς, quintum ο, sextum υ, septimum φ: quasi nempe sonus harum literarum efficiat suavissimum illum concentum, quem Pythagorici adstruebant. Verùm etsi verisimile sit, id eum à philologis quibusdam accepisse; nobis tamen satius videtur superfedere testimonio hominis magi & hæretici, qui quæ ab Irenæo lib. viii, ejusdem libri appelletur, *præcursor quasi verè existens Antichristi*. Et hæc de styli magnifici compositione.

C A P. III.

DE SENTENTIIS MAGNIFICI

C H A R A C T E R I S.

SENTENTIÆ in grandi charactere sunt graves; ut de Deo, rebus naturalibus, et civilibus.

Locum etiam hic habent vehementiora illa sententiarum lumina, apostrophe, prosopœia, similiaque.

I. QUAE SENTENTIAE GRANDEM REDDANT ORATIONEM.

ADHIBENTUR in magnifico characterē sententiæ sive propositiones graves, quæ triplices sunt. Primò quædam sunt de Deo, ac rebus divinis. Verum hæc sunt duum generum. Aliæ enim poëticæ sunt, quæ voluptatem habent, non autem *συναίσθητα* *, eoquæ non usurpantur ab oratore, præterquam in genere demonstrativo, quod omnia recipit ornamenta. Aliæ verò, quæ in civili oratione locum habent, vel sunt philosophicæ, ut quæ desumuntur ex Timæo Platonis; vel sunt Theologicæ, ut quæ è sacro hauriuntur fonte. Certè Mosen de Deo magnificè sit oratione usus, laudat pagodeditus Longinus, impij illius Porphyrij præceptor, ut Eunapius *, & Suidas †, tradunt, ac Porphyrius ‡ ipse agnoscit. Verba Longini afferam: Ταύτην καὶ ὁ Θεὸς Ἰουδαίων διαμοδέσσει, ἕχ' ὁ πῶλ' ἀνὴρ, ἐπειδὴ τὸν οὐδὲν διὰ δυνάμει καὶ τὸν ἀξίαν ἐργασίαν, καὶ ἐπέλεων, ἐν δὲ ἐν τῇ εἰσοχῆν ἡρώδης τοῦ ἑβραίων, εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς τὴν; ἡρώδης φῶς, καὶ ἡρώδης ἡρώδης γῆ, καὶ ἡρώδης. *Idcirco Iudaorum quoque legislator, vir hanc vulgaris, quandoquidem divini numinis virtutem pro dignitate cognovit ac divulgavit: statim in ingressu atque initio legum scribens: Dixit Deus. Quid inquit? Fiat lux, & facta est: fiat terra, & facta est.*

* *gravitatem.** *in Porphyrij vita.*† *in Aoy-γῆ.*‡ *in vita Ploini.*

Præterea sunt sententiæ graves de rebus naturalibus, sed magnis, inusitatis & raris; ut fulmine, terræmotu, ac similibus. Non tamen oratori rationes propriæ earum sunt afferendæ, quæ ad philosophum pertinent: sed quid fiat, factumve sit, ostendet.

Tertium locum obtinent sententiæ Ethicæ, ac Politicæ: ut cum differitur de virtute & felicitate eorum, qui secundum virtutem vivunt; aut cum exempla commemorantur, quibus homines ad virtutem excitentur.

II. SENTENTIAS GRAVES GRAVITER ESSE TRACTANDAS: QUOD NE INVITATEMUS MINERVA, DEBERE NOS ANIMUM ASSUMERE COGITATIONIBUS RE-
RVM MAGNARVM.

PORRO licet sententiæ magnificæ præcipua sint characteris magnifici pars: non tamen ad orationis magnificentiam sufficit, si fiat

fiat magnificæ rei mentio. Sæpe enim contingit, ut quis de rebus magnificis dicat exilliter, ac res illustres ingenij culpâ deterat atque imminuat, quia nesciat artem facta dictis æquandi : unde cognoscere est errorem vulgi, cui scriptores multi *de rebus* * putantur, qui de rebus quidem gravibus, verumtamen haut graviter scripserunt. Id Longinus ait accidisse Theopompo Chio : qui præter varias orationes & epistolas, tum adhortatorias, tum *Αχαϊκὰς*, sive *ἀρχαϊκὰς*, quarum apud Halicarnassensem * mentio fit, scripsit ad octo & quinquaginta libros Philippicorum; quomodo eum historiæ suæ, vel invecivæ veriùs (nam passim Philippum, ejusque ævi ducēs proscindebat; ut ex fragmentis apud Athenæum videre est, & disertè traditur à Plutarcho) nomen fecisse cognoscimus ex Diodoro Siculo, Athenæo, Suida, alijs. Verùm de Theopompi caractere aliter sensisse videtur Tullius, quâdo in Bruto ita de Catone scribit: *Tam verò Origines ejus, quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent? Amatores hinc desunt, sicuti multis jam antè seculis, & Philisto Syracusio, & ipsi Thucydidi. Nam ut horum concisis sententijs, interdum etiam non satis apertis, cum brevitate, tum nimio acumine, efficit Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ, quod idem Lysia Demosthenes: sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altiùs oratio. Rectène, an secus, de Theopompo fenserit Tullius, nobis quidem difficilis est conjectatio, quandoquidem scripta ejus deperierunt. Illud interim liquidò colligimus, utrumque ad characterem magnificum requiri, ut & compositè, & sententiosè dicamus. Atque hoc ipsum Tullius quoque sensit; cujus illud in Oratore perfectò: *Res autem sic se habet: compositè & ornatè sine sententijs dicere infania est. Sententiosè autem sine verborum, & ordine, & modo, infamia est.**

Imprimis autem operæpretium fuerit monuisse, quod & Longinus scribit, debere nos animum adflescere ad concipiendas res magnas. Oritur enim orationis sublimitas ex animi magnitudine: quibus verò animus semper humi repit, neque assurgit ad res grandes, hi neque grandem conficiunt orationem. Quare debet Orator, quod & de Poëtâ dictum velim, esse *εὐπαρασίω* & †. Nam *εὐπαρασία* est ea vis, quâ absentia consideramus tanquam præsentia. Neque id tantùm in asperis & atrocibus, sed & lætis jucundisque locum habet. Hæc etiam facit, ut illustres se nobis offerant metaphora, aptaque verborum & sententiarum lumina; ac non modò dictio, sed & pronuntiatio, & vultus gestusque totius corporis, sit rebus *ἀνάλογος* &. Atque hinc liquet, cur Longinus *εὐπαρασίας* finem

* graves ac magnifici.

* epist. ad Cn. Pomp.

† felix in concipiendis eo modo imaginibus, quo optime res representantur.

εὐεργασίας

* evidentiā
fermonū.
* persuadere
auditori, sed
etiam ad
feroilem
quandam
demonstrationem
eum deijce-
re.

esse dicat; cur item tantam vim phantasiæ adscribat, ut dicat orationem ejus, qui phantasiâ omnia, quæ rebus insunt, conceperit, non modò *οὐδὲν τὸ ἀφανές, ἀλλὰ καὶ δαίμων* †. Itaque oportet, aduercamus nos cogitandis urbium expugnationibus, & his quæ in ijs contingunt; item prælijs, mari, fluuijs, nautis oram soluentibus, tempestatibus, serenitati, fabris, cursoribus, comitijs, alijsque. Nam hoc pacto fiet, tum ut per se aptè ea à nobis expli-centur; tum ut appositæ ab ijs deducantur tralationes, quibus res quasi ob oculos ponatur.

CAP. IV.

DE VERBIS MAGNIFICI
CHARACTERIS.

VNDECIM *verborum genera locum habent in sublimi caractere: I. per metaphoram novata. II. juncta. III. soluta. IV. facta. V. allegorica. VI. propter affectum præcisa. VII. iterata. VIII. casibus & modis inflexa. IX. verba similia, asperaque. X. epiphonematica. XI. poetica.*

I. DE VNDECIM GENERIBVS VERBORVM, QUÆ
GRANDITATEM CONCILIANT
ORATIONI.

QUÆADMODVM quævis arbor cuius rei materiam præbet; sed alia trabibus, alia tabulatis, alia item carinis, alia foris, alijve rei accommodatior est: itidem neque quibuslibet verbis quælibet res exprimitur: verùm alia requirunt verba levia, alia aspera; alia mollia, alia dura; alia brevia, alia longa, quæ non minùs internoscere debet probus conficiendæ orationis artifex, quàm faber lignarius omnia lignorum genera dignoscit.

Ac verba quidem magnifici characteris debent esse grandia, atque à vulgatâ loquendi consuetudine remota; non quasi alia omnino ab adytis suis arceat, sed quia illorum sit eligentissimus. Sunt verò istiusmodi verborum undecim genera.

Primo λέξις παραμύθια, sive voces modificatæ. Nam istiusmodi, ac imprimis quæ speciatim metaphoræ appellantur, orationem reddunt minimè vulgarem, eoquæ augustiorem, dum concitant sui admira-

admirationem, & tacitam voluptatē auditorum animis adfundunt.

Præterea orationem reddunt magnificam *ουδὴν ὀδύματα*, quæ Aristoteles lib. 11. Rhetor. *ὀδύματα* nominat, Cicero appellat ex conjunctione facta, item verba juncta. Horum duo sunt genera. Prius est, quando ex duobus, pluribusve vocibus notis, unam aliquod conflatur. Non tamen in oratione locum habent compositiones Dithyrambicæ; de quibus Jul. Cæsar Scaliger lib. 1. Poët. cap. XLVI, & nos hujus operis lib. 1v. cap. 1. ubi ostendimus, ut & Comici ijs lascivire soleant: imprimis Aristophanes, ac Plautus. Suntque pluræ ejus generis apud eosdem. Ut istud Persâ †:

*Vaniloquidorus-virginisvendonides,
Nugipolyloquides-argeniesterebronides,
Tedigniloquides-nummorumexpalponides,
Quodfænellarripidæ-nunquampostæripides.*

Vbi pro *nugipolyloquides* cum I. Guilielmio præferam *nugidoliloquides*, ut merè hoc Latinum sit, aliorum instar. Ac *techniloquides* (quod Lipsius * malebat, pro *tedigniloquides*) probare non possum: uti nec, quod Lambino placuit, *exterebronides* pro *exterebronides*, quasi à *tenēbris*, non *exterebrando* foret. Aristophanes verò & verbum conflavit ex vocibus undeviginti, quodque senos impleat versus. Habes id

in fine Ε' κλησιαζουδων:

Λοπαδοτεμαχοσιλαχογυλαο-
κρασιλεφανοδεμυποβίμματα-
πλοφιοπεσομαιτοκατακεχυμιστα-
κινελεπκοαυφοεωςείεα-
λεκτηνοροπτεκαφαλλοιγυλοπε-
λοιολεγωοσιειοεφρητερονοπτεγυαν.

Ejus sententia est:

*Olla, succidie, cartilaginea mustelinarum
Calvariarum reliquia acri cum intrito,
Laser melle interfusâ,
Motacilla, merula, columba,
Gallorum tosta capitula, motacillarum,
Columbarum, leporum intinctu inpersa unâ cum alis.*

Æschylus, quia turgidis atque inflatis verbis utatur, ab Euripide apud Aristophanem † vocatur *κομπρακισλορημων*, voce conflata ex *κομπ*, quæ jaclatio est, *ρακισ*, quomodo dicitur *gravis lignorum fascis*, & *ρημα*, h. e. *verbum*. Ac ibidem Euripides vicissim ab Æschylo audit *συνωλοσουλκτωδης*, h. e. *συνωλοσ ρήματα σουλκτωδης* *.

† Act. 4. sc.
Probati bis
argenti.

* epist. 12.
Epist.
Quest.

† in Rami.
* Garrulorū
neboriarū
conferentia-
lar.

Neque solum voces à tribus, aut pluribus compositas, vitabit orator; sed nec eas, quæ grandioris sunt soni, cum laude usurpabit, nisi veniam petat pudentem. Delinquent hæc in parte ve grandis & affectatæ eloquentiæ scriptores; quos inter ducit familiam Appuleius. At ijs, qui Romanam simplicitatem amant, præit togæ Romanæ princeps Tullius; qui cum Græcorum κατάληψιν vertisset comprehensibile †, subjicit, *feretis hæc?* non tam, arbitror, ob vocis novitatem, quam ob soni granditatem. Eandem ob causam Seneca epist. cxiv. reprehendit in Mæcenate *irremediabile* pro ἀνέκδοτον. Persius etiam vocem *luctificabile* ridere videtur in Paccuvio. Ita enim ait sat. i.

† lib. 1.
Acad. Q

† Sic lego cum Casaubono. Vd Briseis sit poematis nomen ab L. Accio scripti; qui ὁμοῦ ἔστος fuit Paccuvio; atque ut hic, ita & à Marziale ei conjungitur versus iste, Accius & frumentariam, στοπεμίαν appelles; quæ vox solum ex alterutrâ eaque quicquid Paccuviusque vomunt.
† En 8.
‡ En. 12.
§ En. 7.

*Est nunc, Briseis † quem venosus liber Acci,
Sunt quos Paccuviusque, & verrucosa moretur
Antiopa, arumnis cor luctificabile sulta.*

Est tamen Poëtis major concessa potestas, quam Oratoribus. Certè Maro non reformidat, *ineluctabile † fatum, illatibile † murmur, lachrymabile * bellum.* Ac quia & aqua hæc interdum hæret multis, qui eloquentiæ meraco tincti, & saturi potu existimantur: haut absere sit appingere huic loco Demetrii præceptum. Is enim compositorum, quæ citra periculum usurpantur, velut normam & canone esse ait duas hæc voces; *νομοδότης*, sive *legislator*, & *ἀρχιτέκτων*, sive *architectus*.

Alterum *νομοδότης* genus est, cum descriptionis loco nomen usurpatur, idque *εἰς στοπεμίαν*: uti si *πρωτὸν αἰτῶν νομοδότην*. i. *procuracionem* Accius & *frumentariam*, *στοπεμίαν* appelles; quæ vox solum ex alterutrâ eaque quicquid Paccuviusque vomunt.

Tertium in hoc charactere locum habent *ἀνέκδοτα ὀνόματα*, *verba soluta*. Solvitur autem verbum, cum definitio, vel descriptio, ponitur pro nomine. Ejus exemplam apud Demetrium est, si quis *αἰτῶν νομοδότην* dicat, pro *στοπεμίαν*.

Non tamen existimandum, nihil referre, utrâ junctis utamur vocibus, an verbum dissolvamus. Nam interdum magnificentiam adferunt verba juncta; interdum verò idem præstat dissolutio. Si vulgè utantur dissolutione, nos utemur verbis junctis: sicut consuetudo adprobet juncta verba, nos dissolvemus.

Quartum in his locum obtinent *ὀνοματοποιήματα*, sive verba facta. Istiusmodi sunt apud Demetrium *τὸ σίξ'ε, ἢ τὸ λυπῶντες*. Illud usurpat Clearchus apud Athenæum lib. v i. de sono, quem audire est, cum

est, cùm piscis frigitur in sartagine; & ipse Homerus Odyss. de stridore, quem oculus Polyphemi edidit, cùm Ulysses illi sudem præustam impegisset: altero verò utitur idem Iliad. de sono, quem lupi bibendo edunt. Plura id genus ex Homero adfert Plutarchus in vitâ ejus. Cur verò verba facta orationem reddant grandiore, in causâ est, quòd id acuti sapientisq̃ esse hominis videatur, ac quodammodo eos referentis, qui primi fuere vocabulorum architectones. Verùm hîc cauto opus est, ne, si laudem in fingendo affectemus, alias adferamus voces, quàm planas ac receptis similes. Si quidem, nisi intelligantur, ex nostrâ & exoticâ quapiam linguâ, miscellam facere credemur.

Quintum eorum, quæ requiruntur, sunt allegoriæ; in primis autem in minis, quod Demetrius quinque adstruit argumentis. Primum est ab exemplo Dionysij tyranni, cujus illud ad Locrenses: *Faxo, cicada apud vos humi canant.* Quo obscurius innuebat, se agros eorum populaturum. Aristoteles tamen 11. Rhet. non Dionysio, sed Stesichoro tribuit. Alterum argumentum præbent allegoriæ. Nam pariunt suspicionem, obscuritate veli instar rem tegente. Quicquid autem suspicionem gignit, terrorem quoque injicit, dum aliud, atque aliud, ex eo homines colligunt. At quod perspicuum est, id contemnitur; quomodo nudos despiciamus, quos sago indutos formidamus; Tertium est, quia Athenienses mysteria sua occultabant allegorijs, ut minùs intellecta injicerent metum horroremq̃, quæ individuo nexu religioni juncta esse judicabant veteres, ita ut pro religione ipsâ posuerint. Certè Maro VII. Æn. de lauro dixit:

--- *Multosque metu servata per annos.*

In quem locum ita Servius: *Metus, i. religione, qua nascitur per timorem: nempe juxta illud Arbitri;*

Primus in orbe Deos fecit timor.

Quin *Deos à d'ios*, id est, *metus*, eâpse de causâ deducitur à Grammaticorum vulgo. Nam mihi quidè magis fit verisimile, esse à *Deos*: quomodo ab Alexandrinis vocatus est Mercurius, ut Eusebius*, scribitur, atque è Latinis Cicero †, & Laëtantius ‡; nisi quòd apud hunc *Thoth* legas pro *Thoyth*. Imò, quod propiùs ad Græcum accedit, *Θεός* dicitur Platoni in Philebo, & Cratylo; uti Teutates, vel Theutates Lucano*, & Arnobio †. Nec *metus* solùm pro religione, sed & *religio* pro *metu*, ob eandem causam accipitur, ut testatur Servius in illud lib. VII:

Iam tum religio pavidos terrebat agrestes. Diva loci.

* de præparat. Evang. lib. 1. p. 23. edit. Rob. Steph. † lib. 3. de nat. Deor. ‡ lib. 1. c. 6. * lib. 1. † lib. 2.

Imitatus autem Virgilius ablectum sermonem Lucretij; qui prior nunc religionem pro metu, nunc metum pro religione usurparat. Quin horrorem quoque pro religione poni apud Petronium; ut & horribile, tum apud illum, tum apud Catullum, accipi pro sacro verendoque; viri docti iam dudum obseruarunt. Quartum argumentum, quo Demetrius doceat, allegorias minis convenire, est, quoddam allegoria obscuritate sua similis sit noctis tenebris, quæ formidolosos facillè terrent. Certè & Athenienses, ad formidinem initiatorum animis incutientiam, noctu & in tenebris sua trahebant mysteria. Hinc Cic. lib. II. de legg. *Quid ergo aget Iacchus, Eumolpidae, nostri, & augusta illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus?* Quincto idem loco adstruit ab exemplo Laconum, qui, ut hostibus essent terrori, allegoricè pleraque efferebant: ut cum ad Philippum ita scripsere;

Lacedaemonij Philippo. Dionysius Corinthi.

His addere liceat exemplum Scytharum; quorum Reges idem factitasse, gemino exemplo ostendit Ant. Muretus lib. v. Var. Lect. cap. xvii.

Et ex his quidem liquidò constat, quibus de causis allegoria magifico conveniat characteri. Interim, cum eadem tenebras offundat, curandum sedulo, ne ænigma fiat: cuiusmodi est illud, quod Aristoteles refert lib. III. Rhetoricorum, & libello de poetica; uti & Plutarchus in septem sapientum convivio, Athenæus in Dioprosophistis, & Demetrius de Elocutione:

Αὐτὸ εἶδον πρὸς ἑαυτὸν ἐπὶ ἀπέξει κολλήσαντα.

.i. *Igni hominem as humano in corpore jungere vidi.*

Quo significatur chirurgus ad sanguinem eliciendum ægrotò cucurbitulas adhibens.

Sextum locum in verbis hujus characteris sibi apud Demetrium vindicat ἡ σωτομία, ἢ μάλις συνοιωπίαι. i. *succincta verborum brevitatis, atque imprimis reticentia:* ut †, *Quos ego: sed motos &c.* Cum enim præciditur oratio, ut plurimum suspicio gignitur re ipsa major. Non tamen omnis σωτομία grandiosem efficit orationem; verum quædam efficit eam μικροσωπῆ*, ut a cōtrario ostendit Demetrius. Nam, id nisi esset, non gignerent amplitudinem vocum iterationes, quæ concisæ brevique orationi adversantur. At nunc contrà fit, ut Xenophontis loco probat Demetrius.

Itaque inter ea, quæ magnificentiam pariunt, septimo loco ponimus τὰς διολογίας, sive iterationes vocum earundem in principijs factas, quarum exempla superius vide in χροματολογίᾳ.

Octavum

† 1. Xen.

* reticentia
migne excilc.

Obliquum eorum, quæ id præstant, est *παραμοις*, sive obliquatio; quæ vel ab obliquo casu incipimus, vel à recto inchoantes complures obliquos subjungimus. Posterioris modi exemplum adducit Demetrius à Xenophonte. Prioris verò exemplum esto hoc Ciceronis: *Cogitant mihi se penumero & memoriâ vetera repetenti, perbeati fuisse, & frater, illi videri solent, qui in optimâ Rep. &c.* Facit hæc obliquatio *μελωδία*. Ei autem opponitur ἡ ἀρθία, quæ rectis utimur casibus. Hanc Hermogenes docet puram claramque reddere orationem, ut infra dicemus.

Nonum, quod magnificentiam orationis efficiat, est verborum similitudo, asperque eorundem sonus, sive, ut Demetrius inquit, ἡ ὁμοιότης τῶν ὀνομάτων, ἢ ἡ ἀσφραγία ἢ φαινομένη. Per similitudinem verborum intelligere debemus verba rebus similia; cujusmodi est in exemplo hoc à Demetrio adducto *:

Αίας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἐκτοε.

* ex Iliad.

Nam Homerus describens Atacis studium in vulnerando Hectore, quia res erat aspera, similibus, h. e. itidem asperis utitur vocibus. Tales enim esse *Αίας*, & *αἰὲν*, supra judicavimus.

Decimum, quod ad eam conferat, est epiphonema: de quo cum in *ρηματολογία* ubertim dictum sit, actum non agam, quod vetatur proverbio.

Postremò id præstare Demetrio dicuntur poëtica: idque duobus modis, *μεταθέσει*, sive transpositione, & *μιμῶσει* sive imitatione. Exemplum *μεταθέσεως* est apud Herodotum lib. 11. ubi referens, quomodo Paris cum Helenâ in Ægyptum venerit, octo inserit versus Homericos, partim ex Iliad E, partim ex Odysse, Δ desumptos. *Μιμῶσεως* exemplum Demetrius affert ex Thucydide; qui miro sæpe artificio poetarum versus ita orationi suæ inserit, ut non poetæ, sed Thucydidis ipsius videatur oratio. Etiam singulæ id voces poetarum præstant. *Habet etiam*, inquit M. Tullius †, in oratione poetarum aliquod verbum dignitatem. Istiusmodi est patescere: ut apud Maronē *:

--- Danaümque patescunt Insidia.

Vñ verò & historicè, & fortasse Cicero Philipp. xiv. Nam pro patescit, quod in vulgatis invenitur, in uno alteroque, eosque inter Longobardico cod. patescit legi, auctor est Hieronymus Ferrarius *.

Sed & grandem ac sanctiorem, magisque admirandum orationem faciunt voces præcæ: cujusmodi, iudicio Ciceronis libro de oratore, sunt *reor, autumo, &*, ut Quintilianus ait, *nuncupare, fari, similiaque*. Verùm in his (ut & supra † monui) observandum illud Co-† lib. 4. c. 1.

† Plutar-
chus libro,
Bellone, an
pace clario-
res fuerint
Athenico-
sus.

rinnæ ad Pindarum †: τῆ χειρὶ δὲ σπείρου, ἀλλὰ μὴ ἄλλῃ τῇ δουλείῃ. *manus ferendum est, non sacco toto.*

II. DE MAGNIFICI CHARACTERIS PRÆSTANTIA, AC DIFFICVLTA TE.

ATQVE hæc de stylo magnifico, cujus tanta est dignitas, ut, quemadmodum docet *κεκμήωτατ* Dionysius Longinus; licet vitij aliquibus sit obnoxius, tamen præstantior sit stylo mediocri curatio, & nusquam impingenti: quemadmodum & majores orationis virtutes minoribus præferri debent, etiam cum hæc numero superant. Itaque ignoscendum Thucydidæ, Platoni, Demostheni: in quibus quædam censoriâ virgulâ notarunt veteres Critici, ut alibi ostendimus. Neq; ea res tamen efficere potuit, quo minus Platon, & Demosthenes, idea esse crederentur puri atque Attici sermonis. Audiamus Phrynichum Arabium, qui in Apparatu suo oratorio, (ut ex eo Photius in Myriobiblo refert †) *εὐλιπεύς ἢ καθαρὸς ἢ Ἀττικὸς λόγος καθύς ἢ εὐάμμος, ἢ ᾠδαίουμα φησὶν αἰεὶ τοῦ Πλάτωνος τε ἢ Δημοσθένω* *sinceri, puri, & Attici sermonis normam, & exemplum esse optimum Platonem atque Demosthenem.* Quamquam non omnino eadem ratio sit Platonis ac Demosthenis, quia Platonis dictio inter solutam, & poëticam, media est; Aristotele etiam iudice, ut est apud Laërtium in Platone. Similiter ignoscendum quoque Persio satirico, quodd & crebris, & audacioribus utatur translationibus. Nam, uti animus, ita dictio nobilissimi juvenis grandia tantum spirabat. Quare laudem merentur, qui horum exemplum secuti, neutiquam ob difficultatem reformidant hoc genus, eorum instar, qui eò quod metuunt ne impingant, tantum humilia dicunt ac plana, atque ita, ut eleganter inquit Fabius †, *dum timent ne aliquando cadant, semper jacent.* Non tamen hæc propter rudis juvenia hoc in genere exerceri debet. Neque enim grandiloquentia in puerilem cadit ætatem: neque dicendi imperitus ad summum eloquentiæ gradum subito pervenire potest. Iccirco Persius meritò satirâ primâ in seculi sui Rhetores invehitur, qui hæc in parte turpiter sese dabant: ac Petronius quoque, elegantiarum idem ac nequitiarum arbiter, in vestibulo satirici (quod non minus cœdè mutilatum laceratumque est, quàm olim à Bacchis Pentheus) graviter eosdem reprehendit: quique hoc pacto instituuntur, non magis sapere posse judicat, quàm bene olere, qui in culinâ habitant.

†cod. 158.

†lib. 8. cap. de senectute.

III. DE STYLO TUMIDO, SIVE
FRIGIDO.

DE stylo magifico diximus. Verùm quia, ut philosophus ait, *περὶ ἄλλα μᾶλλον τὰναντία γρῶναι* † : age, paucis etiam videat ^{† contraria} ^{eregone} ^{constituta} ^{magis co-} ^{gnoscentur.} Nam, quemadmodum idem Cornificius ait, *ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe* : ita *gravis oratio saepe imperitis videtur ea, quæ turget, & inflata est, cum aut novis, aut priscais verbis, aut duntaxat aliunde translatis, aut gravioribus, quàm res postulat, aliquid dicitur.*

Est igitur τὸ ψυχρὸν, sive frigidum, (quod & tumidum vocari diximus) in rebus, verbis, & compositione.

In rebus fuerit frigus, ac tum, si ex nimis sint hyperbolicæ. Neque enim Oratori convenit, quod Aristophanes eâ in fabulâ, quam ab Acharnanum gente vocavit, de Perlarum ingluvie refert, hos in furno affos boves coquere solitos pro panibus: aut quod alius scripsit, Medocem, Thracum regem, integrum bovem in malâ gestasse. Quin omnis propemodum hyperbole frigida est, quia rem supra fidem extollit; eoque & à Comicis frequentatur ad captandum risum. Talis illa in Aululariâ de sene avaro:

Suam rem perisse, seque eradicaverit,

Quin divinum, atque hominum clamat continuo fidem,

De suo tigillo fumus signa exit foras.

Illâ tamen Sapphûs, *ἄριστὴν ἄριστῆν*, venustatem habet, non frigida: ac planè admiratione dignum est, divinam mulierem (ita eam appellat Demetrius) re plenâ periculi, ac quæ vix dextrè tractari possit, tam scitè usam esse.

Neque tantùm peccat, qui nimium hyperbolis indulget; verùm etiam, quisquis *ἡπερολογία* poeticâ rem amplificat. Fecit id Florus Nam quod simpliciter dixit Sex. Rufus †; *Hispanias per D. Brutum obtinuimus, & usque ad Gades, & Oceanum pervenimus*: id ille ineptè admodum sic narrat; *D. Brutus aliquantò latius Gallacos, atque omnes Gallæciæ populos, formidatūque militibus flumen obliuionis, peragrato-que victor. Oceani litore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegij metu & horrore apprehendit.* Scio, quantopere hæc, & alia id genus, hodie abblatiantur, non adolescentulis modò, sed nonnullis quoque eorum, qui soli sapere & sibi, & multis alijs, videntur. Sed neutiquam est dubitan-

dubitandum, quin ea putida sint, & κακός πλῆς: in quo, qui minus mihi fidem habent, saltem credant literarum principi, Josepho Scaligero, dignis se in Eusebium animadversionibus ad an. M DCCCLXXV.

Idem in vitium incidat, si quis de rebus exiguis, ut maximis, verba facit; quemadmodum ille, qui fluuiolum quendam è montibus in mare ruentem haut aliter descripsit, atque si de Nilo se præcipitante sermo esset, aut de Istro, magno cum impetu se exonerante in mare. Quanto sapientiàs Xenophon t cuius illud de Teleboà: εἶπεν

* hic quidē
fluvius haut
magnum
erat, ut pul-
cher.
† decorum
in magna
que re ob-
servandū:
hoc est, res
accommo-
datē verbis
sunt expo-
nendæ: exi-
gna quidem
exiliter, am-
pla vero
amplē.
* res parvas
amplē dice-
re.

δὲ ποταμὸς ἴσθ' ὄμβρας μὲν ἔχει, καλὸς δὲ * . Nam brevitæ fermonis, & terminatione in partem minimam, exiguum esse fluviū, demonstrat. Itaque præclare Demetrius: τὸ δὲ σφέτερον ἐν ταύτῃ σέγγματι φυλακτικόν. γὰρ ὅτι, σεσοφώτατος ἐπιμυθεύει: τὰ μὲν μικρὰ μικρῶς, τὰ μεγάλα δὲ μεγάλως †. Certè & Polycratem (qui sæpe in humili verfatus materia, ut cūm laudavit mures; aut turpi sive admirabili, velut cūm laudibus extulit Bufridem) Dionysius Halicarnassensis, in vitā Hæci, paucis indicat fuisse frigidum ineptumque. Demetrius tamen veni- nam ei dandam iudicat, quia ist hæc haut serid descripsit, at ludens: quod cūm fit, concessum arbitratur, τὰ μικρὰ μεγάλως λέγειν †. Quin & nonnunquam usu venit, ut res minuta serid extolli debeat: id verd cūm necessitas exigit, ne incidamus in frigidum orationis genus, rem exiguam amplificabimus vel à simili, vel à consequentibus, vel alijs ex locis. E. G. Lacon ille, qui verberaverat civem, exquisitè, at contra patrios mores, ludentem pilā, ut rem pusillam amplificet, dicit; qui pravos mores in minoribus perpetiuntur, hos fenestram aperire majoribus flagitijs: principium esse midium totius: rulum item malum parvum esse. Idem, qui parvi momenti victoriam extollere velit, contendet, fuisse occasionem majorum, multa ex eā re commoda ad Remp. redundasse &c. Et hæc de rebus.

* 3. Rhet.
† eadem via-
miam habēs
faciem.
* tertia ma-
gnos susti-
nens verti-
ces sive col-
les.
* litum an-
gustā tran-
sumitibus
præbens
viam.

VERBA, juxta Aristotelem *, quadrifariam reddunt frigidam orationem. Ac *primū* quidem, si fuerint tumidè juncta, aut ab usu longè remota: ut hæc, quæ è Lycophrone adducit: πολλὸν αἰετοῦσιν ἔ-
ρανος †, μεγαλοφρονῶν γῆ †, itemque ἀκτῶν σερῶ ποταμῶν *: cujusmodi vix poë-
tis concessa. Sanè non Aristoteles modò, sed & Lucianus, emun-
ctissimæ naris scriptor, ridet hujusmodi voces in Lycophrone. Nam
ejus in Lexiphane verba sunt: καδάπιν ὁ Δωζιάδα βομὸς, ἢ ἢ τῷ Λυκό-
φρονος Ἀλεξάνδρου, ἢ εἰ πῖ ἐν τῶν τῶ φωνῶ κακοδαιμονέστου. perinde ut
Dofada ara, & Lycophronis Alexandra, & siquid his infelicius, ac miserè
magis scripsum est.

Præterea

Præterea oratio fit frigida verbis externis, ac peregrinis. Ut Chm
Lycophron Xerxem dicit *αὐτῶν ἀνδρῶν* †.

Adhæc frigus orationi conciliant epitheta aut longa, aut intem-
peſtiva, aut crebra: quæ de re lib. iv. cap. xiii. abunde egimus.

Postremò idem provenit ab translationibus indecoris: ut quæ
nimis ſunt humiles, eoque moveant riſum: aut nimis grandes, quæ
propterea tragicis magis conveniant. Iraque Photius in myriobi-
blo † damnat in Philoſtorgij hiftoriâ, quòd tropis, qui alioqui ve-
nuſtatem adierant, utatur *ἄβελος* †, ἢ *αὐλοῦν ἀποτινυμένους*: atque † cod. 40.
addit, eum iccirco eis * *ἰερολογίαν ἢ ἀκυρολογίαν ἐπιτίθειν*. Cornificius † temere, as
huius rei tale ſuggerit exemplum: *Nam qui perduellibus vendit at pe-*
triam, non ſatis ſupplicij dederit, ſi præceptis in Neptunias depulſus erit lacu-
mas. Item hoc: *Pœnitet igitur iſtum, qui montes belli fabricatus eſt, cam-*
pos ſuſtulit pacis. Quæ duo loca perperam, ut opinor, apud Cornifi-
cium conneſtuntur.

COMPOSITIO autem frigida fuerit, quæ numero deſtituitur:
ut quæ ſolum longis conſtet ſyllabis. Item ſi continentur verſus.
Nam laudi quidem datur, ſi verſus raro ac modicè uſurpentur; ut
cùm Cicero ſcripſit oratione in L. Piſonem: *Nunquam iſtam immi-*
nnam curam inſiciando tibi: quod niſi Aſconius monuiſſet eſſe L. Ac-
cij, neſtquam eſſe verſum agnoviſſemus. Verùm ſi modum ex-
cedamus, ita ut facile verſus appareant; frigus, non granditatem
adferunt orationi.

CAP. V.

DE STYLO TENVI, ET
MEDIOCRIS.

TENVIS character parcius utitur tropis, ac ſchematicis: numero mi-
nus ſtudet: gaudet ſententiis acutis; & ſermone communi; qui pa-
rus, perſpicuus, evidens, & probabilis eſſe debet.
In ſtylo mediocri neque acumen eſt humilis generic, neque vis & copia gran-
dis: verborum omnia admittit lumina, multa etiam ſententiarum:
numeros adhibet, ſed crebrius, quàm humile; veretundius, quàm
grande.

I. VARIAE APPELLATIONES STYLꝰ

T E N V I S.

SEQUITVR character tenuis, siue *attenuatus*, ut dicitur Cornificio. Forraffe & rectè vocetur *deductus*: quomodo Maro in Eclogis dixit *deductum carmen*: quod Macrobius † ait poni pro *tenui*, ad imitationem veterum, qui *deducere* dicebant pro *demittere*, & *deductum* pro *tenui*. At probare non possum, quòd idem, non contentus dicere, poni pro *tenui*, addit, & *subtili*. Nam *tenuitas* est characteris, *subtilitas* sententiarum. Longeque minùs audiendus est Nonius, qui *deductum* interpretatur *molle*, & *suave*.

† lib. 6.
Saturn. c. 4.
* ἐπι τῷ
Δημοδ.
ἑπιότ.

Græcis stylus hic dicitur *λεπὴς*, Dionysio Halicarnassensi * ἡ λεπὴ λέξις vocatur, qui in eo Lyfiam excelluisse docet. Consistit autem in tribus. Nam ut de grandiloquo diximus, ita in hoc quoque consideranda sunt compositio, res, & verba.

II. CVIVSMOBI COMPOSITIO, RES, ET VERBA, SINT IN TENVI CHARACTERE.

COMPOSITIO requirit verecundio rem usum troporum, ac schematum. Apostrophen certè, profopopœiam, aliaque vehementiora schemata, relinquit stylo grandî. A numerorum quoque vinculis liberior est. Fugienda in eo *μάλα* magna, eo que nec

* ἰσοπονητὴ
μεμβροσίη.

μακροκόλιες * periodos amat.

Vitat & concursum vocalium longarum, ac diphthongorum. Nam hæc omnia magnificam reddunt orationem. Cicero tamen, & Hermogenes, negant, in puritate opus esse curiosâ diligentia, quâ evitemus vocalium concursum; ut in quâ hiulca etiam locum habeat oratio; quemadmodum adstruunt quoque exempla, quæ superiùs adferebamus, cùm de hiante magnifici characteris compositione ageremus.

Res in hoc caractere sunt humiles, ac tenues. Amat sententiarum acumen.

Oratio est tenuis, ac simplex. Imò figura attenuata hinc Cornificio definitur, *quæ demissa est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem*. E. G. In tenui stilo de plantis noxijs potiùs dixeris, eas *nasci*, quæ vox magis est exilis; quam *dominari*, quæ vox grandior est, & numerosior. Itaque primo quidem Georgicôn ait Maro:

Infelix

Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.

At in bucolicis maluit idem Ecl. v:

Infelix lolium, & steriles nascuntur avena.

Ita enim (ut Pierius monuit) in omnibus legitur MSSis : quam lectionem temere in varijs editt. videas immutatam.

III. DE VIRTUTIBVS STYLI TENVIS.

DEMETRIVS quatuor exigit virtutes tenuis dictionis. Prima est proprietates, quâ voces habent nativam significandi vim ex usu doctorum. Sed sanè proprietates in omni requiritur caractere. Itaque pro eâ rectiùs *puritatem* dixerimus; quæ nec ipsa licet in caractere tenui sit perpetua: (interdum enim & is elaboratus est) tamen ei frequens est. Est autem puritas non quidem nitor orationis, quomodo καθαρότης quidam à Cicerone putant vocari: sed potius nuditas, quâ nihil admiscetur ornatus. Vide Julium Scaligerum lib. iv. Poët. cap. xlii. Altera virtus est *αὐθιγία*, seu *perspicuitas*, ut vertit Fabius. Trapezuntius *claritatem* vocat. Ea est facilitas orationis ad rem intelligendam. Hinc Homerus †:

Πῆδισ τὴν ἔργον ἴππων, ἣν ἐπιεργασίῃς †.

quem etiam verbum eidem rei firmandæ adducit Theon in *progymnasimata* *. Sed *αὐθιγία* quoque est necessaria in omni oratione; non verò tenuis caracteris propria est. Vide eundem Scaligerum eopse libro cap. lxx. Quanti verò perspicuitatem fecerit Epicurus, docere poterit, quod libro de Oratoriâ scripsit, nulli esse alij rei studendum, quàm orationis perspicuitati: quemadmodum Laërtius in ejus vitâ testatur.

Perspicua autem redditur oratio, non tantum fugiendo voces homonymas, atque orationis amphiboliam; sed etiam usurpando verba propria, atque usitata. Translatis enim non utendum, nisi non minus clara notaque sint, quàm propria, ac nativa.

Deinde ea perspicua fit, si particulae præpositivæ, & postpositivæ, orationem rectè distinguant. Nam illarum ea natura est, ut unâ prolatâ alteram auditor expectet: eoquæ ita reddi debent, quomodo natura postulat: ut Aristoteles quoque præcipit lib. i. Rhet. cap. lxx. Illud etiam in ijs observandum, ut neque crebra nimis sint, neque longo nimis intervallo sibi respondeant. Plures modos, quibus oratio perspicua fiat, vide apud Demetrium, I. ermogenem, ac è junioribus, Trapezuntium.

† Odyss. A.
† facile dicitur
et verbum,
atque in
pectore suo
constituam.
* C. 2. sive
desi. t. sive
sive a joo-
yis. Sed
apud eum
in Homericis
versu pro
desi. est
sive.

Tertia dictionis in genere tenui virtus est *εὐφρασία*, seu *evidentia*, quæ res quasi ante oculos ponit: unde Aristoteles vocat, *ὡς ὁμιλήτω πρὸς ἄλλου*. Ea cum alijs modis fit, tum imprimis *ἀνεκλογία*, siue accuratâ rerum expositione, quâ nihil redundat, nihil deest.

Ultima virtus est probabilitas, cujus beneficio facillè creditur oratio. Ejus lex est, ut, quandoquidem, juxta Euripidem †, simplex est veritatis sermo, verba sunt in usu communi posita, non autem inflata, & sesquipedia. Neque singula referenda explanandaque, tanquam auditores nacti essemus bardos bliteosque; sed quædam eorum sunt relinquenda acumini; ut cognoscentes, quantum ipsorum ingenio ac judicio tribuamus, magis concilientur nobis.

IV. DE STYLO EPISTOLICO.

PORRÒ ex eo, quod superiùs dicebamus, tenuem stylum conuenire rebus tenuibus atque exilibus; consequitur, eo imprimis conscribi epistolas oportere: ut quæ maximè inter familiares obtineant, ac propterea familiari content sermone. Quam rem, Demetrii vestigijs insistens, paulò pluribus exponam. Ac primò aëtur sum de rebus & sententijs; deinde de verbis; postremò de compositione.

Quod ad sententiam, ac universè ad materiam epistolarem attinet, eæ tantùm nomen epistolæ merentur, quæ tractant de rebus privatis, aut publicis; non item, quæ de naturæ agunt mysterijs, aut quibusvis disputationibus acutis: quales epistolæ nomen amittunt: quemadmodum Demetrius illo Aristotelis probat: *Ἦτα * εἰ γὰρ οὐ*

* Hoc autem non scribitur tibi: neque enim est epistola ac commodatior.

οὐ. εἰ δὲ τὸ ἐπιστολικόν.
Imò, non argumentum modò facit, ut aliquid epistola haberi non possit: sed etiam, quod epistola esset, si tempori desineres, id epistola esse deñit, si nimis producas. Vnde Demetrius multas Platonis, & unam Thucydidis, veram esse epistolam negat. Pertinet huc quoque illud Senecæ epist. XLV: *Sed ne epistole modum excedam, qua non debet sinistram manum legis implere, in alium diem hanc litteram cum Dialecticis differam.*

† lib. 9. epist. 21.

Quod ad voces, conueniunt ei verba quotidiana. Vnde Tullius † ad Papirium Pætum: *Quid ego tibi videor in epistolis? non plebeio sermone agere tecum? Nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola, aut iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare eodem modo. Privatas causas, & eas tenues, agimus subtilius: capitis,*

aut f. me, scilicet ornatius. epistolas vero quotidianis verbis texere solemus. Quem autem ea in re potius, quam Tullium, audiamus? qui non modo in orationibus, sed in epistolis etiam dominatur. Itaque Sidonius: † cum temerarij esse hominis putaret, adspicere ad gloriam Ciceronis, de eo silendum esse ait in stylo epistolari. In quo imitatus illud Sallustij †: De Carthagine filere melius puto, quam pauca dicere. Quod verò Petrarcha *, Politianus †, atque alij, illud Sidonij ad Ciceronis dedecus retulere, id probare neutiquam possum: sed potius assentio doctissimo viro, Savaroni, qui eos hoc nomine reprehendit. Ciceronis iudicium etiam Seneca † confirmat: Qualis, inquit, † sermo meus esset, si una sederemus, aut ambularemus, illaboratus, & facilis: tales esse epistolas meas volo. Plinius † eandem ob causam, matronæ cuiusdam epistolam dilaudans, comparat illam Plauto, ac Terentio, sed metro solutis. Artemo quoque, is qui Aristotelis epistolas collegit, & divulgavit, in eadem planè sententiâ fuit. Quippe autor est Demetrius, eum scripsisse, ἔτι δ' ἐν τῷ αὐτῷ ᾠδῶν διότι οὐκ ἔστι γράφειν ἢ διασκεῖν. Ἐν δ' τῷ ἐπιστολῶν οἶον τὸ ἔπιτρον μὲν ὅτι τὰ διαλέγει †. Paullum tamen ab hac sententiâ abit Demetrius. Cujus iudicio dialogus eum imitatur, qui ex tempore dicat: epistola autem aliquid cûræ exigit, quia quasi dono mittitur.

Superest compositio, quæ ut alias in charactere exili, ita in epistolis quoque numerum verborumque ambitum aspernatur. Quippe, ut idem Demetrius ait, χαλοῖον πειλοδείν, ὡς περ ἐν ἐπιστολῶν, ἀλλ' ὁ δὲ κέν γράφεται ἢ ἐν δὲ χαλοῖον μέτρον, ἀλλ' ἔδ' ἐν φιλικόν *. Illæ tamen epistolæ, aliquantum assurgunt, quæ aut regibus mittuntur, aut civitatibus. † το χασιόν † ἢ ἐν τῷ περσῶν, ἢ γράφειν †, ut idem ait. Quare non usquequaque vera est eorum sententiâ, qui ἀπλῶς negant, epistolam alium, quàm tenuem admittere characterem. Vide, quæ contra hanc opinionem differit M. Antonius Majoragius in epistolicis lib. II. cap. XI.

V. DE DIALOGO.

NEc epistolæ solùm, sed etiam dialogi qui scribuntur, sermonis familiaris similitudinem habent. Itaque & his maximè convenit character tenuis. Cicero tamen quandoque utitur mediocri. Plato verò ad sublimem ipsum assurgit. De quo pluribus mox dicam.

Res, quæ dialogis tractentur, tam latè patent, quàm philosophia. Nam & de differendi arte agunt, & de rerum naturâ, & de actionibus.

lib. 3. ep. 1.
in Lu-
gurt.
† prafat.
epit.
lib. 1. ep. 1.
† lib. 75.
† lib. 1.
epist. 16.
† eodè modo debere dialogum conscribi. Epistolam nam epistolâ esse, quasi alterâ dialogi partem. † ridiculum enim est, verborumque ambitu
ui, tanquàm non epistolâ scriberes, sed causam judiciale: ac non ridiculum modo, sed nec amicum.
† attendere oportet et personam, cui scribitur.

nibus hominum, siue singulos spectent, siue familiam, siue urbes ac imperia. Duplex enim ratio est, quã philosophi veteres in scribendo uti solent. Vna est *ἀντιθέσις* &, altera *διαλογική*. In priori ex suã quis loquitur persona. In alterã plures inducit loquentes. Prius illud ubique usurpat Aristoteles: de ijs loquor, quæ hodie habemus. Nam altero etiam genere usum esse, indicio fuit dialogus Eudemus; qui de animo erat, ut constat ex Philopono. Plato gaudebat posteriori genere. Et sanè habet ille scribendi modus sua comoda. Magis enim delectat, & multa sunt, quæ duorum disquisitione meliùs, quàm unius expositione, tractentur.

Duæ autem sunt dialogi partes: una est *ἑτοιμασία*, siue præparatio sermonis, atque aditus ad præcipuum argumentum. Altera est *ἀγών*, siue contentio. Prior respondet ædium vestibulis, vel poetarum prologis. Atque hîc exponitur, quando, ubi, à quibus, quã occasione sermo habitus sit. Eoque ut in toto dialogo, ita hîc videndum, quid verisimile sit, & decorum. Nunquam igitur inducendæ sunt personæ aliæ, quàm gnaræ eorum, de quibus differitur. Ideo Cicero in Academicis quæstionibus, cum priùs loquentes fecisset Lucullum, & Catulum; postquam, Attico monente, vidit non cadere tam subriles dissertationes in istos viros, Varronem deinceps disputantem de ijs induxit. Debent & personæ esse eorundem temporum. In quo Plato aberravit non semel. Et vide, quid tantî viri auctoritas potuerit. Quia ille hoc neglexit, putarunt posteriorum aliqui, minimè requiri, ut, qui colloquuntur, eodem tempore vixerint. Fuit in isto errore Macrobius, cujus hæc verba sunt Saturnalium lib. I. cap. I. *Nec mihi frandi sit, si mi, aut alteri ex his, quos cærus coëgit, maturæ atas posterior sæculo Prætextati sit. quod licitò fieri, Platonis dialogi testimonia sunt. quippe Socrate ita Parmenides antiquior, ut hujus pueritia vix illius apprehenderit senectutem: & tamen inter illos de rebus arduis disputatur. inclutum dialogum Socrates habitã cum Timæo disputatione consumit; quos constat eodem sæculo non fuisse. Paralus verò, & Xantippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora apud Platonem differunt secundo adventu Athenis morante; quos multò antè infamis illa pestilentia Athenis absumferit. Annos ergo coëuntium mitti in digitos, exemplo Platonis nobis suffragante, non convenit. Hæc Macrobius, alieno, ut retuli, errore deceptus.*

Etiam, ut dicebamus, locus, & tempus in considerationem veniunt. Nam magis verisimilis fit sermo, si & annus, & dies addatur, & locus ipse. Ita verisimilia dicit, qui senatorem ait in prædio de artibus

de artibus, & doctrinis differuisse tempore festi ac ludorum. Aliena à vero dicat, qui sermonem otiosè ab eo habitum fingat difficillimis Reip. temporibus, cum ejus opera maximè in curià requireretur.

Porrò interdum à re ipsà ordimur; interdum à simili, unde facilis transitus; interdum verò ab re alienà. Ac tum videndum, ut commodè ab uno ad alterum deveniatur. Vt apud Platonem fit in libris *πρωτῶν* †. Dicturus enim de usu divitiarum, incipit à senectutis toleratione. Sed ad alterum commodè eo accedit, quòd divites faciliùs tolerent senectutem. † lib. 5.

Præterea considerandum, cui principalis tribui debeat sermo. Nec enim is esse penes imperitiorem aliquem debet. Qualis audiendi potiùs habeat partes. Ergo personæ spectanda ætas, doctrina, prudentia, dignitas; quæ omnia auctoritatem conciliant: unde est, quòd apud Platonem Socrates docendi habet partes. Nequis etiam se ipsum faciat *καθ' ἑσῆς* * : neque in differendo aliquem si- * *μὴν ἄνθρωπον* bi adversantem inducat temere, aut levi sanè argumento. Non enim sic honori consuleret alterius; sed de eo triumphare voluisse videretur. *personarum*

Adhæc priusquam ad *ἀγῶνα*, sive contentionem, & causam ipsam acceditur; ille, qui præcipuas sustinet partes, modestè est rogandus, ut de re proposità differendi suscipere velit provinciam; ne non tam persuasus ab alijs, quàm sponte suscepisse eam videatur.

In contentione cuique materiæ accommodanda sunt argumenta: quia non ubique eadem requiritur subtilitas; sed quandoque sufficit, ut probabilia dicantur. Reasonibus misceri debent varia orationis moratæ semina: item affectus hinc ciendi, aut sedandi: amplificandum quoque, aut minuendum. Imò & salibus ac facetijs suis est locus. Hisce omnibus si oratio temperetur, futurum est, ut animus altercatione lassus in oratione illà moratà, ac festivà, velut apud hospitem bonum, quietem suam capiat: tantoque mox alacriùs redeat ad pugnam.

De dictione satis liquet ex ijs, quæ de epistolis diximus. Plato quidem *σοφιστικῆ* illa, & nova ac poetica frequentat: sed minori id cum glorià facit: imò dithyrambicis istis, ac poeticis, multum obscurat orationem. Nempe traxit hoc à sophistis: à quibus cum virtutibus vitia quædam hausit. Quod indicium de eo, ut dixi, Aristotelis quoque, ac Dionysij fuit, uti & Olympiodori. Còtrà nihil eo est elegantius, quando Socraticà simplicitate contentus, haut altiùs se attollit, quàm dialogi natura permittit. Sed de dialogo plura qui-
volet.

*libro de
dialogo.

volet, Carolum Sigonium *adeat, viram & eruditione, & iudicio
longè præstantissimum.

VI. DE STYLO SICCO SIVE ARIDO.

OPPOSITVR tenui characteri dictio jejuna, sive arida, ac sicca. Quæ similiter nascitur è tribus, sententiâ, verbo, & compositione. Sicca est sententia, quæ imminuit rem. Vt si olim Romanus quis appellâset Latij, vel etiam Italiæ caput, quæ rectius *caput orbis* dicebatur.

Verbum est siccum, quod non satis exprimit mentem dicentis. Vt in hoc: *Si Phalaris molestus fuit Agrigentinis.* Nec enim *molestia* vox satis est efficax ad significandam sævitiam. Ei tamen, qui Phalaridem defendere velit, uti liceat hujusmodi *Ἐπινοεῖσµός* quemadmodum liquet ex Aristotele lib. I I I. Rhetor. item ijs, quæ de *πικρῶς* superiori libro dicebamus.

Compositio sicca est, si commata sint frequentia: ut sæpe fit apud Hippocratem: vel si periodi posterius membrum importunè & intempestivè abscindatur: ut apud Demetrium ex accusatione Aristidis, quod non venisset ad pugnam navalem prope Salamina: *Ἄλλὰ τὸ ἀντοβόλην ἔν μὲν Δημήτριος ἦλθε, καὶ σπυριανμάχης· Ἀεσιδῆς δὲ ἔσ.* Quod mutilum dicendi genus nec Tacitus semper effugit, ut monet Cæsar Scaliger in IV. de re poët. cap. XXIV.

Atqui Ceres sua spē
se venit, &
nobiscum
pugnavit:
Aristides
amen non.

De sicco hoc & jejuno stylo ita scribit Cornificius: *Qui non possunt in illâ facetissimâ verborum attenuatione commodè versari, veniunt ad aridum, & ex sanguine genus orationis: quod non alienum est exile nominari. Cujusmodi est hoc: NAM istic ad balneas accessit: ad hunc postea dixit, Hic tuus servus me pulsavit. Postea dixit hic illi, Considerabo. Post ille huic convicium fecit, & magis magisque, presentibus multis, clamavit. FRIVOLVS hic quidem jam, & illiberatis est sermo. Non enim adeptus est id, quod habet attenuata figura, puris verbis, & cæcis compositionem orationem.*

VII. DE STYLO MEDIOCRI, ET VITIO EIVS.

AEQVABILIS seu mediocris dicendi character, ut ex Theophrasto scribit Dionysius Halicarnassensis, à Thrasymacho Chalcedonio primum est institutus inchoatusque, à Platone verò atque Isocrate expolitus, ac demum à Demosthene consummatum.

Hoc

Hoc dicendi genus, neque majestatem verborum habet, aut gravitatem illam sententiarum, quæ in grandi est; neque est subtili ac pressâ oratione limatum, aut facetum, florens, leviterque ornatum, cuiusmodi est genus humile: sed in confinio grandiloqui ac infimi constitutum, mediocres sententias lectiori sermone designat; nec aspernatur figuras, quibus genus tenue exsuperat; nec multum figuratum est, quo infra altiloquum subsidit. Rectè de eo stylo Tullius in Oratore: *Est interjectus, intermedius, & quasi temperatus, nec acumine posterioris, nec fulmine utens superioris; vicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque (si verum querimus) potius expertus.* Itaque cuiusmodi in eo compositio, res, ac verba locum habeant; non difficile est cognoscere ex ijs, quæ de grandi, ac tenui charactere diximus.

Mediocri generi opponitur fluctuans, & incertum; de quo sic Cornificus: *is: Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si pervenire eò non poterant, errantes perveniunt ad confine genus ejus generis, quod appellamus fluctuans & dissolutum: eò quòd sine nervis & articulis fluctuat huc, & illuc; nec potest confirmare, nec viriliter sese expedire. Id est hujusmodi: SOCII nostri, cum belligere nobiscum vellent, profectò ratiocinati essent etiam atque etiam, quid possent facere, si quidem suâ sponte facerent, & non haberent hinc adiutores multos, & malos homines, & audaces. Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere. Non potest hujusmodi sermo tenere attentum auditorem. disfluit enim totus, neque quicquam comprehendens perfectis verbis amplectitur.*

CAP. VI.

DE VSV TRIPLICIS CHARACTERIS:

ITEM DE DIVISIONE DITIONIS IN ATTICAM, ASIATICAM, RHODIAM.

ORATORIS est discipere, tum quod genus dicendi cuique causa conducat: tum etiam, quomodo in eadem oratione, atque opere, pro argumento variet character. Quocunque autem eorum uti visum erit, potius imitabimur Atticos, quam Rhodios; & hos, quam Asiaticos. Ex quibus Attici erant pressi, Asiatici redundantes; Rhodij pressi minus, quam Attici; minus redundantes, quam Asiatici.

I. DE DIVERSITATE CHARACTERIS PRO VARIETATE VEL CAUSSÆ IN ORATIONIBVS DIVERSIS, VEL ARGVMENTI IN CAVSSA EADEM.

CVM verba sint signa rerum, oratoris est rebus accommodare dictionem. Itaque causam tenuem potissimum decebit genus humile. In causâ gravi utemur genere grandi. Mediocri convenit genus temperatum. Ita Cicero tenui genere utitur pro Quintio, & Roscio Comædo. At stylum mediocre usurpat pro lege Maniliâ, pro Marcello, pro Cornelio Balbo, post reditum ad Quirites, & in Senatu. Sublimem adhibet pro Milone, imprimis in fine ejus, pro Rabirio, Catilinariâ II, Philipp. II. in Verrem, in Pisonem. Item Bucolicis magis conducit character tenuis; Georgicis medius; Æneïdi sublimis. Comædijs quoque tenuis character aptus; tragœdijs, sublimis; historijs, mediocris: quamquam Livius sublimior sit, humilior Cæsar.

Nec solum in diversis causis, diverso utimur character: sed, ut auctor est Fabius †, etiam in eadem oratione genera diversa locum habent. Siquidem orator ad conciliandum, mediocri; ad docendum, humili; ad concitandum, vehementi utitur character: ut superius quoque diximus.

† lib. 12.
cap. 10.

Idem fit in carmine: ut ex divino poëtâ ostendit Scaliger lib. IV. de re poëtica cap. I. Nam, inquit, *imum genus in illâ, Quæ te, Mævi, pedes? mediocre, in Gallo; summum, in Sileno. Par ratio in Georgicis: imum, aratio, & satio; summum, in pestilentia; mediocre, in fabulâ Aristæi. Simile judicium in Æneide: summum genus in secundo, in sexto; imum in ludis; medium in primo. Interim, quod idem optime observat, differunt Virgiliana humilitates in sublimi ab humilitatis in humili, specie. Sublimitas verò ab humilitate in Æneide non specie, sed modorantum, ac gradu distant.*

II. DE DISCRIMINE DITIONIS ATTICÆ, RHODIÆ, ET ASIATICÆ.

A Bhac verò divisione characteris in sublimem, tenuem, mediam, diversa est illa in dicendi genus Atticum, Asiaticum, & Rhodium. Quale unumquodque horum fuerit, malo veterum verbis

his explicare, quàm meis. Ac Tullius quidè de eo sic loquitur in Bruto, sive de claris oratoribus: *At verò extra Graciam magna dicendi studia fuerunt: maximique huic laudi habiti honores illustre oratorum nomen reddiderunt. nam ut semel è Piræo eloquentia evelta est, omnes peragravit insulas, atque ita peregrinata totâ Asiâ est, ut se externis obli-neret moribus, omnemq; illam salubritatem Attica dictionis quasi sanitate, perderet, ac loqui pene dedisceret. hinc Asiatici oratores, non contemnendi quidem nec celeritate, nec copiâ; sed parum pressi, & nimis redundantes. Rhodij saniores, & Atticorum similiores. Idem Cicero in Oratore ad Brutum: Semper oratorum eloquentia moderatrix fuit auditorum prudentia: omnes enim, qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque, & ad eorum arbitrium, & nutum, totos se fingunt, & accommodant. Itaque Caria, & Phrygia, & Mysia, quòd minime polite minimeque elegantes sunt, advicerunt aptum suis auribus opimum, quoddam & tanquam adipate dictionis genus, quod eorum vicini (non ita lato interjecto mari) Rhodij nunquam probaverunt; Graci autem multò minis; Athenienses verò funditus repudiaverunt: quorum semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire, & elegans. Quintilianus lib. xii. cap. x. Antiqua quidem illa divisio inter Asianos, atque Atticos fuit, cum hi pressi, & integri, contra inflati illi, & inanes haberentur: & in his nihil superflueret, illis iudicium maxime, ac modus deesse. Quod quidam, quorum & Sânta est, hoc putant accidisse, quòd paullatim sermone Greco in proximas Asia civitates influente, nondum satis periti loquendi, facundiam concupierint; ideoque ea, qua propriè signari poterant, circuitu cœperint enunciare, ac deinde in eo perseverarint. Mihi autem orationis differentiam fecisse & dicentium, & audientium natura videntur: quòd Attici limati quidem, & emancti, nihil inane, aut redundans ferebant. Asiana gens, tumidior alioquin & jaclantior, vaniore, etiam dicendi gloriâ inflata est. Tertium mox, qui hæc dividebant, adjecerunt genus Rhodium; quod velut medium esse, atque ex utroque mistum volunt. Neque enim Atticè pressi, neque Asianè sunt abundantes; ut aliquid habere videantur genis, aliquid autoris. Eschines enim, qui hunc exilio delegerat locum, intulit eò studia Athenarum; que velut sacra quedam celo terræque degenerant, saporem illum Atticum peregrino miscuerunt. Julius Severianus præfat. art. Rhet. Proximè quarendum est, quo genere orationis uti debeat orator; Atticorumne nobis sequenda sit actio †, qui breves † fort. leg. adstrictique, & acres sunt, purè inter res ipsas, acleosque versantes, quid dicit. que affectum ex occulto percunt. An imitanda nobis sit Asianorum licentia, qui vagi, ac fusi, r. f. e potius affectibus, quàm disputationibus persuadere,*

didicerunt. SIT TAMEN Romanus orator Asiatico pressior, Attico copiosior. B. Hieronymus ad Rusticum: Asiaticum tumorem Attico siccabant sale. Nec dubium, quin eodem spectet Petronij illud: Nuper ventosa isthac, & enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit, animosque iuuenum ad magni surgentes veluti pestilenti quodam sidere adflavit, simulque corrupta eloquentia regula stetit, & obmutuit. Quæ verba vir eruditus ed referebat, quod Alexander M. silentium imposuerit oratoribus Atticis. Vnde Seneca epist. xciv: Lacedæmona (Alexander) seruire iubet, Athenas tacere. Sed omnino Petronius queritur, jam Atticos etiam Asiaticum dicendi genus assumisse. Nec tamen nullum inter Asiaticos discrimen erat. Quam sententiam satis refellit Tullius ipse in Bruto; ubi sic scribit: Genera Asiatica dictionis duo sunt; unum sententiosum, & argutum, sententijs non tam gravibus & severis, quam concinnis & venustis: qualis in historiâ Timæus; in dicendo autem pueris nobis Hierocles Alabandens, magis etiam Meneceus frater ejus fuit; quorum utriusque orationes sunt in primis, ut Asiatico in genere, laudabiles. Aliud autem genus est, non tam sententijs frequentatum, quam verbis volucres, atque incitatum: quali est nunc Asia tota; nec flumine solum orationis, sed etiam exornato, & faceto genere verborum: in quo fuit Echylus Gnidius, & meus aequalis, Milesius Eschines. in his erat admirabilis orationis cursus, ornata sententiarum concinnitas non erat.

Etsi autem Attica dictione longè Asiaticæ præstet; non tamen hæc in adolescentiâ improbat. Cujus causa est, quod paulatim luxuries illa Asiatica, judicij vice refecetur. Sin etiam in adulto luxuries ea remaneat, sanè quæ venia adolefcenti dabatur, non item dabitur adulto. Scitè eâ de re Tullius ibidem: Si querimus, cur adolescens magis floruerit dicendo, quam senior Hortensius: causas reperiemus verissimas duas. primum, quod genus erat orationis Asiaticum adolescentie magis concessum, quam senectuti. Inde commemorat, quæ de duobus Asiaticæ dictionis generibus attuli. Iis continuo subiungit: Hæc, ut dixi, genera dicendi aptiora sunt adolescentibus, in senibus gravitatem non habent. Et mox: Erat excellens iudicio vulgi, & facile primas tenebat adolefcentis. etsi enim genus illud dicendi autoritatis habebat parvum, tamen aptum esse ætati videbatur. Et certè, quod & ingenij quadam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat, verborumque adstricti comprehensio summam hominum admirationem excitabat. Sed cum jam honores, & illa senior autoritas, gravius quiddam requireret, remanebat idem, nec decebat idem.

Cum autem Attici fuerint adstrikti, Asiatici redundantes: non immerito quaeritur, his, an illis, accenseri Tullius debeat. Sane a Bruto, atque alijs, ut Asiaticum, reprehensum esse constat. Sed parum credibile est, summum oratorem id dicendi genus secutum, quod ubique improbareret. At verius, eos, quibus Lyfias in delicijs erat, Asiaticos vocasse, qui ab hoc dictionis genere longius abessent. Quorum errorem abunde refellit Fabius lib. xxi. cap. x. Si quidem hoc pacto, non dico Isoerates; sed nec Aeschines, nec Demosthenes, Attici dicerentur. Sunt enim Lyfiae generum eorum, qui Attice dicerent; quare fatendum est, varia esse genera eorum, qui Attice dicerent; eoque omnes Attice uicere, qui aliquo eorum generum optime dixerint. Nec tamen diffitebor, Cicerone magis Atticum videri Sallustium: ut qui nobis expresserit Thucydidem; cujus aemulum fuisse, etiam apud Velleium t legere est. Nec Quintilianus t lib. 2. Thucydidi opponere Sallustium veretur. Imo, ut M. Seneca * ait, cum t lib. 1. 10. c. 1. sit praecipua in Thucydide virtus breuitas, hac eum Sallustius vicit, & in * lib. 9. suis eum castris cecidit. Atqui Thucydidis inter Atticos habetur primus. Vnde & eum potissimum sibi imitandum proposuit Demosthenes. Sane quam diligens fuerit Thucydidis imitator, cum tam multa indicant, quae Praenientis ille orator ex Thucydide defumfit; tum quod eum octies * (μνημονίαν ἀμαρτήματι Turnebus de * Lucianus c. 4. p. 7. 1. 10. c. 1. 1. septies ait) sua manu descripserit: ut necesse non habeamus in partes advocare Arsenium, Monembasiae episcopum, qui in apophthegmatis Graecis, ex auctore nescio quo, scribit, ὅτι πρὸς t lib. 22. Adv. cap. 22. κρίσις τῆ βιβλιοθήκης ἐν Αθῶναις, ἢ συγκροτῶν τῆς ἱστορίας Θουκυδίδου, ἀπὸ τοῦ μόνου ἐπιμνημονεύσαι πρὸς τὸν, ἢ ἑτα μετὰ γρηγοῦσαι πρὸς αὐτὸν Atheniensi bibliotheca incensâ, in qua Thucydide adseruabatur historia, unum Demosthenem, cum lib 4. assertionum eius memoria teneret, hanc describendam curasse. Parum fidei huic narrationi habendum, mihi quidem non arbitrarium, sed multo certissimum est. Interim hoc quoque indicio est, quam studiose Thucydidem à Demosthene lectitâ u fuisse, Graeci ipsi iudicant. At Demosthene nec Athenas magis fuisse Atticas, ipse agnoscit Tullius. Sed & Calvum magis Atticum, Demostheni fuisse similiorem, quam Ciceronem, Marci Senecæ, & junioris Plinij auctoritate, ostendit Adr. Turnebus lib. xxvii. 1. Advers. cap. xxxi. Verum non si Sallustius, aut Calvus, magis Attici fuerint Tullio: eò Tullius Asiaticis sit aggregandus. Nam inter Atticos, & Asiaticos, Rhodij fuerunt medij, ut antè vidimus. Etiam Iulij Severiani verba occurrant: Si Romano s orator Asiatico pressior, Attico copiosior.

C A P. VII.

DE SENTENTIA EORVM, QUI QVA-
TVOR STATVNT CHARACTERES. AC IM-
PRIMIS DE SEPTEM IDEIS, ET EA-
RVM PARTIBVS, IVXTA
HERMOGENEM.

VIDIMVS de tribus dicendi generibus, sublimi, tenui, medio: item Attico, Asiatico, Rhodio. At sunt, qui quatuor statuunt genera dicendi: copiosum, breve, siccum, & pingue. Sed longitudo, & breuitas, accidunt omni characteri: siccum, & pingue sunt excessus styli sublimis, & tenuis. Pingue enim est sublime, sed tumidum. Siccum est tenue, sed aridum.

Demetrius etiam quatuor characteres posuit; sublimem, tenuem, floridum, & gravem. Sed floridum affectio est cuiusvis characteris; uti gravitas, grandis.

Nec septem Hermogenis ideae sunt novi characteres, sed trium characterum affectiones.

Affectiones ista partim in omni sunt oratione necessaria, partim aliter se habent. Prioris generis sunt perspicuitas, & pulchritudo: posterioris; magnitudo, celeritas, & mores. At veritas sub morata oratione comprehenditur. Vis dicendi resultat ex recto aliarum affectionum usu.

In iis vero omnibus consideranda sunt haec septem: sententia, methodus, dictio, figura, cola, compositio, & clausula.

I. DE EORVM OPINIONE, QUIBUS GENERA DIC-
CENDI SVNT, COPIOSVM, BREVE, SIC-
CVM, ET PINGVE.

NVNc eorum etiam sententias expendamus, qui plures tribus characteres statuerunt. Vti Macrobius fecit lib. v. Saturn. cap. 1: Quatuor sunt genera dicendi; copiosum, in quo Cicero dominatur: breve, in quo Sallustius regnat: siccum, quod Frontoni adscribitur: pingue, & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc, nullo veterum minor, noster Symmachus luxuriatur. Pingue & floridum genus postea secutus est Sidonius Apollinaris: uti siccum, quod Frontoni placuerat,

placuerat, Iulius Titianus. Hoc cognoscimus ex verbis ipsius Sidor-
nij lib. i. epist. i. Eorum mentem non satis intellexit Barthius Ad-
versar. lib. XLVII. cap. IX. Quid verò mihi potius de ijs videatur,
exposui lib. II. de Historicis Latinis cap. I. Quæ nunc non repe-
tam.

Quod autem ad *πυρεχτομίας* illam attinet, eam esse vitiosam, ar-
guit, quòd membra illius concurrant. Nam cùm priora duo respi-
ciant quantitatem, breve nimirum, & longum, sive copiosum: duo
posteriora spectent qualitatem, puta siccum, & pingue: nihil impe-
dit, quo minus, & siccum, & pingue genus nunc breve sit, nunc
copiosum; & utrumque horum nunc siccum veri, nunc pingue. Adde
quòd genus siccum, & pingue, non sint veri characteres, sed vitia
eorum. Nam tenuis styli vitium est siccum & aridum; grandis au-
tem, tumidum ac pingue; ut superius vidimus.

II. AN RECTE DEMETRIUS STATVAT CHA-
RACTEREM FLORIDVM, ET
GRAVEM.

ETIAM Demetrius quatuor facit characteres: nimirum, *μεγαλο-
σχηπή* †, *ἰσχνόν*, *πλαφυρόν*, & *ἀνθόν*. Sed si hanc quoque divisionem † *magnifi-*
curatiùs expendamus, cognoscemus, eam peccare trifariam. Primò *σχηπή*, *ἰσχνόν*,
enim omittit characterem medioerem sive temperatum. Deinde *ἰσχνόν*, ac
πλαφυρόν * characterem facit, cùm sit affectio tribus characteribus *ἰσχνόν*,
communis. Denique *τὸ ἀνθόν* † frustra addit, cùm sit grandis cha- *ἰσχνόν*,
racteris pars sive affectus. De *ἀνθόν* *, sive *πλαφυρόν*, idem ac De- *ἰσχνόν*,
metrius sensisse videtur Fabius lib. XII, ubi hoc genus putat esse *ἰσχνόν*,
interjectum inter *ἰσχνόν*, sive tenue, & *ἀνθόν*, sive grande. Quan-
quam is non tam in re, quàm in voce peccat; cùm haut aliud signet
genus, quàm æquabile. Propriè verò si sumas, affectio fuerit, quæ
characteribus misceatur. Audiamus Proclum in chrestomathiâ pœ-
tica: *Ἀνθόν ἢ κατ' ἰδίαν ἢ ἐν ὁλόσωματι· ἀλλὰ συνεκρίσει, καὶ πομιμίκτης
τοῖς εἰρημένους*. Floridum per se non est dicendi genus; sed ijs, qua diximus,
somnistrum simul effertur.

Ac quidem, quod de caractere ornato, ac gravi diximus, vel ex
ipso Demetrio adstrui potest. Nam ornatam ideam cum magnificâ
ac tenui misceri ait: itidemque conjungi fatetur gravem, tum cum
magnificâ, tum cum tenui: solum verò magnificum ac tenuem cha-
racterem negat permisceri, sed alterum alteri vult esse coartarium.

* oppositai. At si veræ sint omnes unius generis species, eas ἀντιδιηρημέναι * esse necesse est, ne, quod dicitur, adpositam sit in opposito. Verùm Demetrius hanc rationem ridiculam appellat; ridiculè sanè; quemadmodum & aded frigidè ad eam respondet, ut Neronianas quoque thermas refrigerare ejus possit oratio. Neque enim ostendit, species, quæ commiscuntur, posse diversos constituere characteres, ὅμοιοι δὲ αἰσθηταί τ: verùm docet, eas conjungi ac commisceri posse; quod ἰδίαν ἑκάστην ἔχει τ, atque aded à nobis potius, quàm Demetrio, facit.

† quod demonstratū oportuit.
‡ nihil ad rem.

III. DE SEPTEM IDEIS HERMOGENIS
GENERATIM.

AT videamus quoque, rectiùsne super characterum numero senserit scripseritque is, qui, si nomen spectes, patrem merito vocet ipsum eloquentiæ præfidem Mercurium. Hermogenes dico, qui idearum doctrinam duobus complexus est libris, doctis profectò, & tanto Rhetore dignis; ut ut eos videatur exiguo temporis spatio conscripsisse: quippe qui lib. secundo *, postquam dixerat, τὰς εἰρηνοίας interdum reddere orationem modestam, neget, se potuisse ἐκ τῶ ἀδελφικοῦ λαβῆν τι ἄλλο τὸ ῥήτορ ἢ ἄλλο τὸ τοιαύτης μὲτέδου ἡρασιδουμα †. Verùm hoc quidem in medio relinquamus, ac illud dicamus, quod hujus proprium est instituti: quot puta, & quas dicendi ideas faciat Hermogenes. Numerat autem septem: σαφήνειαν, μέγεθος, καλλιότητα, ἡσυχία, ἀλγηδονία, ἰσχυρότητα, ἡδονία. h. e. perspicuitatem, magnitudinem, venustatem, celeritatem, mores, veritatem, ac dicendi vim.

* cap. 62.
ὁμοειδίας.
† hujusce methodi exemplum subito sumere è Demosthene, aut alio quopiam ὁμοειδίας.

At si omnia ad vivum refecemus, & acutissimus hic Rhetor censoriâ virgulâ reducendus erit ab erroris diverticulo: in quod eum haut aliud abduxit, quàm quod inter ipsos characteres, eorumque affectiones, nullum posuerit discrimen. Sanè tres tantùm sunt characteres: at Hermogenicæ formæ nihil aliud sunt, quàm trium dicendi generum affectiones; quarum aliæ sint pluribus generibus communes, aliæ alicujus generis propriæ, sive id perpetuò, sive non: ut pluribus ostendit Iul. Scaliger lib. iv. cap. i. de re Poët.

Quamquam verd hæc ita esse negaturus sit nemo, qui rationibus magis, quàm autoritate aliorū, pugnare didicerit: nò tamen in spissis aded tenebris cespitavit Hermogenes, ut nullum sit invenire mantelum, quo obnupta velataque ejus placere possit sententia. Nam quid si dicamus, hæc ideas non adferri ab eo, ut specie distinctas;

sed

sed ut diversas; ac proinde nihil prohibere, quò minus forma formæ superinducatur, ut indusio tunica, tunicæ toga? Equidem, si ea mens Hermogenis fuit: (quod ipsum & de Demetrio dictum velim; quamquam is quidem pessimè causam suam agit, ut antè vidimus) vix invenio, quod in eâ magnopere reprehendam.

Sed sive id quidem, sive aliud, tum Hermogenes, tum Demetrius volvere: neutiquam damnamus horum operam; quia in Rhetore haut usquequaque requiritur illa anxia philosophorum diligentia: imò sine cognitione multorum, quæ Rhetores illi monuerunt, putamus, neque oratorem quemquam, aut poetam fieri; neque de oratorum, ac poetarum virtutibus, ac vitijs, ferre iudicium posse.

Quamobrem, etsi neutiquam plures tribus characteres sive ideas agnoscam: haut leve tamen operæ me pretium facturum puto, si hoc loco gustum quendam doctrinæ dederò Hermogenicæ; quò promulsi de hac alliciam lectorem ad dapilem ejusce Rhetoris cœnam. Ac primò quidem, quia, quæ communiora sunt, naturâ præcedunt; paucis aperire visum, cur Hermogenes nec plures, nec pauciores, quam septè, faciat dicendi formas. Duplicem sanè rei hujusce rationè apud alios invenio. Vna est, quòd Plato in Convivio septem (sic scribunt) introducat personas, quæ amorem laudent, ac singulæ proprium habeant dicendi genus. Siquidè Pausaniæ tribuitur amplitudo, Eryximacho gravitas, Agathon splendore, Apollodoro (nam hunc quoque annumerant) asperitas, Aristophani perspicuitas, Phædro pulchritudo, & Socrati veritas. Altera ratio petitur ab idearum, quas attuli, amicâ conspiratione. Nam, quò intelligatur, perspicua esse debet oratio. At perspicuitas humilitatem adferet, nisi oratio justam consequatur magnitudinem. Magnitudo autem sæpe & deformitatem adfert, & rem facit immobilem: itaque, ut ea laudabilis sit, venusta esse debet, nec velocitatis experts. Cumque sermone utatur Orator, non modò ad conceptus animi exponendos; sed etiam ad movendum, ac persuadendum: illud quoque consequitur, orationem tum moratam esse debere; tum, ne & mores, & cætera ficta simulataque credantur, verisimilem. Denique, cum inter dum usu veniat, ut magnitudine, aut celeritate, aut oratione moratâ, opus non sit: exigitur quoque in oratore rectus ac conveniens superiorum formarum usus; quem Græci *δευόμενα*, Latini *vim dicendi* appellant. Quamquã nonnulli quoque ex ipsius Hermogenis sectatoribus lubentes agnoscant, cum hæc ex cõmissione aliarum virtutum cõfiat; minùs rectè eam statui distinctâ à cæteris dicendi formâ.

transfor-
mari.

Et si autem nullam sit invenire orationem, quæ sit *μεγαλὴ*; et iusmodi non possit non esse ingrata: tamen id neutiquam impedit, quò minus oratio ab unâ aliquâ formâ nomen accipiat, ac vel perspicua dicatur, vel ampla, vel pulchra; non quia non commisceantur formæ cæteræ; verùm quia una quæpiam forma prædominetur; quomodo hoc Demostheni, illud Isocrati, aliud alij tribuitur. Unde B. Chrysofostomus lib. iv. de sacerdotio: *Ἐγὼ δὲ εἰ μὴ τῶν λοιπῶν Ἰσocratῆος ἀπὸ τῶν Διμοδιῶν ὄγκον, καὶ τῶν Θεουδίδεω σιμωνῶν, καὶ τῶν Πλάτωνος ἰδέει φέρειν εἰς μέσον ταύτης τῶ Παύλου τῶ μαρτυρεῖται.* Ego verò si exigerem Isocratis nitorem, & Demosthenis amplitudinem, & Thucydidis gravitatem, & Platonis sublimitatem, adducere oporteat hoc Pauli testimonium. Ac par ratio in Latinis. Quod ostendit Fabius lib. x. cap. 12. *Quid tamen nocet vim Cæsaris, asperitatem Cælij, diligentiam Pollionis, iudicium Calvi, quibusdam in locis assumere?* Item scriptor dialogi de causis corruptæ eloquentiæ: *Strictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Cæsar, amarior Cælius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero: omnes tamen eandem sanitatem eloquentia servant.* Appuleius in Apolog. *Neque Cato gravitatem requirat, neque Lælius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Cæsar calorem, nec Hortensius distributionem: nec Calvus argutias, nec parsimoniam Sallustius, nec opulentiam Cicero.* Sollius Sidonius in panegyri Anthemij Augusti:

Quâ Crispus brevitate plasset, quo pondere Varro,

Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus,

Quâ pompa Tacitus nunquam sine laude loquendus.

IV. DE OCTO ILLIS, QUÆ IN SINGVLIS IDEIS
AB HERMOGENE SPECTANTVR.

PORRò in singulis affectionibus octo hæc considerat Hermogenes: *ἔννοιαν, μέτρον, λέξιν, χῆμα, κῶλα, συνθήκην, ἀνάπυον, ῥυθμόν*: h. e. *sententiam, modum tractandi, dictionem, figuram, membra, compositionem, clausulam, & numerum.* Verùm nos de numero nihil seorsim dicemus, quia, cum ex compositione & clausulâ resultet, meritò sub utroque comprehenditur.

Horum autem omnium definitiones Trapezuntianas recenset, ac simul cenfer acutissimus Scaliger. De methodo quoque scrupulum injicit. Verba præstantissimi viri adponam è capite primo Parasceues: *Illud verò vehementer agitare queat acutiorum iudicium. Quippe μέτρον, cum à sententiâ, figurâ, dictione, membris, numeris, compositione separavit.*

facit; non satis mihi facit. Quid enim μέθοδος est? Nonne via ratio, quam insisteris ad componendam orationem? Quamobrem ea compositio cum eget verbis, verborum ordine & sono: erit profecto methodus ratio eligendi, atque disponendi verba, quibus sententia exprimitur. Non autem sententia explicande modus, quemadmodum putavit ille. Non est igitur μέθοδος pars ab alijs separata, sed omnium quasi forma quadam, qua fuit fortasse ratio, propter quam à Trapezuntio artificium diceretur. Verum cum ille in definitione sententia soli attribuit, hoc falsus fuit. Atqui his Scaligeri verbis non tam res, quam vox methodi, impugnatur. Nam, quod & doctissimus Petrus Nunnescius scripsit, & cuius manifestum esse, ipse agnoscit Scaliger; Hermogenes hoc loco per μέθοδος intelligit ἀπλάτα διατάξις, quæ iccirco ipsis subjungit sententijs: at per ea, quæ ἀπλῶς ῥήματα appellantur, illa duntaxat signat, quæ ἀξίως dicuntur. Sanè Trapezuntiana quoque ῥήματα definitio solis convenit figuris dictionis: ut cui ea sint verborum expolitiones & modi, quibus tanquam colorato amictu rem & vestimus, & decoramus.

V. DE PRIMA HERMOGENIS IDEA, SIVE
DE PERSPICUITATE.

NONNE eorum, quæ ab Hermogene de singulis dicuntur affectionibus summa capita, vel paulò amplius, delibemus: sed ita, ut ipsi aliqua etiam adspergamus, unde lucis non parum doctrinæ Hermogenis accedat.

Prima orationis idea Hermogeni est ΣΑΦΗΝΕΙΑ, sive perspicuitas: quæ præstat, ut res intelligatur non quomodocunque, sed bene; ita ut perspicere sit qualis, & quanta res sit, & quod ea spectet. Hæc comprehendit καθαρότητα, & ἐνκλίσην, hoc est, puritatem, & orationem distinctam.

Καθαρός * λέγεται vocatur, qui est simplex ac inartificiofus, ut idem sit ac ἀκατάσκητος, cui opponitur ἐκείσκητος. Priori resnude exponitur: in altero extrinsecus assumitur ornatus. Simplex est puritas in illis pro Cluentio: Larinas quadam fuit Dinea, socrus Oppianici, qua filios habuit, M. & Numerium Aurios, & Cn. Magium, & filiam Magiam, nuptam Oppianico. M. Aurius adolescentulus bello Italico captus apud Asculum, in Q. Sergij Senatoris ejus, qui inter scarios damnatus est, manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo. Numerius autem Aurius frater mortuus est, heredemque Cn. Magium, fratrem suum, reliquit. Postea Magia, uxor Oppianici, mortua est. Postremo unus, qui reliquus erat,

Dinea filius, Cn. Magius est mortuus. is fecit heredem illum adolescentem Oppianicum, sororis sua filium; eumque partiri cum Dinea matre iussit.
 Hic, & in ijs, quæ subjicit, nihil aflumitur, quod ambitum faciat; sed nudè omnia exponuntur.

Porro puritas est simplicis quidem characteris affectio: non tamen perpetua, quia & is interdum esse accuratus; ut suprà diximus.

Puritatis sententia istiusmodi esse debent, ut ab omnibus facillè intelligantur, ac credantur: quales sunt, quæ ex communi vitâ sumuntur, nec quicquam sublime, aut subtile continent; eoque nec probationibus indigent: unde Hermogeni dicuntur *ἁπλῶς ἀφηγήσεις ἀπὸ ἀελλήσεων.*

Methodus sive *ἐργασία*, hoc est, tractatio, simplex ac nuda esse debet; ita ut necessaria solum commemoret, nec forinsecus quicquam arcessat: contra quam fit in oratione *περιεβλημένη*, h. e. exaggeratâ ac circumducente.

Diêsis constat vocibus communibus, ac vulgatis; cujusmodi sunt propriæ, aut metaphoræ ita vulgares, ut voces propriæ videri queât. At antiquatæ, & melioribus commutatæ temporibus, item poeti- cæ, aut à consuetudine remotæ, in eo locum non habent.

Σχῆμα, seu *confirmatio* recta esse debet, ita ut oratio incipiat à nominativo, aut verbo indicativi modi. Vocatur *ὀρθότης* *, cui opponitur *παραστρόφς* †. Quamquam, si *ἀικελευσίως* ‡ loquamur, nec hic, nec illa, rectè ab Hermogene inter schemata reponatur; cum nulla ijs insit laudabilis orationis immutatio à communi consuetudine recedens. Verùm latius videtur Hermogenes usurpasse schematis nomen, ut quamlibet signet *ἁλξίως* qualitatem, ac modum.

Membra ea optima sunt, quæ sententiam explent. Sed commendantur maximè, quæ ob breviter magis *μέρη* † sunt, quàm *μέλη* ‡. *Μέρη* cum Julio Scaligero voco, quæ vulgo *κόμματα*; *μέλη* nomino cum Aristotele, quæ alijs *κῶλα*. Verùm, quod Hermogenes scribit de membris perspicuæ dictionis, id non rarè ab Oratoribus negli- gitur: ut è Demosthene, Thucydide, ac Marone, ostendit Scaliger †; cujus scrinia non compilabo.

Compositionis nomine comprehendo *συνῆκτω*, ἢ *συνῆκσις*: quamquam illa propriè respiciat elementorum, ac vocum collocationem extra numerum; hæc verò consideret dispositionem numerosam.

Porro *ἐυκλεία* † nec juncturæ, nec numeri magnopere rationem habet. Neque enim in hæc necesse habemus vitare vocalium concursum, aut orationis hiatus; cujus rei exempla superius ex Cicerone, ac

Virgilio

* *religiosio.*
 † *obliquatio.*
 ‡ *accusatio.*

† *partes.*
 ‡ *membra.*

† *lib. 4. de re poet. cap. 3.*

† *distinctio.*

Virgilio etiam, adduximus, cum de magnifici characteris compositione ageremus. Nec numeri majorem habet curam: veram tota oratio est *λογωδιδυγία*. h. e. sermoni quotidiano similis: eoque non jambica quidem, aut trochaica, (nam hoc pacto versus foret) verumtamen jambicæ, aut trochaicæ compositioni similis esse debet. Id futurum est, si in totâ periochâ, ac imprimis in initio ejus, & sine, magis jambos, ac trochæos etiam frequentemus, quam pedes alios, & maximè oppositos; velut dactylos, anapæstos, spondeos.

Quemadmodum autem in reliquâ compositione, ita & in ἀραιότησι, sive clausulâ, facilitate ac lenitate opus est. Quin magis quoque in hæc vitandi pedes heroici; curandumque, ut in jambos, aut trochæos, terminetur oratio; ita tamen, ut ne affectationem res isthæc redoleat. Et hæc de puritate.

Hujus pedisequa & custos est ΕΤΚΡΙΝΕΙΑ. Quam Trapezuntius elegantiam vocat. Verùm ea aliud est, ut nomen indicat. Sturmius, ac complures alij, nominant perspicuitatem. At αὐθιμία, quæ ἰσχυρία; genus est, perspicuitatem sonat. Sanè cum ἰσχυρία consistat in rebus partiendis collocandisque; appositè eam dixerimus orationem distinctam, sive orationis distinctionem. Ejus munus est removere, quæ obstant facilitati. Nam distinctioni ineffe solet subtilitas, quæ ab ingenijs parum perspicacibus minimè intelligitur. Eoque opus illam in clariori luce constitui, ut res, pulsis tenebris, perspicui possit. Exemplo esto exordium pro Cluentio: *Qua res in civitate duc plurimum possunt, hæc contra nos amba faciunt in hoc tempore: summa gratia, & eloquentia. Quarum alteram, C. Aquilli, vereor, alteram metuo.* Hæc verendi, & metuendi distinctio acutior erat, quam apertior. Itaque illi ἐπιδήμιον† hujusmodi subijcit, ut se explicet: *Eloquentia Q. Hortensij ne me dicendo impediatur, nonnihil commoveor: gratia Sex. Nævij ne P. Quintio noceat, non mediocriter pertimesco.* Nec sufficit oratori, si doceret, hæc plurimum differre: sed adjecit etiam τὸ ποῦ, sive quantum differrent. Sic enim ait: *Neque hoc tantopere querendum videretur, hæc summa in illis esse, si in nobis essent: saltem mediocria: verùm ita se res habet, ut ego, qui neque usu satis, & ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer: P. Quintius, cui tenues opes, nulla facultates, exiguae amicorum copia sunt, cum adversario gratiosissimo contendat.*

Porro etsi in cæteris dicendi formis imprimis sit habenda ratio sententiarum: tamen in ἰσχυρίῃ maximè spectamus methodum.

Comprehendit verò hæc tria : *διαιρέσιον*, sive *secretionem*, quæ indicat, quid inter vicina interfit; *διαιρέσιον*, hoc est, *divisionem*, quâ simpliciter rem in partes diducimus; & *διάρτησις*, sive *digestionem*, quâ ostendimus, quid primò, quid deinde, quid postremò dicturi simus.

Pertinent igitur hæc sententiæ illæ, quibus ostendimus, quid dictum sit, & ad quæ porrò sermonem referre oporteat. Istiusmodi sunt propositio, transitio, partium singularum epilogi, universæque orationis *επιπεφραστικὰ*.

Schemata ei compluria inserviunt : interque alia *ἀξιοποιήσιον*, oratio notata, definitaque; ut in Cluentianâ : *Animadverti, Iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes*. Item *μερισμὸς*, sive *discriminatio*, quâ orationem probè distinguimus particulis præpositivis, & postpositivis; uti sunt, *μὲν, δὲ, ἐτι*, tamen, ac similes. Nec parùm conferet interrogatio cum subiectione, itemque *επαναλεψις*.

Dictio, membra, compositio, ac clausula, sese habent, quemadmodum in puritate. Habemus de primâ orationis ideâ.

VI. DE ALTERA IDEA, QUÆ EST MAGNITUDO,
AC SPECIATIM DE prima ejus parte,
sive GRAVITATE.

AT neutiquam satis est, ut sermo sit perspicuus. Neque enim omne auferet punctû, qui humi repit : verùm is demum egregiam laudem reportabit, cujus insuper & sententiarum gravitate, & verborum granditate, extolletur oratio. Quare meritò perspicuitatem altera excipit idea, quæ *ΜΕΓΕΘΟΣ*, sive *magnitudo* appellatur. Ejus partes sunt sex : *συνρόπτης*, sive *gravitas*, *τετραχύτης*, sive *asperitas*, *σφοδρότης*, sive *vehementia*, *λαμπρότης*, sive *splendor*, *ἀκμὴ*, sive *vis*, & *συσκολλη*, sive *oratio cummulata*.

ΣΕΜΝΟΤΗΣ autoritatem ac dignitatem parit. In hæc sententia sunt quadruplices. Primæ sunt de Deo : verùm harum non una est ratio. Neque enim *συνρόπτης* pariunt sententiæ, quæ de Dijs sunt, prout de illis fabulantur Poëtæ. Nam Homerus sanè de ijs, tanquam de suis, loquitur : ut Pythagoras optimo jure censuerit, eum hac propter apud inferos torqueri. Idem quoque à Platone, Isocrate, Tullio, Longino, Proclo, atque alijs, hoc nomine reprehenditur; ut ostendimus lib. de Poëticâ. Quare non hujusmodi quidem de Dijs

Dijs sententiæ gignent gravitatem: verum (Hermogenis verbis utor) *αι μελ' οσιον εσ' μελ' οσιον λεγουμεναι*, h. e. veræ, ac, quemadmodum decet, de Deo prolatae. Istiusmodi autem Hermogenes esse ait, quæ desumuntur ex Timæo Platonis. Est quoque tale hoc Plauti * : ** Capiviv. art. 2. se. 2.*
(apud quem tamen ab huiusmodi sententijs solitudo est)

Est profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditque, & videt.

Alterum genus sententiarum est Physicum; ut de motu cœlesti, fulmine, terræmotu &c.

Tertium est de rebus divinis, at quarum homines sint compotes; ut de virtute, immortalitate animorum &c.

Quartum est historicum. Agit enim de actionibus humanis; ut de pugna Marathonica, aut proelio ad Salaminem gesto.

Ex hisce quatuor generibus duo prima magis remota sunt ab oratore: ac gravem quidem efficiunt orationem; at non oratoriam, nisi quæ tractantur *εισορῶσι η̄μενικῶ**, ita ut mentionem quidem faciamus rerum istiusmodi; ac neutiquam nos in latebrosas abditaque causas penetremus. Tertium verò, & quartum, planè pertinent ad oratorem: ac illud quidem instituitur per *δῆλον*, sive locum communem; hoc verò habet *ἔξ ὑψηλοῦ παραδεδυματοῦ*, quia inflammat animos ad imitationem eorum, qui præclare aliquid egerunt.

Methodus triplex est. Prima est *ἐπιφανῆς*, sive asseveratio, quæ absque dubitatione aliquid affirmamus, aut negamus, atque interdum etiam contrarium asserentes vituperamus. Altera est *ἀμυνοεῖα*, per quam alij ab Hermogene intelligi putant continuatas metaphoras; quales videre est apud Tullium in Somnio Scipionis, ubi disputat de cœlorum concentu: alij, allusionem ad sententias philosophorum, graviorumque scriptorum; ut cum Paullus cap. xvii. Actor. ait, se Atheniensibus velle ostendere illum *ἀγροστοῦ οσιον**. Tertia est *ἔμφανῆς*, sive occulta significatio iudicij, prudentiæ, experienciæ, aut eruditionis. ** Demostrotus.*

Distilio contenda est è vocalibus magis sonantibus; ut in quibus est A, vel O longum. Huiusmodi ferè sunt apud Latinos verbalia in O, ut *consolatio*; obliqui nominum in As, ut *dignitate*; ac comparativi, ut *majora*. Conveniunt quoque *συνόπτως* voces modificatæ, modò sint *μέτρον*, hoc est moderatæ ac verecundæ. Nam duriores, ac longius petitiæ, non gravem, sed *τραχηλίαν*, sive asperam reddunt orationem, quæ alia est *μεγέθυς* pars.

Σχηματα, quæ *συνόπτως* inserviant, duo sunt. Vnum est *εξ ὀνόματι*, sive oratio.

oratio recta, quæ cujuscumque sit, paulò antè diximus. Alterum est *ἐπιχεισις*, siue approbatio, quæ Orator suum apponit iudicium: ut cùm Cicero pro Archiâ comprobât iudicium Alexandri Magni: *Et verè, inquit, nam, nisi Illias extitisset illa, idem tumultus, qui corpus contexerat, nomen etiam obtulisset.* At si non adfirmatè, sed *μὴτ' ἐξ ἀδουσίας*, h. e. cum dubitatione aliquid adferamus; non ad *σεμνότητα*, sed τὸ ἀδύον, ea res pertinebit. Nam, ut verecundiam nostram testamur, ita auctoritati derogamus. Est & tertium *ἐπιχεισις* genus, τὸ εἰς τὴν αὐτὴν γράμμου ἀναφέρεται πρὸς ἰσθμισμῶν cùm orator ea, quæ dicuntur, refert ad sensum suum. Estque nihil aliud, quàm expressa Oratoris sententia; ut in Manilianâ: *Ego sic statuo, in optimo Imperatore quatuor has res inesse oportere.* Ac hoc quoque genus *σεμνότητα* habet, quia æquè ac primus *ἐπιχεισις* modus, sit *ἀπὸ ἐξ ἀδουσίας* †. Vitandæ autem in hoc genere *ἀσπεροφαί*, & *ἀσπεροφαί*, quæ duo relata sunt: illis aliò avertitur sermo, quàm primò ac per se instituta requirat oratio: his revenit ad eum, à quo sermo fuerat aversus. Cur verd hæc *σεμνότητα* tollant, ea causa est, quòd oratio ijs interrumpatur ac demittatur ad commune ac popolare dicendi genus: atque id ipsum in causa est, cur hîc quoque fugere oporteat *ἀσπεροφαί*. Scaliger tamen negat *ἀσπεροφαί* adversari orationis gravitati. Id enim abunde refelli ait vel unâ Adherbalis oratione apud Sallustium †: *Iamjam frater animo meo charissime &c.*

† absque
dubitatione
ne.

‡ in Iu-
gurti.

Κῶλα brevia, æ mediocria hîc præstant oblongis. Verùm hoc quoque leviter ab Hermogene adfertum esse, ait Scaliger.

Compositio non multum laborat de vitando hiatu: amat dactylos, anapæstos, pæanas, epitritos, spondeos, ac quandoque jambum; ut qui ad infectandum ac reprehendendum conducatur. At fugit trochæos, & ionicos; ut qui mollem reddant orationem. Cicero tamen dichoræum probat, ut alibi diximus.

Clausula tum pedes spectat, quos cum ideâ *σεμνότητα* communes habet: tum syllabas, quarum ultimas tres longas esse præstat, quàm breves: tum vocales, è quibus maximè aucupatur A & O, aliasque magis sonoras.

VII. DE ALTERA MAGNITVDINIS PARTE, QUÆ EST ASPERITAS.

PAUCIS dedimus, quæ ad gravitatem pertinent. Ea autem adhibenda est ad emendationem Reipublicæ. Itaque ut superiores repre-

reprehendamus, requiritur *τηγχιμς*, sive asperitas, quæ altera est pars *αυγχιμς*.

Est autem *τηγχιμς* duplex: una *γυλη εγχιμς*, h. e. nuda, ac simplex, in qua asperitas nullo lenitur remedio: altera *διωδωτικη εγχιμς*, h. e. mixta sive temperata, quæ certas habet conditiones, orationis acerbiteratem quasi edulcantes. Prioris generis est in Persio; posterioris in Horatio, qui *vitium videnti amico*, ut apud Satiricum * *Pers. sat.* 1.

Tangit, & admissus circum precordia ludit.

Atque hinc consequitur, duplices quoque esse asperitatis sententias; quasdam simplices, ac sine correctione; quasdam mixtas, ac cum correctione. Prioris solum generis sententiæ huc pertinent.

Methodus est, ut liberè dicantur sententiæ ex personâ nostrâ; non alienâ, neque cum dubitatione, aut ullo eorum remediorum, quibus *καρπινας* leniri superiori libro demonstravimus.

Verba aspera esse debent. Ejusmodi sunt metaphoræ duriores; ut illud Philipp. xxi: *Qui ex naufragio luculenti patrimonij in hac Antonianæ saxa projectus.* Durius sanè dixit, *Antoniana saxa*: quamquam non parùm eo mollitur, quòd antecesserit, *naufragio patrimonij*. Nec modificata tantùm, ut *καταρχησις, εγχιμς*, asperitatem adferunt; sed etiam voces natura suâ asperæ; sive id fiat propter sonum, ut Philippicâ quinçtâ: *Hoc qui non videt, excors; qui cum videt, non decernit, impius*: sive ob significationem, ut siquem proditorem, aut civem sceleratum appelles: quamquam & in his concurrat soni asperitas, & in illis significationis.

Σχηματα asperitatis sunt potissimùm tria. I. Apostrophe ad eum, quem increpamus. II. Interrogationes breves, atque acres. III. *Δειξίς ελεγκτικη*, sive *δειπτικη*: ut, *Hic ille est, qui presentem omnibus nobis intentavit necem.* *Κωλα* sunt brevia, & *κοιματικα*.

Compositio admittit hiulcos vocalium concursus; nec ullam eorum rationem habet, quæ suavem venustamque efficiunt orationem.

Clausula planè incondita est, ac nunc in hunc, nunc in illum deficiat pedem.

VIII. DE TERTIA MAGNITVDINIS PARTE,
SIVE DE VEHEMENTIA.

DIXIMVS de asperitate, quâ reprehendimus eos, qui antistant nobis. Verùm non solàm usu venit, ut necesse habeamus culpare superiores; verùm etiam, ac sæpius quidem, ut habenda sit oratio in pares, ac inferiores; velut in cives sceleratos. Adversus tales requiritur ΣΦΘΔΡΟΤΗΣ, sive vehementia. Ea admodum cognata est asperitati. Siquidem illo conveniunt, quòd utrâque reprehendatur alius: eo disconveniunt, quòd illâ reprehendatur superior; hâc aut par, aut inferior: nisi fortè auditores ex reprehensione capiant voluptatem; ut cum apud Athenienses Demosthenes Philippum vexat: quod genus Hermogenes quoque subjicit vehementiæ. At dispar ratio, cum Orator invehitur in Senatum, aut populum apud quem dicit.

Sententia σφοδρότης asperiores quoque esse possunt, quàm *τερχύτης*. Sanè videre est Oratores sæpe, quasi Bupaliam pugnantes pugnam, omnes irarum habenas effundere in adversarium, ac tantopere animo suo morigerari, ut & alter alterum Dionysiacis scommatibus incessant. *Methodus* quoque liberior. *Dictio*, ut in asperitate: imò hîc quoque vocabula fingere licet, quod in asperitate concessum non est. *Figura* cum eòdem sunt, quæ in asperitate; tum insuper δειξίς ἐλαχιστή, sive ἐπιτιμητική, quæ fit per pronomina demonstrativa, hic, ille &c. *Membra*, ut in asperitate, atque adeò breviora quoque, ita ut singula verba efficiant incisum: ut; *Abijt, excessit, evasit, erupit*. Propter eandem causam, quemadmodum observavit Eustathius, asyndeta hîc quoque locum habent: ut in Ligarianâ; *Quid enim tuus ille districtus in acie &c.* *Quæ tua mens? manus? oculi? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?* *Compositio*, ac *clausula*, sese habent, ut in asperitate.

IX. DE QUARTA MAGNITVDINIS PARTE,
SIVE DE SPLENDORE.

VIDIMVS, quomodo reprehendi possint, tum superiores, tum pares, inferioresque. At, ne oratio, quâ alios incessimus, planè aspera sit horridaque, *τερχύτης* excipit quarta μέγδους pars, quam *λαμπρότης*, b. e. festivitatem, vel, quando vox hæc ambigua est, splendo-

splendorem vocare possumus. Pertinent ad eam *sententia*, quibus maximè confidit orator. Ex in quatuor classes discescuntur. Prima est rerum divinarum; aut naturalium, sed illustrium. Quare huc refer sententias de providentiâ Dei, ejusdem bonitate, ac similibus. Altera est rerum à nobis, aut majoribus nostris, præclare gestarum: ut cum Cicero agit de oppresso à se Catilinâ. Atque hinc videndum, ne, Suffenorum instar, inepti simus laudum nostrarum curiones. Tertium est rerum istarum, quas auditores cum voluptate audiunt: ut de Philippo apud Græcos, de Catilinâ apud Romanos. Quartum continet similitudines, comparationes, personarum locorumque descriptiones: cujusmodi mirificè ad illustrandum valent.

Methodi est simpliciter, & absque rebus aliunde assumtis, proferre sententias; narrare fidenter, ac sine dubitatione; uti narratione continuâ, h. e. absque *ἐπιβολαῖς ἢ ὑπεράτοις*; ac denique probabilia probabiliter referre.

Diçtio se habet, ut in gravitate.

Figura splendidæ esse debent. Ejusmodi sunt *αἰ ἀναίρεσις*. i. ablationes sive negationes; ut, *Sine tumultu* &c. Item *αἰ σποράσις*, h. e. separationes sive deflexiones à continuatione verborum ac sententiarum; quales exprimuntur, cum rem à capite ipso repetimus, atque ita quasi novam ordimur sententiam. Interdum tamen *καύσις* nullum adfert splendorem. Quippe si continua sit *ἑρθότης*, fit *καθαρότης*, sive puritas. Verùm hoc vitabimus, si rectam orationem continuè excipiat *ἑσβολὴ ἢ πλάγασμὸς*, *complexio*, aut *obliquatio*.

κῶλα, si Hermogenem audimus, longiora esse debent. At merito repugnat Scaliger, quandoquidem nihil illustrius Sallustiar à dictione, cujus *κῶλα* penè omnia *κομματικά*, id est præcisa.

Compressio, ac *clausula* eadem, quæ in gravitate. Quamquam hinc in mediâ compositione unus alterque trochæus scitè interferi possit, modo clausula sit congruens splendori.

X. DE QVINCTA MAGNITVDINIS PARTE,
SIVE DE VIGORE.

ATQVE ex his cognoscere fuit, quomodo aspera ac vehemens oratio splendorem acquirat. At cum ea non senilis, atque ex-fanguis, sed vegeta ac fortis esse debeat: necessaria quoque est orationis *ἀκμή*, sive vigor; quo fit, ut oratio non langueat; sed quasi juveniles habeat leætos, quibus validè tela mittat in adversarios.

*Sententia, ac methodus, se eodem habent modo, quo in asperitate, & vehementiâ. Sed & verba eadem sunt, quæ asperitatis: eo tantùm differunt, quòd hîc voces asperæ leniri debeant verbis gravitatis, ac splendoris. Figura quoque sunt eadem, quæ in splendore, & vehementiâ. Quin reliquarum etiam partium tractatio peti debet ex ijs, quæ ex Hermogene decerpimus de splendore. Ex quibus omnibus planum fit, aliud non habere præcepta propria; sed superiorum constare præceptis. Id quòd magis appareat, visum apponere illustre exemplum è Divinatione Cic. in Verrem: ubi Q. Cæcilij facultatèm oratoriam hoc pacto perstringit: *Pu. Sine, te posse de maximis, acerbissimis rebus, cum causam sociorum, provincialique provincie, jus populi R. gravitatem iudicij, legumque susceperis, tot res, tam graves, tam varias, voce, memoriâ, consilio, ingenio, sustinere? Putasne, te posse, quæ C. Verres in quaesturâ, quæ in legatione, quæ in præturâ, quæ Roma, quæ in Italiâ, quæ in Achaiâ, Asiâ, Pamphyliaque patravit, ea, quemadmodum locis, temporibusque divisa sint, sic criminibus, & oratione distinguere? Putasne, te posse, id quòd in eiusmodi reo maximè necessarium est, facere, ut, quæ ille libidinose, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit, ea æquè acerbis, & indigna videantur esse ijs, qui audient, atque illis visa sunt, qui senserunt?**

XI. DE SEXTA MAGNITVDINIS PARTE, SIVE DE ORATIONE CVMVLATA.

TEMPVS est ad extremam proficisci *μεγέθυς* partem. Ea est **ΠΕΡΙΒΟΛΗ**, quam non ineptè mihi videor didicurus orationem cumulatam, aut circumducentem. Trapezuntius interpretatur circumductionem. At, ut bene inquit Scaliger†, non circumducitur res, sed circum ipsam res aliæ. Nam rei additur aut genus, aut species, aut præscriptio, aut totum, aut pars, aut persona, aut locus, aut tempus, aut modus, aut instrumentum, aut causa: quæ quia *περιβολῆς* cum re nudâ complectitur, propterea nec incommodè à Scaligero† complexio vocatur.

† de re
poet. lib. 4.
cap. 1.

† *ibidem.*

Περίβολῆς hoc major habenda est ratio, quòd absque asperitate, vehementiâ, vigore, ac splendore, oratio magna esse possit; at non item *σικερίως*.

Sententiæ περιβολῆς sunt περιολιπτικαί, h. e. idoneæ ad cumulandam, atque, ut veteres loquebantur, augificandam orationem. Res autem, quæ assumi debent, sunt quadruplices, Nempè vel genus ad speciem,

speciem, vel infinitum ad finitum, vel totum ad partem, vel ad rem ipsam accedunt τὰ περιβαλλόμενα, h. e. circumstantiæ ejus ac consequentia; cujusmodi statuuntur personæ, loca, causæ, occasio, tempus, ac modus.

Μέθ' ὧν conficitur τῆ ἀναφορῆς vel naturæ, vel orationis. Naturæ, cum in rebus gestis priora postponuntur. Orationis, cum probationes ponuntur ante id, quod probatur.

Περίβωλὸν non habet proprium verborum genus; verum locum in eâ habent aliarum formarum verba: aut siquod genus proprium est, id erit ἁπλοῦς, quâ diutius in eadem commemoramur sententiâ. Verum Hermogenes censet, eam potius ad prudentiæ methodum, quàm orationis circumducentis dictionem, pertinere.

Σχήματα περιβόλης sunt πάντα τὰ ἐφελεμένα, h. e. quæcunque non efficiunt per se perfectam sententiam; sed alteram tertiamque sententiam secum trahunt: quomodo, cum audivimus primo, expectamus deinde. Ejusmodi primo loco est ἀπαριθμῶσις, sive enumeratio; quâ tamen rectius ordinem appellabimus. Hæc non tantum ob partium ordinem perspicuam reddit orationem; sed etiam animum auditorum suspendit rerum expectatione. Secundum est περὶ τῆς ἐπιπέρας, sive oratoris electio, cum ita recensentur aliqua, ut unum cæteris præponatur. Tertium, ὑποθέσις, cum pender oratio ex conjunctione. Quartum, παραπλάσις, sive oratio obliqua, de quâ sæpius dictum nobis. Quintum, τὸ ἐπιπέρας ἐπιπέρας, sive sententiæ insertio inter subjectum & prædicatum. Sextum, ὑποθέσις, sive subjectio particularum, quarum una alteri responderet. Septimum, μετὰ τῆς ἐπιπέρας, sive digestio, quâ oratio distinguitur particulis; cujusmodi sunt, quamquam; tamen; quidem, verum. Quædam etiam περιβόλης σχήματα sunt μὴ ἐφελεμένα: velut ἀρσις ἐξ ἀρσις, h. e. ablatio inferens: ut cum unum tollitur, atque alterum asseritur: E. G. non hoc, sed illud. Deinde τὸ ἐξ ἀναιρέσεως συνωλεστικόν, copulatio dirimens, sive per negationem; ut cum duobus propositis non magis unum, quàm alterum, consequi ostenditur: E. G. non hoc solum, sed illud quoque. Præterea συρρηθῆ, sive conversio, vel, ut Trapezuntius vertit, convolutio; quâ periocha ita membris incisiveque pluribus colligatur, ut intelligi nequeat, antequam ad finem fuerit perducta. Denique ἐπιπέρας, sive ὑποθέσις, h. e. aliarum sententiarum interpositio longior, aded ut fiat ὑποθέσις. Nam si brevis sit, quod interjicitur; non circumducens, sed velox fuerit oratio. Et hæc de figuris περιβόλης.

Κῶλα, compositio, ac clausula περιβόλης; assumuntur ex alijs formis, solâ

exceptâ puritate. Cur verd hæc excipiatur, caussa est, quod in puritate res ponantur nudæ ac simplices: at in περιβολῇ omnia dilatentur atque exaggerentur.

Ad περιβολῆν ex Hermogenis sententiâ pertinet quoque ἡ μεσότης, h. e. oratio plena ac referta. Quippe quæ nihil aliud sit, quàm περιβολῆ περιβεβλημένη ἢ πλεονόμοσσι ἐν αὐτῇ, quod Trapezuntio sit circumductio circumducta, sive: i se redundans. Hanc potissimum effici ait, quando frequentantur γήματα ἐπιβλητικά, h. e. quibus gignitur περιβολῆ. Verùm, ut solidè comprobatur Scaliger, ἡ μεσότης περιβολῆς propria non est, cum extra περιβολῆν inveniat, ac in humilem quoque cadat characterem.

XII. DE TERTIA IDEA, QUÆ EST
PULCHRITUDO.

DE magnitudine fati dictum: transeamus ad pulchritudinem. Neque enim laudabilis est magnitudo, cum

— nulla venustas,

Nulla est in magno corpore mica salis:

* φησ. 87.

ut de Quinctiâ scripsit poëta Veronenfis. Est autem pulchritudo duplex. Vna est ἐν ἀεισμοῦ, sive καλοσμοῦ, h. e. calamistrato sive extanti ac nimio, eoque magis conspicuo decore. Ab hoc oratio dicitur affectata: qualis est dictio Appuleij, atque olim Gorgiana, aliorumque sophistarum fuit. Altera est ἐν ἀξιώματι. i. dignitate; à qua oratio dicitur splendida. Est enim splendor orationis cultus cum gravi dignitate conjunctus. Istiusmodi imprimis est Demosthenica, ac Tulliana dictio. Inter hanc ἀξιώματικῶν, & illam ἀειστικῶν, sive κομωτικῶν orationem, interjectum est τὸ γλαφυρὸν, sive floridum, quod & dicitur φαιδρὸν, h. e. hilare dicendi genus. Hujusmodi inter alios est in Catullo, Velleio, Petronio. Item Herodoro, Luciano, Synesio; cujus epistolæ χαρίτησ * ἢ ἠδονῆσ ἀποσάξουσ, & quidem μὲν † ἐν τοῖσ νοήμασι ἰχθύσ, ἢ πικρότητσ, ut Photius de eo in myriobiblo ait †.

* venustas
ac dulcedine sumitur
et cum sententiarum robore, ac densitate.
† cod. 26.
‡ convenit locorū, praxonomi, ac hincorū descriptioni.

Orationibus generis demonstrativi magis convenit florida ac hilaris dictio. At ex, quæ in deliberativo, aut judiciali versantur, magis gaudent pulchritudine cum dignitate conjunctâ.

Imprimis autem genus hoc ἀνδρῶν, ut est apud Proclum in Chrestomathia, ἀρμόζει τὸ τοπαρχίας, ἢ λημώναν, ἢ ἢ ἀλωῶν ἀφροσύνησ. Sanè poëtæ ab hujusmodi descriptionibus carmini ornatum quærere solent, Vnde Horatius epist. ad Pis.

Inceptis

*Inceptis gravibus plerumque, & magna professis
Purpureis, latè qui splendeat, unus & alter
Assuitur pannus: cum lucus, & ara Diane,
Et properantis aque per amenos ambitus agros:
Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur atrens.*

Et Persius sat. 1.

*Dicere res grandes nostro dat Musa poeta.
Ecce modo heroas sensus adferre videmus
Nugari solitos Græcè, nec penere lucum
Artifices; nec rus saturum laudare, ubi corbes,
Et focus, & porci, fumosa palilia fumo.*

Quamquam poeta hoc loco non tam veram descripsit grandiloquentiam, quàm affectatam.

Pulchritudo nullas habet peculiare *sententias*, nisi acutè dicta ei subjicere liceat. Sed neque *methodum* propriam habet. Tota verò confisit in genere dicendi aures demulcente. Gaudet magis *verbis* proprijs, quàm translatis; domesticis, quàm peregrinis; brevibus, quàm longis. Nec tamen poetica adspernatur; sed parçè ea adhibet. Unde Photius, in Philostorgij historiâ τὸ κρυφὸν † laudans, ait, eum uti poetici, sed εἰ * κατακρόσει, εἰ δ' ἀχαρίτοις λέξασι.

Σχηματα potissima sunt decem. Primum sunt *περιστάσεις*, h. e. syllabarum similitudo, sive in initio, quæ *ὁμοεικάρτων* dicitur; sive in fine, quæ *ὁμοικατάλητων* vocatur. Neutra tamen affectata esse debet, sed occulta temperataque. Occultatur autem utraque tum *διεκρίσει*, cum inter primum ac postremum membrum, quæ inter se similia sunt, aliquid interferitur, atque ita membra interscinduntur: tum *ἐναλλαγή*, sive transpositione, cum membra similia ponuntur in medio: tum *ισώσει τὸ πᾶν*, cum duobus membris paribus subjicitur impar. Alterum *χῆμα* est *ἐπαναφορῆ*, sive repetitio in initio diversorum membrorum. Tertium, *ἀντιτροπή*, seu conversio, quâ idem iteratur in fine. Quartum, *ἐπανατροπή*, cum idem est prioris membri finis, ac sequentis initium. Quintum est, *τὸ κλιμακωτὸν*, sive gradatio. Sextum, *μεγισμὸς καὶ συζυγία*, sive partitio parium. Septimum, *τὸ ἐπιβεβαιῶν*, quo verbum in extremam differtur sententiam. Octavum, *τὰ καίνομενα*, sive innovatio: ut prolepsis, syllepsis, enallage, aliæque Grammaticorum figuræ. Nonum, *αἰ διὰ δύο ἐπιφάσεων γινόμεναι καταφάσεις*, duæ negationes pro unâ affirmatione. Decimum est, *τὸ πολυπῶτον*, quo eadem vox mutatis effertur casibus.

Κῶλα vel mediocriter locuta esse debent, vel breviter quidem, sed continuata.

† ornatum.
* circa finitatem, et vocibus minime ingratis.

continuata, connexaque, ita ut alia ex alijs pendeant.

Compositionis hinc imprimis habenda ratio est. Vitandi in eâ hiatus, & asper consonantium concursus. Propius à poetarum compositione abest, quàm reliquæ ideæ. Quippe ita confici debet, ut nec versum efficiat, nec longè abistat à versu. Itaque & cognatos pedes amat, cuiusmodi sunt dactyli, anapaesti, spondei; quamquam Rhythmi obleruant, anapaestos ac spondeos differre ob dissimilem percussionem. Verba denique, quibus constant periodi, non debent esse *ισοσύλλαβα, ἰσοσύντακτα, ἰσοσύνθετα*, h.e. pari syllabarum numero, aut accentu, vel quantitate similia. Nihil enim venustati accommodatius varietate.

Clausula ne sint stabiles, siue insistentes; sed pendulæ; ita ut penultima brevis sit, ultima longa, aut contrâ. Sed & monosyllaba in fine collocata venustatem adierunt; uti argumento est illud Tullij in Manilianâ: *Itaque non mihi tam copia, quam modus in dicendo*

† in Art. *quærendus est: & Horatianum † isthoc:*

Parturiant montes, nascetur ridiculus mus.

Refugit hæc idea brevitatem, quia obscuritatem parit; quæ crucem potius figit, quàm voluptatem gignit. Itaque Photius †, cum in alijs laudet historiam Nicephori Constantinopolitani: tamen unum hoc culpat, quod nimium brevis sit. Hoc enim in caussa esse ait, quod non omnes expleat partes venustatis.

† cod. 66. Etiam venustati adversatur anxia cura, quam *συνεπύλας* vocant. Quæ quia aberat ab historia Sergij Confessoris, ab eodem Photio † laudari hoc nomine meruit. Nimirum florida dictio debet exurgere naturali venustate: quod non intelligunt, qui anxie sectantur flosculos declamatorum. Nam hoc pacto oratio fit affectata: quod grande est vitium, utcunque eo nonnulli, & sibi, & alijs placeant.

XIII. DE QUARTA IDEA, SIVE DE ORATIONE CONCITATA.

HABEMVS, quomodo oratio fiat perspicua, magna, pulchra; quorum primum est necessitatis, alterum dignitatis, tertium iucunditatis. Nunc, ut instituimus, reliquas affectiones ordine persequamur. Neque enim sufficit, amplitudinem esse pulchram; quia nec oratio debet esse ignava, cum non comparetur aquæ stagnanti, sed flumini; nec statuat debet referre, aut Tityrum sub fago recubantem; sed juvenem, & animo alacrem, & corpore vegetum.

Id verò

Id verò præstat ῥΟΡΓΟΤΗΣ; quam rectius incitatum, sive concitatum, aut præceptum dicendi genus appellabimus; quam celeritatem; cum non ἀπλοῦς, velocitatem notet, sed quandam quasi fulmineam celeritatem. Fit ea, cum res, ac sententias alias alijs superadidimus. Convenit autem cuilibet characteri. Sanè humilissimum habemus in isto Maronis*:

* Ed. t.

Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.

Quemadmodum medij in hoc †:

† t. Georg.

Nudus ara, fere nudus: hyems ignava colono.

Proprias sententias non habet; nisi cuiquam sit visum ei subjicere illa, quæ arguté dicuntur; cujusmodi multa petere est ex clarorum virorum apophthegmatis.

Methodus ejus est, ut brevibus objectiunculis breves subdantur solutiones. Estque triplex. Primum, ἀπάνσεις ἢ ἐναντίας, nostrorum argumentorum objectio. Deinde ἀντιθέσεις, sive ἀντίθεσις, quæ adversarij objectionem anticipamus, atque diluimus. Præterea συναδρομὴν, sive συγχώρησις, quæ unum concedimus, at alterum opponimus: ut vulgato illo Isocratis: ἢ παιδείας ἢ εἰς ἀντιθέσιν ἔθ, γλυκὺς δὲ τὸν καρπὸς. *Literarum quidem radices amaras esse, sed fructus dulces.*

Admittit omne genus verborum: attamen maximè gaudet brevibus, quia celerius absolvuntur.

Σχήματα ejus sunt triplicia. Quædam reddunt orationem incisam, nec tamen id facere videntur. Ejus est generis πλαγισμοίς, sive oratio obliqua, & περιστροφὴ, sive periodus involuta, quam conversionem, aut convolutionem dicere possumus: item πολυήστον, si fiat incisum. Quædam videntur orationem reddere incisam, nec tamen id præstant. Ejusmodi est τὸ κατ' ἄνω, περιώ, quo post factam declinationem ad personam redimus, quam primariò spectet oratio: item τὸ ἐπιτρέχειν, ἢ τὸ κατ' ἐπιτρομεύω, quo ita aliquid concedimus, ut aliud opponamus. Inter ea autem hoc discriminis est, quod ἄνω περιώ semper efficit χορηγία: τὸ ἐπιτρέχειν tum tantum, cum membra sunt longiora. Quædam denique ejus sunt orationis, quæ & incisa est, & talis videtur: ut ἀσώδητον κομματικόν, quod à Cornificio articulus, ab alijs dissolutum vocatur. Item ἐπιμεροσὴ, ἀντιστροφὴ, & συμπλοκὴ, sive πολυσώδητος.

Compositio non debet esse hiulca; gaudet maximè trochæis, quia pes hic celeritatem habet.

Clasfûla quoque eandem ob causam trochæica plurimùm esse debet.

XIV. DE QVINCTA IDEA, SIVE DE ORATIONE
MORATA GENERATIM, AC SPECIATIM
de prima ejus specie, nempe SIM-
PLICITATE.

SVMMÆ eorum capita delibavimus, quæ ab Hermogene dicuntur de incitato ac præcipiti dicendi genere: consequi videtur, ut considerationem intendamus in sermonem moratum. Nec enim fatis est, orationem esse perspicuam, grandem, jucundam, ac concitatam: sed etiam requiritur, ut habeat τὸ ΗΘΟΣ, h. e. morum ac virtutum significationes: quippe eâ re magnum pondus accedit ad animos impellendos. Ut autem oratio sit istiusmodi, non versutiloqua esse debebit, sed simplex. Insuper jucundam ac suavem esse convenit; quia horrida incultaque simplicitas nauseam adfert. Acutam quoque esse oportet, quia ludibrio alijs esse solent, quibus nihil est aceri in pectore. Modestia etiam, & verecundia, multum confert; quia odium habentur homines pompatici, qui sibi purant vel ad digituli crepitum silentium deberi, omnesque præ se fenum esse oportere. Requiritur quoque, ut, quæ dicuntur, ab animo proficisci, vereque dici videantur. Quamquam hoc quidem sub simplicitate complecti liceat. Sed eò adijcitur, quia est & quædam simplicitas simulata: ut illa Sinonis ἱ. Ἔν. Denique gravitate opus est in reprehendendo, atque expostulando. Itaque sex in universum Hermogeni partes sunt τὰ ἦθος: ἀφέλεια, seu simplicitas, γλυκύτης, sive suavitas, δριμύτης, sive acrimonia, ἐπεικεία, sive modestia, ἀλιθία, sive veritas, & βαρύτης, sive gravitas in objurgando.

ΑΦΕΛΕΙΑΣ, sive simplicitatis sententiæ sunt quadruplices. *Primò* enim hujus sunt loci sententiæ καθαρότης, sive puritatis, puris tamen aliquantò communiore. *Deinde*, quæ conveniunt hominibus simplicibus; cujusmodi in Bucolicis Maronis, ac imprimis Theocriti legimus. *Præterea*, cum multa exempla ab animalibus, aut stirpibus petuntur. Nam si unum tantum, alterumque, adducatur; suavitatem potius, quam simplicitatem, adferet ea res orationi. *Denique*, cum vel adversarium, vel auditores, jurejurando nobis obstringimus, aut jurejurando parvâ de re aliquid affirmamus. At cum ex eñthymemate facimus jussurandum, ita ut jussurandum habeat vim argumenti; non tam illud simplicitatem, quam splendorem, ac magnitudinem parit.

Methodus

Methodus se ferè habet, ut in oratione purà : tantùm hic addimus, idem nos consequi, si singula narremus minutatim, aut res graves nudè, & absque circuitione proponamus.

Diffio tum eadem est, quæ *u. d. p. m. r. G.*, de qua egimus; tum quæ *dequimr G.*, sive acrimoniæ, de qua infra dicturi sumus.

Σχηματα, verborum compositio, ac *clausula*, sese habent, ut in puritate.

XV. DE SECUNDA MORATÆ ORATIONIS
PARTE, QUÆ EST SUAVITAS.

ΓΑΚΤΗΣ, sive suavitas differt plurimùm à venustate, Nam huic turpe opponitur; illi asperum. Omnia Ciceronis (nisi de ijs quis controversiam moveat, quæ languidiùs in exilio scripsit) venusta sunt; at non item suavia: & merito, cum in investivis aspera requiratur oratio.

Maximè autem consistit suavitas in sententijs. Inter has principem locum obtinent fabulæ poëticae; quarum licet messem metere maximam è Metamorphosi Antonini Liberalis, ac imprimis Ovidianâ.

Proximus debetur ijs, quæ historijs quidem inferciuntur, attamen pro fabulis habentur: velut quod de Romulo, & Remo, à Iupâ nutritis, scribit Livius.

Tertius continet illæ, quibus non nihil fabulosi admixtum: quomodo vera quidem fuit pugna Marathonica; at à fabulâ est, quod de Panos augurio Herodotus * in ejus descriptione commemorat. * lib. 6.

Quartus est eorum, quæ sensus maximè adficiunt; ut res naturales. Cujusmodi suavitatis exemplum suppeditabit illia aquæ ac platanî descriptio, quam ex Phædro Platonis in primum de Oratore retulit Tullius. Nihil quoque suavius istis lib. 11. de Oratore: *Ac principio terra univèrsa cernatur, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. Quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immensitatesque camporum.* Huc etiam pertinent amatoria, honestis quidem honesta, sed turpibus turpia, & Latine aperteque prolata. Ac horum quidem exempla non commemorabo; tum quia pudor noster averfatur verba nupta, ignotaque in Vestalium sacris; tum quod Catonibus theatro nostro interdicere, ac Florales instituire, animus non sit.

Honestæ verò exempla abunde inter alia suggeret Heliodori de Theagenis, & Charicleæ amoribus mythistoria. Nec satis est, ut sermones sint honesti, & lepidi; sed oportet etiam sint tempestivi: h. e. non affectati, sed ex occasione velut semine enati. Quas tres in convivali sermone conditiones, pro tribus Gratijs, jure optimo in Como suo requirit vetus condiscipulus & amicus, Erycius Puteanus, vir mirâ ingenij, morum, doctrinæque elegantia: cujus hoc loco quo de suavitatis ideâ agimus, eò lubentius memini, quia dictione ejus nihil floridius, suavius, ac illecebrosius.

Quinctus suavium sententiarum locus tribuitur laudi nostri. Itaque, Tullio teste *, *Themistoclem, illum summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur, quod acroama, aut cujus vocem libentissimè audiret: ejus, à quo sua virtus optimè predicaretur.* Nec nostri solum, sed nostrorum etiam laudem lubentissimè audimus. Vnde Atheniensem Athenis laudare haut difficile erat: ut est apud Platonem in Menexeno, & Aristotelem primo Rhetor. Etiam jucunda est nobis laus rerum earum, quas maximi facimus. Velut picturarum, vel hortorum, si talibus impensius capiamur.

Sextus locus continet prosopopœias, apostrophas ad res inanimas, ac quicquid istiusmodi est. Cicero pro Marcello: *Parietes, medius fidius, C. Caesar, ut mihi videtur, hujus curia, tibi gratias agere gestunt.*

Modò ⊙ habet se, ut in oratione purâ, ac simplici.

Dictionem vult Hermogenes esse puram, ac simplicem. Attamen, ut Maronis loco probat Scaliger, major suavitas à pictâ oratione oritur, quàm simplici. Quamquam id fortasse haut adferetur Hermogeni, quia is per puram ac simplicem orationem intelligit eam, quæ conflatur partim è proprijs, partim è metaphoris non longè petitis. Imò idem quoque agnoscit, poetica ad suavitatem conferre, modò in ijs non excedamus modum. Sed & epitheta suavitatem parcere ait; quæ utique non minus modificata, quàm propria esse possunt. Ac nequid temere hîc ab Hermogene adsertum putes, ejus de epithetis sententiam confirmat, quòd Stefichorus iccirco dulcissimus sit habitus, quoniam epithetis abundabat.

Exornata, ut in puritate, simplicitate, & pulchritudine.

Compositio, ut in pulchritudine. Etiam suavitatem interdum parit vocalium concursus. Sanè quid suavius isto *:

Phyllida amo ante alias.

Sed de eo etiam in magnifico caractere dictum.

Clausula affecta est, ut in ideâ dignitatis, ac pulchritudinis.

XVI. DE PARTE TERTIA ORATIONIS MORATÆ, SIVE DE ACRIMONIA.

ΔΙΜΥΤΗΣ, sive acrimonia, duobus constat sententiarum generibus. Nam vel sententiæ acutæ simpliciter pronunciantur; cujus exempla suppeditat sermo Cyri à Tullio in extremo Catone è Xenophontea Cyri pædiâ conversus: vel contra sententiæ simplices acutè explicantur: quod quadrifariam fit. Primum, quoniam ludimus *ἀκρονυμία*: ut cum vocabulum quoddam novâ usurpamus significatione, sed cum vocis *ἑτυμολογία* consentiente: ut si scortum voces *φιλανδρον*. Deinde, propter *ἑμοίωτα*, sive soni similitudinem: quod refer *τὸ αὐτὸ γέμμα*. Hinc ob *παρανομασίας*, per quam Hermogenes intelligit *ἀρτίαιον*, sive *διόλογον*, quâ vox aliqua reperitur, sed mutatâ significatione. Novissimè, propter conjunctas duas *μετροπέδεις*, quarum prior mollior, altera durior est: ut in Manilianâ; *Corinthum patres vestri totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt*. Durius foret, si *ἀπλῶς* dixisset, Corinthum extinctam: nunc mitigatur, cum præmittit, *lumen*.

XVII. DE QUARTA ORATIONIS MORATÆ PARTE, QUÆ EST MODESTIA SIVE ÆQUANIMITAS.

ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΝ Trapezuntius *modestiam* nominat. At rectius cum Terentio * *æquanimitatem* appellabimus. Nam *modestia*, quæ ^{* prologos} Græcis *σωφροσύνη*, latius patet; ut quæ *ἐπιεικείας* ipsam comprehen- ^{Andr. Et Phorm.} dat.

Hæc idea omnia cum puritate, ac simplicitate orationis, cōmunia habet, præter sententias, ac methodum. *Sententia* ejus sunt quatuor generum. Primum, cum nostra extenuamus: ut initio orat. pro Archiâ: *Siquid est in me ingenij, judices, quod sentio quam sit exiguum &c.* Hic modus in exordijs imprimis locum obtinet. Deinde, cum omitimus, quæ pro nobis dicere poteramus. Ita Demosthenes, cum à Mlidi colaphum accepisset, etsi crimen illud aggravabat, quod fuisse *ἑμετέρας* *, præclareque de Rep. meritis: non tamen his insistit; sed ait, se ea tantum velle adferre, quæ quis è populo in tali causa ^{* ἰσχυρισμὸς} ^{profectus} diceret. Præterea modestiæ est, cum orator ait se, adversarij impor-

tunitate coactum, causam dicere: at maluisse se rem per arbitros transigere. Facit hoc Cicero in Quinctianâ. Item, cum reprehensuri laudamus: ut in confutatione Manilianæ; *At enim vir clarissimus, reipublicæ, & vestris, beneficijis amplissimis affectus, Q. Catulus: itemq; summis ornamentis honoris, fortune, virtutis, ingenij, præditus Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt: quorum ego auctoritatem multis locis apud vos plurimum valuisse, & valere oportere confiteor &c.*

Μέδωδω modestæ orationis est triplex. Primus modus est ἐλάττωσις, ἢ μείωσις ἐπὶ αὐτῶν ἡμετέων, nostrorum bonorum ac commodorum extenuatio. Fit ea ἢ μετ' ἐπιεικείας *, quæ aperta est extenuatio; vel ἀνδραγαθῶς †, qui extenuationis modus ut occultior est, ita majorem quoque veredictum ac modestiam indicat. Ratio altera est παραίτησις, five præteritio; quæ vel nullam planè commemoratorem habet, vel nomine tenus præteritio est; ut cum quis se præteriturum ait, quod tamen cursim delibet. Tertius modus est ἀφήγησις, quâ res nudas breviter, & ordine narramus, nec quicquam foris assumimus.

* cum quam
nam signi-
ficatione.
† absque
indicatione.

XVIII. DE QVINCTA PARTE MORATÆ ORATIONIS;
SIVE DE IDEA SEXTA, NIMIRVM VERITATE.

* de modestia.
† ex animo
professa ve-
rague.
‡ veritatē.

ET hæc ἐπιεικείας *. Deinceps docet Hermogenes, quomodo consequamur, ut oratio videatur ἐπιεικῶς †, ἢ ἈΛΗΘΗΣ ‡. Nam, licet initio veritatem fecerat unam è septem primarijs ideis: tamen, cum ad moratam pervenit orationem, agnoscit τὸ ἀληθές † quoque ei subijci. Quod si est, sex tantum, vel ipsius Hermogenis confessione, fuerint ideæ. Imò quinque fortean, cum eidem δεικνύται * nihil aliud sit, quàm aliarum omnium idearum ἐπιεικῶς †. Nos nihilominus ordini Hermogenis insitemus.

* via dicendi.
† rectus
usus.
‡ simplicitatis.
* Sermo esse simplex veritatis affollet.

Sententia quævis in veritatis formâ locum habent, ac imprimis τῆς ἀφελείας †. Nam, ut scenicus Philosophus in Phœnissis scribit:

Ἀπλῶς ὁ μὲν δὲ τὸ ἀληθές ἔστω *.

Ad methodum hæc pertinent. Primò, τὸ μὴ ἀπελθῆναι, h.e. non prædicere animi affectionem: ut cum sine ullâ præmunitione juramus, admiramur, optamus &c. Deinde objectiones adversariorum non dissimulare; sed verè proponere, atque ad ea respondere absque ullâ præmunitione. Præterea, cum ex abrupto aliquid aggredimur: nam initium videtur orationis lubitæ, nec domi præmeditatæ. Insuper, cum orationis ῥήμα immutamus: ut cum à iudicibus transimus ad adversarium; ab hoc ad nos, à nobis ad quæsitorem &c.

Denique

Denique huc pertinet *κατομολογία*, sive confessio. Ut illo Didonis:

Anna (fatebor enim) *miseri post fata Sichæi*,
Solus hic inflexit sensus.

Præterea *ματάνεια*, sive dicti *penitentia*; item *ἐπιπέρας*, verbi *emendatio*; *ἀνάρτησις*, sui ipsius *admonitio*; *λύπη*, dolor propter verbum quodpiam, quod exciderit &c.

Ἀλέξιν variat pro affectuum varietate. Sanè in irâ verba esse debent aspera, ac vehementia: misericordia suavem exigit dictionem: atque ita in alijs.

Σχηματὰ huc pertinent, quæ ostendunt, orationem ex animo proficisci: cujuscumque sunt ista. I. *εἰς ἄσποροφῶν* ad adversarium. II. *ἄσποροφῶν* * *orationis* *μετ' ἐρωτησῶς* *. III. *ἡ δεικτικὴν*, sive demonstratio; cujus & supra *aversiones* meminimus. IV. *διαπρόθεσις*, sive dubitatio. V. *ἐπιστάσις*, sive reticentia. VI. *ἐπιχειρῶν*, sive iudicium Oratoris de personâ, factò, aut re. VII. *ἐπιπέρας*, seu correctio. VIII. *ἄπολυτος* *μελεωμὸς*; distributio non absoluta. Nam absoluta perfectaque meditationem indicat.

Καὶα, *compositio*, ac *clausula*, sese habent, ut in formâ vehementiæ; hoc uno excepto, quòd in misericordiâ, ac oratione lugubri, ea habent locum, quæ de simplici oratione diximus.

XIX. DE GRAVITATE, SEXTA PARTE ORATIONIS MORATÆ.

SUPERVNT *βαρῦτης*, sive gravitas, & *δειρῶτης*, sive dicendi vis. De vi dicendi mox: de gravitate nunc videamus.

ΒΑΡΥΤΗΣ est oratio gravis molestaque animo auditorum: ut quâ orator cum auditoribus exposulat. *Sententiæ* sunt *ἐνεδυστικαί*, sive exprobrantes. Eæ applicantur vel ad res, vel ad personas. Ad res, ut cum quis ait, se pro meritis in Remp. aut nulla accepisse beneficia, aut pro maximis minima &c. Ad personas, ut si dicat quis, se ob id in exilium ejici ob quod alius sit honoribus auctus amplissimis, maximisque.

Μέδωσ est quadruplex: I. diffimulanter de se, aut adversario, loqui. II. res confessas interrogandò ad dubitationem revocare. III. dubitanter affirmare res confessas. IV. judicare aliquid esse necessarium, quod tamen velit indicare non esse necessarium.

Cæteras partes habet cum alijs formis communes, ac imprimis cum simplicitate modestiæque.

XX. DE POSTREMA IDEA, QUÆ EST
DICENDI VIS.

DE sex five ideis, sive affectionibus, satis. Quare, quod reliquum est, dicamus de recto earum usu. Id verò præstat ΔΕΙΝΟΤΗΣ, quam melius *dicendi vim* appelles, quam, ut multi, *aptam, gravitatem*. Quippe non solum aptitudinem significat, sed efficacem aptitudinem. Petrus Nunnescius *prudenciam* appellat. Non malè: at tamen nec optimè, cum ea propriè, ut egregiè ait Scaliger, sit *vis orationis, quæ oritur ex illà prudentiâ, quâ partes suæ cuique attribuantur*. At falluntur, qui *δεινότης* soli characteri magnifico inesse putant; cum consistat in recto omnium idearum usu.

Sunt autem tria quodammodo genera *δεινότης*. Quædam oratio *δεινὴ* & est, & videtur; ut illa Demosthenis *ἐπὶ Ἐλευθεροσίαις*. Quædam est, non tamen videtur; ut de lege Leptinæ, cui occulta inest *δεινότης*. Quædam videtur *δεινὴ*, nec est; ut illa Cyclici scriptoris *:
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.

Talis quoque erat sophistarum oratio, quæ ob verborum gravitatem *δεινὴ* videbatur, cum tamen nulla rebus, aut sententijs, inesset gravitas.

Tum vera, tum apparens *δεινότης*, quatuor habet sententiarum genera. I. τὸ *Ἐξόχον*, quod contra omnium, vel maximæ hominum partis opinionem est. II. τὸ *βαθὺ*, quod est obscurius, ita ut à paucis, ac eruditis solum, intelligatur. III. τὸ *βίαιον*, quo adversarij argumenta in ipsum retorquentur. IV. *περὶ ἐπινομήτων*, quod fit omissione propositionis alterutrius in syllogismo.

Μέθοδος ☉, *cæteraque* petantur è formis *μεγέθους*, sive magnitudinis.

XXI. DOCTRINÆ DE IDEIS, AC SIMVL ELOCUTIONIS ORATORIÆ EPILOGVS.

AT QUÆ hæc est Hermogenis de Ideis doctrina; cuius conspectum dare, quam universam convasare supellestem, magis curæ pretium duxi. Nam quis futurus est scriptoris nostræ modus, si nobis lubido sit, omnia ab alijs bene dicta colligere, ut hodie factores solent, qui unum hoc agunt, ut aliorum fetus de manibus extrudant? Equidem, cum mihi semper cautio fuerit, ut ab hæc scabie unguis tenerem: nunc quoque contentus ero hæc qualicumque ad
 sacraria

facraria Hermogenis manu ductione : ac ne quidem addere animus est iudicium Hermogenis de clarissimis scriptoribus, quod suis ille præceptionibus de Ideis examussim accommodavit. Ipsa Hermogenem adeat juvenus : ac cum eo conferat, quæ ante illum de ideis cum alij tradidere, tum Halicarnassensis (cujus melior pars deperijt) & Aristides, qui fusè de eâ scripsit, ac confuse. Quod sicuti aqua hærebit, cum Græcum adeat enarratorem, tum Trapezuntij lib. v. scholia Ioh. Sturmij in Hermog. Petrum Nunnesium Valent. lib. xv. Rhetor. Instit. Ludovicum Carbonem lib. lxxi. de Elocutione. Sed & quædam super Hermogenis ideis Italicè scripsit Julius Camillus. Pretium quoque fuerit Hermogeni succenturiare eam doctrinæ Hermogenicæ ac Trapezuntianæ censuram, quam scripsit eruditior maximus Jul. Scaliger cap. i. Parafceus. Tantum opem, simul lectori succurrat, id quod supra dicebamus, cum excutere mus, quæ Demetrius, ac Hermogenes, de charactere numero scriptis consignerunt. Id verò istiusmodi est : Quamvis hi commentationes suas non tam ad philosophorum, quàm rhetorum scripserint lucernam : haut dubiè tamen cum poëticæ, tum oratoriæ artis amantes, maximum ex ijs fructum capere posse ; modò usum eorum, quem assidua dabit veterum lectio, cognorint. Sanè poëta præcipuè sectatur magnitudinem, & dulcedinem, præterquam in Comediâ, ac Bucolicis ; quamquam hæc interdum assurgunt, ut argumento est Maronis Pollio ; quemadmodum superius diximus. Orator autem in judiciali genere imprimis sectatur perspicuitatem, *ἁπλοῦς*, & orationem moratam : hinc asperitatem, vehementiam, & *πυρρότης* : ac denique reliquas magnitudinis formas. In deliberativo hoc discriminis est, quod hinc ex ideis moratis moderatè adhibeat objurgationem, ac gravitatem quoque amet. Pægyrica potissimum requirit dulcedinem, & venustatem : at repugnat ei cum asperitas, ac vehementia, tum imprimis *πυρρότης*. Nec partium orationis par ratio est. Quippe in exordijs maximè commendantur *μεβολή*, & modestia ; in narrationibus, cum veritas, tum *πυρρότης*, quæ & ipsa plurimum in contentione, atque epilogo pollet. In *παράτησι* quoque oratione regnat asperitas : in *ἠδικίῃ* verò elucent omnes moratæ orationis formæ, præter objurgationem. Verùm hæc, uti dixi, meliùs assiduâ cognoscuntur antiquorum lectio-
ne. Quare ijs non insisto : sed bonis avibus accedo ad postremam officij oratorij partem, quæ est pronuntiatio. Nam cur ab ijs dis-
sentiam, qui memoriam faciunt quartam Rhetoricæ partem, strictim

ostendi libro primo: fufius autem *de oratoribus* ac pertinacem multorum errorem eluere sum conatus libro de natura ac constitutione Rhetorices. Nec propterea penitus præterire est animus, quæ de memoria scire in interest oratoris: sed præcipua de eâ exponâ capite 1x. in pronuntiacionis præceptis. Neque futurum ignoro, ut instituto huic odiosi ogganniant soplistæ. Sed si a nobis quidem steterit veritas, ut cenfeo: tandem sophistarum illa exolefcet opinio; non secus atque Salamandræ (quas ignem frigore suo exstinguere, putavit Aristoteles †, eumque potius, quàm experientiam, secuti Antigonus †, & Ælianus *) aliquantisper in igne illæcæ consistunt ob terrea curis duritiem; at diutiùs ad motæ comburuntur.

† lib. 5. Histor. animal. c. 19.
† imemate 91. mirabilem narrationum.
* l. 2. Hist. animal.
691. 31.

C A P. VIII.

DE PRONVNCIATIONE GENERATIM.

PRONVNCIATIO, sive actio, est vocis corporisque apta pro rerum affectuumque varietate conformatio.

* Philostratus lib. 2. de vitis philosopharum.
† Virum argui coma, at Rhetoræ voce.

I. QVANTA PRONVNCIATIONIS VIS SIT.

† Cic. 3. de orat. & in orat. perse. 11. cap. ult.
* Cic. 3. de Orat. ad Quinctium Fr. Plinius Veronensis lib. 7. c. 30. Val. Max. lib. 8. c. 10. Philostratus in vitis Sophist. & Photius in intro. biblioth.

PRONVNCIATIO sive actio nihil aliud est, quàm ex rerum, & verborum dignitate, vocis, & corporis moderatio: prout Cicero definit 1. de Invent. Quanta sit ejus virtus, cum Isocrates ostendit orat. ad Philippum, & Dionysius lib. de caractere Demosthenis: tum vel illud argumento est, quod, ut ait Tullius in orat. ad Brutum, *infantes actionis dignitate eloquentia sæpe fructum tulerunt, & discreti, de formitate agendi, multi infantes putati sunt.* Hinc idem inibi hanc quandam corporis eloquentiam; & lib. 111. de orat. quasi sermonem corporis appellat. Alconius quoque eam appellavit vitam orationis, quia sine eâ orationis membra sunt velut emortua, sine sensu, sine motu. Et Philisco Rhetori dicebat Antoninus Imperator *, *Τὸν μὲν ἀνδρῶν δέον εὐνοῦν ἢ λόγον τῶν δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἢ φωνὴν ἢ ἴσιν.* Itaque meritò Demosthenes tribuit ei primas, secundas, tertias; ut præter aliòs † scribunt Photius in bibliothecâ suâ, & B. Augustinus epist. lvi. ad Dioscurum. Sed & olim dictum fuit, in Demosthenis orationibus magnam Demosthenis abesse partem: unde Æschines *, cum rogatus à Rhodijs, pridie ijs legisset suam in Ctesiphontem orationem, ac postridie suâ viliissimâ & maximâ voce prælegisset illam, quæ

quæ erat à Demosthene edita pro Ctesiphonte : illis admirantibus subjecit, *Quanto magis admiraverimini, si audiveritis ipsum!* sive, ut Plinius junior * refert, *τί τ' δὲ εἰ ἀπὸ τοῦ Διέμα τὰ αὐτὰ ῥήματα βοῶντες ἀκμῆσθε;* * l. 2. ep. 3. Nempe se Demostheni imparem agnovit Æschines; quem tamen † quid si illam ipsam belluam suam verba vociferantē audivisset? † maximè apud scrip-
 ipse inimicus Demosthenes à vocis magnitudine appellat † *μεγαλοφρονίατος*. Grammaticus quoque is, qui è varijs nobis Virgilij vitam concipilavit consarcinavitque, autor est, Virgilium maximà cum suavitare recitasse, mirisque lenocinijs. Et Seneca * tradidit, *Iulium Montanum poetam solitum dicere, involaturum se quaedam Virgilio, si & vocem posset, & os, & hypocrisim: eosdem enim versus, eo pronunciantē, bene sonare, sine illo, inarescere quasi muros.* Etiam Statium Papinium à bonà voce commendat vetus Iuvenalis scholiastes †; ubi refert, quantà cum voluprate vulgò audiretur.

II. QUIBUS AD PRONVNCIATIONEM COMPARANDAM SIT OPVS.

COMPARATUR pronuntiatio tribus illis, quibus ad universam disciplinam opus esse, dicere solitus est Aristoteles, ut scribit Laërtius *. Ea sunt φύσις, † μέθοδος, γυμνασία, quæ Aristoteles distinetim requirit III. Rher. cap. XII. Alij appellant, φύσις, τέχνη, καὶ ἀσκησις. Ut auctor libelli de liberis educandis, qui vulgò creditur Plutarchus. Ἡ φύσις, inquit, ἀπὸ μαθήσεως τυφλὸν, ἢ δὲ μαθήσει ἀπὸ εὐσεως ἄλλοτρεῖς, ἢ δὲ ἀσκησεως χάρις ἀμφοῖν ἀπλῆς: h. e. natura sine disciplinâ cæca est; disciplina sine natura mutila; exercitatio autem sine utraq; imperfecta.

Ac primò φύσις, seu naturâ opus est. Sunt enim, quos deterreat frontis mollicies, pudoræque naturâ infusus; ut de Isocrate legimus. Alios deterret vox ipsa, sive ea pro *λαλῆ καὶ σακκευαυμένη*, hoc est, candidâ clarâque, sit *μέλανα*, id est, fusca, prout appellat Tranquillus: sive sit tenuis ac feminea, qualis est, quâ Græci *χοινήσις*, vel etiam *χοινήσις*, Hefychio teste, vocant: nempe *ἀπὸ τοῦ χοίνιζ' ἔρχ.* quod est instar junci flectere: Titinnius eam, sive à Græco *κρότος*, sive à crotalo, *σικκοτυλίαν* vocat. Nonnulli quoque vel *τετυλι* sunt, qui litteram certam efferre nequeunt; vel *ψαλλοί*, qui litteram syllabamve in sermone prætereunt; vel *ἰσχυρόφωνοι*, qui nequeunt celeriter syllabam connectere syllabæ. Nisi potius sic vocantur, qui ita gracillj sunt voce, ut non nisi de proximo audiantur. Sanè *ἰσχυρόφωνοι* sunt pueri, juxta Arist. † Battus, Herodoto *; Moses, juxta *l. x. x. †*: sed Hebræa sonant, *Non sum vir verborum*: ut se *ἑυλαλον* neget, prout Symmachus accepit. Plura autem si de naturalibus vocis & virtutibus, & vitijs, velis, † in pro-blem. † in Terpsichora. † Exod. 4. 10.

Iulium Pollucem ad inōmastici sui lib. II. cap. XXVI.

Quamquam autem hæc ita sint : non tamen ideo est, quòd animum despondeant, qui aliquo naturæ vitio laborant. Notum, quomodo Demosthenes, cum primam artis suæ litteram pronuciare nõ possset, insuperque spiritus angusti esset, timidiorque quàm ut populi ferret clamores ; ipsos canes accesserit, ut ijs magistris hanc litteram disceret, itemque tophis subter linguam positis, magnam vim dictionum, in quibus R esset, idem talem pronuciãrit; ac in littore quoque, cum maximè mare tempestuosum esset, orationem recitãrit, quòd assuesceret contemnere fremitum insanæ multitudinis. Vide Plutarchum in vitã Demosthenis ; cuius hæc de re verba emendat Paullus Leopardus lib. XII. cap. VI. Adi & librum de X. Oratoribus; qui & ipse vulgò adjudicatur Plutarcho, cum ei plurima insint, quæ Plutarcho repugnent. Item Photium vide in Bibliotheca cod. cclxv. E Latinis consule Cicronem I. de Orat. II. de Divinat. & v. de Fin. item Valerium Max. lib. VII. cap. VII. & Fabium lib. XI. cap. ult. Quare

† Labore
curaque
adsequi
quidam da-
vum est.
† ars Orna-
turam scit
frangere.

Ἄλωτα τὸ γίγνεται ἐπιμελεία καὶ κόπος

Ἄπειρα:

ut Menander inquit apud Stobæum. Atque ut Calasiris (sed mente, ac sine alio) apud Heliodorum ait tertio Æthiop. libro : τὴν καὶ ἐπιμελείαν βιάζειται. Ac olim quidem corrigendæ voci habebant φωνασίαις, ex quorum præscripto inter alia remedia utebantur liquidis plasmatis, h. e. medicamentis ; unde Persius sat. I.

--- Liquido cum plasmate guttur

Mobile colleris.

Vox, quæ hæc modo emendata non est, ἀπλᾶς Plutarcho dicitur.

Etsi autem imprimis artis præceptis indigent, qui minùs à naturâ sunt felices : non tamen, quibus natura omnia suggestit, refugere debent limam disciplinæ. Quippe hæc una efficit, ut non casu, sed certo consilio bene agamus. Atque hoc est, quod ait poeta Venusinus :

† lib. 4. od.
4.

Doctrina sed vim promovet insitam.

Denique usu opus est. Sunt enim, qui semper confideant in angulis secretisque librorum ; nunquam verò, desertis parietum umbris, in lucem fori prodeant : cuiusmodi Cato falsè dicebat, hære in Ilocriticis diatribis, quasi cogitarent apud inferos reis patrocinari.

Quemadmodum igitur ad uberem messis proventum tum arvom requiritur

requiritur fertile, tum humana cura ac subactio, sine qua dumos gignit, & lentis squalleque obducitur: ita ad comparandam actionis dignitatem, atque adeo universè in disciplinis quoque capiendis, tum facili naturâ opus est, tum (sine quibus ingenium sylvelcit) artis culturâ & usu, non quidem continuo, sed alijs nonnunquam negotijs distincto: ut Porcij Latronis exemplo constat; qui quoties ex intervallo diceret, longè dicebat acrius, ac violentius; ut auctor est M. Seneca †. Nempè, ut scitè ait Statius in xv. Sylv. *

— *Major post omnia virtus.*

Talis, cantatâ Briseide, venit Achilles

Acrior, & positus erumpit in Hestora plectris.

† *Prefat.*
lib. i. con-
trovers.
* *carm. ad*
Marcell.

CAP. IX.

DE DISCRIMINE PRONVNCIATIONIS
EX SCRIPTO, ET ABSQUE COMMENTARIO.

FIT pronvnciatio vel de scripto, vel memoriter.

Sed longè præstat, ut sine scripto dicamus; tum quia lectioe multum deperit de vi, & gratiâ actionis; tum quia orator, qui legit, minus est admirationi, eoque minus movet.

Viris tamen principibus, & in Rep. occupatissimis, vitio verti nequit, si dicant e commentario.

*Idem conceditur, cum ægrotis, tum senibus, ac pueris, omnibusque qui de-
mum se exercere incipiunt in oratoriâ facultate.*

*Et si autem non pertinet ad munus Rhetoris, docere, qua memoriâ juven-
tium plurimum tamen oratori profunt præcepta, qua traduntur ad firmam-
dam memoriâ.*

I. DE DVPlici PRONVNCIANDI MODO, ET QVIBUS
E SCRIPTO DICERE SIT CONCESSVM,
ET AN RHETORIS SIT AGERE
DE MEMORIA.

EORVM, qui orationem habent, alijs e commentario recitare so-
lent, alij memoriter. Cæsar Augustus, ne periculum memoriæ
adiret, vel in ediscendo absumeret tempus, fere de scripto recita-
bat: ut auctores sunt Tranquillus †, & Dio ‡. Etiam Carolus Quin-
ctus, patrum nostrorum memoriâ, ad Belgicæ proceres orationem è

† l. 2. c. 34.
‡ initio libri
52.

scripto recitavit, cum terræ hujus imperium traderet filio suo, Philippo. Nec solis illud viris principibus conceditur: sed omnibus ijs hoc permitti solet, quos aut morbus impedit, aut ætas. Imò nec eos urgere nimium oportet, qui se demum exercere incipiunt in arte oratoriâ. Nam quia rudia sunt initia, atque impolita; non expedit, ut aliquis talibus ad verbum ediscendis tempus absumat. Quippe sic fiat, ut non admodum bona tenaciter nimis memoriæ inhæreant. Quamobrem rectius impendetur tempus, partim melioribus componendis; partim ediscendis Demosthenis, Tullij, atque aliorum scriptis.

At dispar eorum ratio est, qui egregios in hâc arte progressus fecerint, aut serias agant causas; nec, quo minus memoriter dicant, vel occupationibus impediuntur, vel morbo, vel ætate, vel imbecillitate memoriæ, vel pudore, aut metu. Nam nimium quantum gratiæ, ac virium de pronuntiatione deperit, dum quis in recitando lectioni vacat, neque oculos, ac vultum, à commentario valet referre. Quod & B. Bernardus observat epist. LXVI. ad Gaufridum abbatem. Sed tota hac de re vide dialogum Cælij Calcagnini, quem de memoriâ inscripsit.

Oratori itaque memoriâ planè felici opus est: ut qui non rerum modò debeat meminisse, sed etiam verborum: unde Tullius † in eo Iuriconsultorum memoriâ requirit.

Falluntur interim, qui memoriâ statuunt quartam Rhetorices partem. Nam longè aliud est præcipere oratori, ut memoriter dicat: aliud tradere præcepta firmandæ memoriæ. Prius illud Rhetoris est monere. Posterius hoc ad artem pertinet *memoriae doctrinæ*: quæ cum memoriâ dirigat, ac perficiat, oratori quidem utilissima est: at non magis, quàm Logice, quæ rationem dirigit, de oratoriæ est artis *essentia*.

Nec propterea improbandum est eorum studium, qui aliqua de hac in Rhetorices delibant: sed eos falli putamus, qui in quinquepartitâ suâ hujus artis divisione, etiam memoriæ meminerant, quasi iusta ac segrega esset pars hujus facultatis.

Quamobrem etsi animus non est infercire hoc loco totam memoriæ artem, quod à nonnemine operosè factum video: puto tamen, non fore alienum ab instituto nostro, si *de præcipuis* † præcipua attulero in eorum gratiam, quibus necdum licuit arti integræ vacare.

† Hermoge-
nes inter
pueros se-
nex, & inter
senes puer.

* lib. 3. in
pradicamē-
ta Aristote-
lis, quo loco
de habitu, &
dispositione
tractat.

† in expli-
catione ar-
restit' olosa-
ni.

dicebat Antiochus sophista: Ε'ρροσσης ε'σ' ο'σ' α'ν'θ'ρω'πος ε'σ' η' γ'ρη'ται ο'σ' α'ν'θ'ρω'πος. Au&or Philostratus Lemnius in Sophistis, Suidas in Ε'ρροσσης, & ex ijs Cælius Rhodiginus lib. XXI. cap. VI. Brevitatis causâ mitto, quod Severinus Boëthius * commemorat de oratore, qui febris amiserat doctrinam: (quamquam is fortasse haut alius est à Messalla; de quo diximus) mitto itē, quod de clarissimo jurisconsulto Decio, preceptore suo, narrat Corraſius †. Hujusmodi vix aliam habuere causam, quàm viciatum cerebri temperamentum, sive id calore ac siccitate nimia contigerit, ut in pestilentia Atticâ: sive frigore, atque humore, ut in Hermogene. Nam, ut vulgò dici solet, frigus oblivionis mater. In humido autem siquid scribitur, id statim diffluit. Quare ij, quibus est cerebrum mediocriter calidum, & siccum, conſervationi ejus studere debent: contrâ si excessu illud, aut defectu labore, vitio huic corrigendo danda est opera. Modus & via, quâ id consequimur, consistit in moderatione exercitij, cibi, somni. Nam humidam, ac frigidam temperiem emendant moderatum corporis exercitium ante cœnam, victus temperatus, & cui in cœna paullum addatur vini, vacatio meditationis à cœna, somnus mediocris, quique in alterutro potiùs latere fiat, quàm in occipitio. Labor enim inutiles consumit humores. Immoderatus cibus, ac potus, corpus replet crudo humore. Studia à cœna avocant calorem à stomacho, eoque concoctionem impediunt. Somnus diuturnus humectat nimium: nimis exiguus immoderatè exsiccat. Vnde illud poëtæ *:

* Ovid. I.
de Art. 1.

Attenuant juvenum vigilata corpora noctes.

Qui verò in occipitio fit, facit, ut humores occiput petant. Sunt & medicamenta, quæ memoriam juvent. Sed periculo non carent illa, quæ interius assumunt; imprimis juvenes, qui calido sunt temperamento; eoquē remedijs ejusmodi vehementer lædunt imaginationem, quam humidam esse convenit. Et sæpe illud compertum, qui à medicamentis id genus remedium memoriæ quærunt, in acres incidisse febres, ac interdum etiam in delirium. Atque ut mala ista evitemus; tamen sic quoque cogitandum, plus eum damni facere, quàm boni, qui cum detrimento imaginationis juvet memoriam, cum hæc famula sit imaginationis, & rationis. Non dubium igitur, quin tutiora sint remedia topica sive externa: ut sunt frictions occipitis, lotiones certis factæ herbis, moderatæ inunctiones: quæ legere licet apud Marsilium Ficinum libro de sanitate studiorum, Gratarolum de memoria, atque alios.

Plurimum quoque memoriæ prodest animi quies. Cui repugnat negotio-

negotiorum gravitas, ac multitudo. Nam sanguinem ea, ac spiritum accendit: unde provenit imaginum sive specierum commixtio, atque obliteratio.

Eâdem de causâ nocent affectus: qui non immeritò *quædam*, sive passionēs vocantur. Nam conturbando sanguinem, & spiritum, species pariter perturbant, Cujus rei in Theophrasto exemplū habemus, & Demosthene: ut retulit Gellius lib. VII. cap. VIII. Liber ille perit: sed residua argumenta, quæ ab ipso Gellio sunt, satis id docent. Verba ejus sunt: *Quod Theophrastus philosophus, omnium suæ ætatis facundissimus, verba pauca ad populum Atheniensem facturus, deturbatus verecundiâ obtulerit: quodque idem hoc Demostheni apud Philippum regem verba facienti evenerit.* Hoc ipsum usu venit jurisconsultissimo Bartholomæo Sozino, Senensium suorum nomine gratulatore Papæ Alexandræ VI: atque iterum, cū dicendum ei esset apud Augustinum Barbadicum, Venetæ Reip. principem. Idem contigit quoque doctissimo & disertissimo Francisco Barbaro, dicturo apud Philippum, Mediolanensium ducem. Auctor de utroque Crinitus †. Quare, qui orationem habiturus est, graves variasque occupationes ad tempus omittat. Quod si pudor, aut metus, à dicendo deterreat: cogitet de humanitate audientium; nec tam universos sibi proponat, quàm singulos.

† lib. 5. de honestis disciplinæ cap. 3.

III. QVO FACTO ORATIO FACILIVS EDISCATUR, ET AN AD VERBUM EDISCERE EAM OPORTEAT.

Nunc videamus, quæ orationem ipsam tangunt. Vt ante omnia est commoda ejus dispositio, quâ memoriam plurimum juvari, etiam Tullius ait in secundo de oratore. Ejus rei scitè hanc rationem adducit Aristoteles *, quodd unum meliùs retineamus, quàm plura. Ac quemadmodum ex pluribus annulis fit catena: ita in oratione ex multis aptè connexis unum fit. Quare ut faciliùs catenam custodias, quàm complures annulos disjunctos: ita etiam faciliùs retineas aptè cohærentia, quàm ubi nullus est ordo. Vt omnino, sive nostra ediscimus, sive aliena; seriem imprimis spectari oporteat.

Expedit etiam, ut oratio scribatur. Nam ita fit, ut animus divitiis rei immoretur: ac dum aliquid chartæ inscribitur, simul inscribatur animo. Quæ ipsa de causâ rex Hebræorum manu iuâ librum Legis describebat: ut præcipitur Deuter. XVII. 18: ac fusiùs enarrat R. Moses Maimonides †.

* lib. de memoria & reminiscencia.

† Halach Melech cap. 3. & Halach Tephilin cap. 7. & inde Schickardus de regis iure cap. 2.

Præterea conducit, ut ad scripti oram memoratu dignioribus nota aliqua apponatur; cujus monitu fiat, ut facilius citiusque animo se res offerat. Placuit id Fabio quoque, cum ait: *Non est inutile, quò facilius hæreant, aliquas apponere notas, quarum recordatio commoveat, & quasi excitet memoriam.* Et paulò post, exemplo id illustrans, ponere jubet *anchoram, si de nave dicendum esset; spiculum, si de prælio.*

† lib. 9. cap.
2.

Nec aspernanda est admonitio, quam apud eundem inibi legere est. *Si, inquit, longior complectenda memoria fuerit oratio; proderit per partes ediscere. Laborat enim maximè onere. Et hæ partes non sint exigua. Alioqui nimis multa erunt, & eam distinguunt, atque concident.*

Multùm etiam refert, quo loco, & tempore edifcas. Præstat locus solitarius, partim, ne ea, quæ in sensus se foris ingerunt, memoria impediatur: partim ut clarâ voce recitari possit oratio.

Tempus commendatur matutinum post digestos cibos. Quamquam nec inutile sit, sub somnum ediscere; quò in somnis, ut cibus stomacho, ita oratio cerebri velut concuatur, & quasi in sanguinem vertatur, & succum.

Hæc, paucaque alia id genus, magis conducunt oratori, quam illa locorum imaginumque doctrina, quam tradidere Carneades, & Metrodorus Scepsius, atque è junioribus Raimundus Lullus: cujus doctrina magis est ad ostentationem, quam ad fructum; ut ostendimus libro de Natura Rhetorices.

Supereff illa quæstio, utrùm fatius sit, orationem edisci ad verbum; an ut, rebus animo comprehensis, neutiquam ad verba nos alligemus. Sanè adolescentibus, atque omnibus, quibus nondum suppetit elegans Latinæ dictionis suppellex, magis expedit ediscere ad verbum, ne inornatè dicere cogantur. At dispar est ratio eorum, qui in dicendo sunt exercitati. Quales si verbis se alligare velint; fieret subinde, ut oblivione unius verbi turpiter hæsitarent, dum verbum illud quærunt, nec inveniunt.

DE DIVISIONE PRONVNCIATIONIS,
AC SPECIATIM DE VOCIS
MODERATIONE.

DIVIDITVR pronuntiatio in moderationem vocis, & corporis motum.

Vox distinguitur quantitate, & qualitate. Vtraque variat pro rebus, & affectibus.

Contenta voce atrociter dicimus; summissa, leniter; inclinata oportet videre gravem; inflexa miserabilem.

I. PRONVNCIATIONIS PARTES, ET VTRVM
MAGIS MOVEAT MODERATIO VOCIS,
AN CORPORIS MOTVS.

PARTES pronuntiacionis, ut Halicarnassensis † verbis utar, sunt † τὰ ἐν τῷ τῷ φωνῆς, ἢ τὰ σχήματι τῷ σώματι. † affectiones vocis, & Διμεδ. anima-
corporis configuratio: illa aures, hæc oculos movet; per quos sensus ad † διείρη.
animum penetrant affectus.

A voce dicitur hæc Rhetorices pars pronuntiatio: à gestu autem appellatur actio. Quæritur, utrum in dicendo plus actio valeat, an pronuntiatio. Fuere, qui majorem putarent gestuum habendam esse rationem, quàm vocis. Sic ipse Tullius sensit in tertio de Oratore: *In ijs omnibus, inquit, que sunt actionis, inest quaedam vis à natura data. Quare etiam hæc imperiti, hæc vulgus, hæc denique barbari maxime commoventur. verba enim neminem movent; nisi eum, qui ejusdem lingua societate conjunctus est: sententiaque sæpe acute non acutorum hominum sensus prætervolant: actio, que præ se motum animi fert, omnes movet. isdem enim omnium animi motibus concitantur, & eos isdem notis, & in alijs agnoscunt, & in se ipsi judicant.* Sed in plerisque horum verear Tullio subscribere. Video enim, ut *οὐ τὸ δούτῃ τὸ ἴδιον κίνησιν*; qui vocem habent suavem, ac gratam, multò audiuntur libentius, ac magis etiam † divini
moveant, quàm qui gestibus quidē præstant, sed voce sunt absona, † comes.
atque absurdà. Imò olim etiam multi, qui gestibus carerent, modestiæ ac verecundiæ nomine commendabantur. Sanè de Demosthene ipso illud profuturum est, ne manum quidem in dicendo protulisse

† 111. 5.
§ 112.

extra pallium; ut libro 1111 diximus. Ratio etiam pro hac sententia facit. Cum enim oratio ad auditum, non ad visum referatur: magis ei vim addet bonitas vocis, quam gestuum. Nec movere illud debet, quod Tullius pro se adfert, gestus ab omnibus intelligi; vocem non item. Nam ut gestus ab omnibus videntur; ita suavitas vocis ab omnibus auditur. Nec magis delectat gestus citra vocem, quam vox sine gestibus. Argumento est cantus lusciniæ, ac eorum quoque, qui linguâ canunt alijs ignotâ. Atque ut hæc non essent, cogitare Tullius debuit, cum vocis, & gestuum vis confertur, sermonem esse de voce, quæ intelligatur. Nam oratorem informat ipse; qui cum sit vir prudens, nunquam linguâ utetur ignotâ ijs, apud quos dicit. Sin notâ loquatur, nihil magnopere requiret auditor, quàm ut vox rebus apta sit: gestus verò, quamcunque convenientes, absque vocis bonitate exiguam vim habent. Quare etsi magis movebit auditor, si ad vim vocis etiam gestus accesserint: tamen sine voce jacet omnis corporis motus; at vox sine corporis motu magnam vim habet.

II. DE VOCE, QUATENVS AD TOTAM ORATIONEM PERTINET.

QUARE de voce prius agemus: ac ut à generalissimis ordiamur, *καθολικὸν* præceptum est, vocem & gestum ita temperari debere, ut gestus vocis, vox rebus consentiat.

Præcepta, quæ ad solam vocem pertinent, vel totam respiciunt orationem, vel certas ejus partes.

In totâ oratione consideratur tum quantitas vocis, tum qualitas.

Quantitate vox est grandis, vel exigua, tarda, vel præceps.

Qualitate est plena, exilis; levis, aspera; candida, fusca; acuta, gravis &c.

In quantitate tria sunt observanda. Primum est, ut soni magnitudinem pro loci moderemur amplitudine.

Deinde, ut singula cum morâ aliquâ proferantur. Nam præceps sermo est indecorus, minus etiam intelligitur, numerus quoque ejus incassum aures prætervolat, sine voluptate ullâ, aut fructu.

Tertium est, ut cui vox sit imbecillior, rarius attollat, sæpe deprimat, sæpe flectat. Est autem vox similis nervis: nam quo remissior, hoc gravior est: quo intentior, hoc est acutior.

In qualitate inprimis consideranda sunt, claritas, & suavitas. Ad clarita-

claritatem pertinet, ut planè loquamur, & articulatè; non turbidè, & adhæsè. Conferunt ad claritatem quatuor illa, quæ ad firmitudinem vocis requirit autor ad Herennium. Nempe primò, ut in exordio sedatà utamur oratione. Nam læduntur arteriæ, si clamore exasperentur, priusquam leni fuerint voce permulsæ. Et quid magis agreste, quàm incipere cum clamore? Deinde ut intervallis longiusculis distinguatur sermo. Siquidem vox recreatur respiratione, & arteriæ reticendo quiescunt. Incivile etiam, non relinquere auditori spatium cogitandi. Tertium est, ut vox crebrè immaturetur, quia hæc ratione fit, ut omni voce integri sumus. Nihil etiam *morosius*, & jacenti oratione ingratius. Ideoque -- *Et t' citharædas,* † *Horat. in Arte.*
Ridetur, chordà qui semper oberrat eadem.

Denique, ut vitemus exclamationes acutas. Nam & his vulneratur oratio dicentis, & aures læduntur auditoris. Neque quicquam magis illiberale, quàm vociferatio.

Hæc in re ne peccarent veterum nonnulli, phonascos habebant, qui vocis modos ac tenores regerent. Atque id vel notum è Gracchi *fistulâ concionatoria*, quemadmodum Ammianus † vocat, *lib. 30.* quam Quintilianus *tonarium*, Hero in Pneumaticis *phibongarium* appellat. Vide de eâ Gellium lib. I. cap. XI. ubi aliquantò aliter hæc de re scribit, quàm alij. Vult enim eos, qui compertis hanc rem memoriæ tradiderunt, fistulatorem dicere in circumstantibus stetitisse; non autem ponè Gracchum, ut, oluere Cicero III. de Orat. Quintilianus lib. I. cap. XVI, Valerius lib. VII. cap. XVI, itemque Plutarchus in vitâ Gracchorum.

Suavitatem comparamus imitatione eorum, qui suaviter loquuntur, eaque soni moderatione, quâ ad finem usque firmitudinem & mollitudinem retinet. Et hæc quidem de voce, quatenus ad universam pertinet orationem.

III. DE VOCE, QUATENUS PRO ORATIONIS PARTIBUS ALIA EST, ATQUE ALIA.

SED & sonus mutatur pro partibus orationis tum majoribus, tum minoribus. Majores voco, in quas rhetores dividunt orationem; uti sunt exordium, narratio, & cæteræ. Minores appello, partium harum pro affectu variantes.

Vt à majoribus ordiatur, non debet orator, simulac dicturus prodijt, erumpere in verba: sed oportet, ut prius paulùm cogitabundus.

duſ moretur; idque tum quia auditores hæc oratoris cura delectat, tum quia interea ipſe ſe colligat, atque ad dicendum componat.

† 13. *Mæ.* Ita Ulyſſes apud Naſonem † paullisper conſiſtit, oculis in terram defixus, ſceptroque immoto, priuſquam eloquentiam ſuam torrentis inſtar effundat. Quod illa indicant:

--- *Atque oculos paullum tellure moratos
Extulit ad proceres, exſpectatoſq; reſolvit
Ore ſonos.*

In exordijs tamen abruptis ſubito licet erumpere. Quale illud Ci-
* in *Catil.* ceronis *: *Quoſque tandem abutere, Catilina, patientiã noſtrã?*

3. Præterea in exordio, niſi indignatione conſtet, voce utendum ſubmiſſã, ac verecundã. Nam ad animos hoc conciliandos facit. Cæteroquin futurum, ut feroculum illum oratorem omnes averſentur. Adde quodd ſic magis conſulitur vocis firmitati; ut antea dicebamus.

Ab exordio paullatim inſurgit vox. Ac in narrando quidem voce utimur apertã, ac ſimplici; ferè iſtiusmodi, qualis eſt in ſermone familiarium.

In confirmatione vox eſt varia. In argumentatione ea eſt feverior; niſi argumenta aded ſint l via, ut ea rideamus; eoque ironice aliquid ſit pronuncian- dum.

In peroratione, quaſi partã victoriã, vox ſolet eſſe excitatior; ut ita oſtendat orator, ſe niti bonitate cauſæ, magnamque fiduciam in probitate, & prudentiã auditorum collocare.

Venio nunc ad partes minores: quæ partim reſpiciunt verba; partim res, & affectus.

Verba ſunt vel ſimplicia, vel conjuncta. In ſimplicibus curandum, nequa abſorbeat ſyllaba: item ut *ἁπλοῦν ἁπλοῦν* proferantur: omniaque, quibus venuſtas, aut vis ineſt, longiori dicantur tractu. E. G. metaphoræ, & ironiæ; item comparativi, & ſuperlativi; ad hæc quæ quantitatem ſignificant; ut tantus, quantus &c.

In conjunctis videndum, ut quæ numeroſè ſcripta ſunt, etiam obſcuriori quadam modulatione efferantur. De cantu hoc ita Tullius in Oratore: *Eſt, inquit, in dicendo etiam cantus quidam obſcurior, non hic è Phrygia, & Caria; ſed ille, quem ſignificant Demothe- nes, & Aſchines, cum alter alteri obijcit vocis flexiones.* Et Quintilianus lib. XI. cap. III: *Tales ſunt illa declinationes vocis, quas invicem Demothe- nes, atque Aſchines, exprobrant, non ideo improbatæ. Cum enim uterque alteri obijciat, palam eſt utrumque ſeciſſe.*

Denique

Denique etiam rerum, & affectuum, habetur ratio. Vnde Augustinus oratione, quæ Gratiano pro consulatu gratias egit: *Quis tenor vocis, cum incitata pronuncias! que inflexio, cum remissa! qua temperatio, cum utraque dispensas! Quis oratorum lata jucundius, facunda cultius, pugnantly densius, densata glomeratius, aut dixit, aut, quod est liberum, cogitavit?* Quare, ut oratio rebus conveniat, grandia recitabimus cum majestate quadam, atrocia concitatè, tristitia flebiliter, mediocria temperatè.

In suadendo, & monendo, utemur voce gravi; in laudando, magnificè ac sublimi.

Propopociam fictà voce efferemus; reticentiam concisè. Denique observabimus, quæ vox propria sit mirantibus, interrogantibus, indignantibus, iridentibus, & alio quovis motu affectis.

CAP. XI.

DE MOTU CORPORIS.

VULTUS imago est animi, indices oculi; quorum intentione, remissione, conjectu, aut hilaritate, motus animi significabimus. Oris speciem non nimis mutabimus, ne ad pravitatem, aut ineptias deferamur. Status sit rectus, & celsus; nulla mollitia cervicium, nulla argutia digitorum, non ad numerum articulus cadens; trunco magis toto se ipsum moderans, & virili laterum flexione, brachiorum projectione in contentionibus, contractione in remissis.

I. NON OMNIA, QUÆ VETERES PRÆCIPVNT DE
ACTIONE, AD RHETOREM PROPRIE PERTI-
NERE: NEC OMNIA, QUÆ PERTI-
NENT, SECVLO NOSTRO
CONVENIRE.

HACTENVUS de voce: sequitur de corporis motu. Et varias quidem gestuum significationes è sacris literis sedulo collegit Benedictus Arias Montanus libro VIII. Antiquitatum Judaicarum, qui inscribitur Ieremias, sive de actione. At, quia ille partem eam accuratè satis est persecutus, ferè continebimus nos intra gentium scriptores. Ordinem autem à divisione hujus doctrinæ. Nam actionis præcepta partim universè vitam spectant, ut quæ pertinent ad actio-

ad actionem gravem, & veracem; atque hujusmodi propriè ad Ethica pertinent, quorum pars est morum civilitas: partim propriè magis respiciunt actionem ad persuadendum accommodatam; nec ab alio, quàm Rhetore, traduntur. Posteriora hæc duùm sunt generum. Multa enim à veteribus præcipiuntur parum convenientia moribus nostris. imò ejusmodi planè, ut si nunc ijs utamur, risum magis cieant, quàm causam juvent. Quocirca non omnia, quæ hac de re in veterum monumentis leguntur, albâ signare lineâ oportet: sed suæ quisque ætatis, ac gentis, rationem habere debet. Itaque ea potissimum adferemus, quæ accommodata sunt seculo nostro. Ex ijs verò, quæ jam desita sunt, pauca solùm delibabimus; idque vix alio fine, quàm quia inde lucis aliquid accedat scriptoribus antiquis. Nec planè negligam ea, quæ dicebam ex fontibus Ethicis derivari: quandoquidem istiusmodi erunt, ut liberalem eruditionem alant, & ita fere fit, ut ad sacraria hujus artis etiam admitti soleant, qui moralem philosophiam nonnumquam gustarunt.

II. DE STATV, AC SESSIONE ORATORIS.

PRÆCEPTA de corporis motu partim totum respiciunt corpus, partim aliquod ejus membrum.

Ad universum corpus pertinent status, & sessio.

Sessio fit superiori corporis parte erectâ, inferiori immotâ. Sed et si hac quoque usi veteres in causis minoribus, quemadmodum ex Quintiliano, & Plinio, constat: tamen id rarum fuit, ac hodie quoque vix habet locum extra orationes senatorias. Quare, eâ præteritâ, agere rhetores solent de corporis statu; qui & nunc obtinet, & antiquissimis etiam temporibus in usu fuit. Olim enim & reges, & quicumque ad populum verba facerent, stare solitos, scribit Eustathius * ad Homericum illud Iliad. A:

† pag. 46.
edit. Rom.

† Hu con-
surgens dixit
pedibus ce-
ler Achilles.
* act. 5. sc.
ali.

Τὸν † δ' ἀναστάντα· ὡς ἐστὶν πῖδος αἰὼς Ἀχιλλεύς.

Ad consuetudinem hanc respexit Plautus Mostellariâ ‡:

TR. *Herce mihi tecum cavendum est: nimis quam es orator
catus.*

CA. *Sine me dum istuc judicare: surge, ego isti assedero.*

Nam senem assurgere ait, quò oratoris sustineat partes adversus servum: se sedere velle, tanquam causæ judicem inter senem, & servum. Idem indicat Ciceronis locus Catil. III, de Lentulo: *Siquid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. atque ille quidem primo ne-*

gavit : pōst autem aliquantō, toto jam iudicio exposito, atque edito, surrexit :
 quæsiuit à Gallio, quid sibi esset cum ys &c. Ovidius de Cæsare Germa-
 nico lib. ix. de Ponto †

Dumque silens adstat, status est vultusque deserti.

† eleg. 7.

Et de Aiace XIII. Met.

Surgit ad hos dominus clypei septemplex Aiæ.

Atque ibidem de Ulysse:

-- donec Lærtius heros

Adstitit, atque oculos paulum tellure moratos

Sustulit ad proceres.

Ad stationem etiam pertinet incessus : à quo nihil periculi est ijs,
 qui de umbone dicunt; uti in Ecclesiâ, vel Academiâ fit. Sed longè
 alia oratorum ratio olim fuit. Itaque præcipiunt atqui, ut incepsus
 sit rarus, ac tantummodo in causis publicis, ubi opus habet ora-
 tor singulis rem inculcare. At huc illuc cursitare, & quod de Man-
 lio Surâ dixit Domitius *Ater, fatagere, vitiosum erat: unde & Fla-
 vius Virginius †, cum adversarius multum discurrisset, venisset eum
 rogavit, quot millia passuum declamasset. Cassius quoque Seve-
 rus † adversus oratores, qui circumcursitarent, lineam poscebat, quæ
 eos contineret,

* Fab. lib.

6. cap. 4.

† ib. 11.

cap. 3.

† Fab. lib.

11. cap. 3.

† Fab. ibi-

dem.

III. DE VVLTV, AC TOTIVS CAPITIS GESTV.

CAPITE utemur recto, non obliquo, inque cervicem reflexo :
 non casanti, siye demisso dejectoque; quod tristium est. Plau-
 tus Bacch. †

-- tristes illico

Cum exemplo à portu ire nos cum auro vident;

Subducunt lembum capitibus casantibus.

Vt quidem Lambinus legit. Vbi in MSS. *quassantibus*; quod est
 iratorum. Vnde Odyss. P de Ulysse, cum ab Antinoo esset pulsatus:

A N. * *ἀντινοῦ νῆπος ἄσπετον ἐκείνῳ δουλεύοντι.*

Sic Virgil. VII. Æn.

Tum quassans caput hæc effudit pectore dicta.

Imò Plauti ipsius est Afimariâ †:

Atque hercle ipsum ad eam contuor. quassanti capite incedit.

Vbi *casanti*, quod Lambino placuit, locum non habet, cum min-
 bundi descriptio sit.

Sed neque capite erimus rigido, & immobili, quod barbarum

† Act. 2. sc.

3.

* At taci-

tus concussis

capite, mala

animo inter-

ius molitur.

* Act. 2. sc.

est: neque è contrario id crebrè inflectemus: quomodo, ut Catul-

* *carmina de*
Boetius. &
Aly.
† *apud No-*
mum in
jactare.

--- *capita Manades vi jaciunt hederigera.*

Varro de eadem re in Eumenidibus t:

--- *Tibi nunc semiviri,*

Tevetem comam volantem jactant tibi Galli.

Item Tacitus xi. Annal. *Ipsa crine fluxo, thyrsus quatens, juxtaque Sillus edera vincens, gerere cothurnos, jacere caput.*

Variat vultus pro rei natura: cui, ut diximus, conformanda est ipsa actio, ne rideamur cum rhetore illo, quem Philostratus scripsit, cum dixisset, *Ἰ Ζεὺς* †! in terram conjecisse vultum; cum addidisset, *Ἰ γῆ* *! oculos in coelum sustulisse; cum rerum natura contrarium diceret. Quare, ne similem committamus sollecissimum, si res fuerint lætæ, vultum induemus hilarem; si tristes, mœsticiam nostram vultu testabimur; atque ita in alijs. Horatius in Arte:

--- *Tristia mœstum,*

Vultum verba decent; iratum, plena minarum;

Ludentem, lasciva; severum, seria dicta.

Perfius sat. 1:

--- *Vernus, nec nocte paratum*

Plorabit, qui me vult, incurvasse querelâ.

Hoc est, verè ei, non fictè ut ploret, opus; *πρὸς αὐτὸν, ἢ πρὸς αὐτῶν.*

† *And. ad.* Nec enim paullum interest, ut Davus apud Comicum † ait,

† *sc. 4.*

--- *ex animo omnia,*

Vt fert natura, facias, nec de industriâ.

Itaque Cicero pro S. Roscio Amerino juoet judices considerare † *pro Gallie.* Erucij negligentiam in accusando. Et alibi †, ut infra plenius liquebit: *Tu, inquit, istuc M. Callidi, nisi fingeres, sic ageres?*

De fronte, ac supercilijs, ita Plinius lib. xi. cap. xxxvii: *Frons & alij; sed homini tantum tristitia, hilaritatis, clementia, severitatis index. In adscensu ejus supercilia homini, & pariter, & alternè mobilia, & in his pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicant factum. Superbia alibi conceptaculum; sed hic sedem habet. In corde nascitur, huc subit, hic pendet. Nihil altius simul abruptiusque invenit in corpore, ubi solitaria esset. Hæc exemplis illustriora fient. Ac primùm de tristitia quod ait, id capiendum de fronte corrugata: quod Plauto est *caperare* * frontem, vel *consulcare* †, vel etiam *contrahere* †: quod & Cicero *, & Horatius †, usurpant. Ac Græci similiter hanc frontis, & supercilliorum contractionem vocant *συναρπυσθῆναι*: unde *συναρπυόμενος* † id*

* *Epid. act.*

† *sc. 1.*

† *prolog.*

Bacch.

† *prol.*

Amph.

* *pro Cluët.*

† *sat. 2. lib.*

2.

Luspi-

Euripidem † exponitur *λυπόμενος* : & Sophocles in Antigone, *νεφέλω* † *Αλεξάνδρῳ*, dixit pro adspēctū mœsto ac tristi.

Neque hæc de supercilijs doctrina nihīl ad rem facit. Nam, ut Fortunatianus * ait, *Supercilia & oculos formant, & fronti imperant.* *His enim vultus, & contrahitur, & attollitur, & remittitur.*

Addit Plinius de hilaritate : cujus indicium præbet frons exporrecta, & diffusa ; item supercilium compositum, ac remissum. Sic sanè *exporrigerē* frontem dicunt Plautus *, & Terentius † : *explicare* frontem Horatius ‡. Pindarus Pyth. od. ix :

Ἄγασθ' * χλιδῶν χλιδῶς ὀφρύϊ.

Et Euripides Iphigeniā in Aulide :

Μέδης † οὐδ' ὀφρύϊ, ὄμματ' ἐκτανον φίλον.

Appuleius lib. i. i. Met. *Sui longè dissimilis advenit, non ex lata facie, nec sermone dicaculo ; sed vultuosam frontem rugis insurgentibus afferebat.*

Sequitur apud Pliniū de clementia ; quā fronte ostendi, satis liquet ex eo, quod de hilaritate diximus. Nam bilares, ac læti, solent esse clementes ; ut cūm de lenitate ageremus *, ex Aristotele monebamus. Addit deinde Plinius de severitate : quæ indicatur fronte contractā, & supercilijs subductis, vel etiā inæqualibus. Ut argumento est, quod Tullius Pisonem †, interrogatū, quid sentiret de consulatu suo, respondisse ait : *altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, Crudelitatem sibi non placere.* Eiusdem est pro P. Sextio : *Tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio, tanquam Rhadamanthus ille, nisi videretur.* Ita enim optime emendantur. Etiam Euripidis est in Rheso :

Ἄδων * βλεφάρων γρηγορὸν ἔδραν.

Atque ex his liquet, cur supercilium accipiatur pro severitate, vel gravitate. Ut in carmine Ithyphallico :

Conveniens Latio pone supercilium.

Cui geminum hoc apud Martialem lib. x. ep. v :

Contigeris nostros, Casar, si forte libellos,

Terrarum dominum pone supercilium.

Etiam apud Valerium Max. lib. vi. cap. ix Stephanus Pighius reperit in septem codd. MSSis : *Horridum C. quoque Sulpicij Galli m. vitale supercilium.* Vbi in vulgatis est, *supplicium.*

Ad severitatem quoque refero illud Diphili apud Athenæum lib. ix :

Τὸν * τὰς ὀφρύς αἰγῶντα, συμπαύδης ; γλῶσφ.

* Casinā.

† Adelpb.

‡ lib. 3. od.

29. & sat.

2. lib. 2.

* hilaris super-

percilio lenè

videns.

† Remitte

nunc super-

cilium, &

charum sive

latum ex-

porrige ocu-

lura.

* l. 2. cap. 2.

3. scilicet. 2.

3. orat. in

Pisonem.

* Solve mæstem sedem palpebrarū.

* Et, quæ supercilium attollit, perfrangit, ut videtur.

Vbi non de mœsto agitur, ut putarunt; sed de severo ac tristi, h. e. tetrico, ac qui (ut Appuleius loquitur) *senili tristitie striatam gerat frontem*. Qualis flore Liberi patris largius exceptus (nam ad Bacchum fiunt verba Diphili) hilariter diffluet in risum. Tales & *constricta*, vel *adstricta frontis* dicuntur. Petronius:

Quid me spectatis constrictâ fronte, Catones?

Martialis lib. xi. ep. xi:

Et numeras nostras adstrictâ fronte trientes.

Hoc de tetrico, & severo dici, indicat, quod subjungit:

Desine: non possum libertum ferre Catonem.

Porro sequitur apud Plinium, supercilij etiam annui, & renui.

Vt II. A:

* Dixit, & nigris supercilij annui Satur-
nium.

† Illa verò supercilio innuit: intellexit autè divinus Ulysses.

‡ Non in-
cligis, oculis
mibi omnes
innuit?

* ad. 2. sc.

1.

† l. i. sat. 9.

* Supercilij

sublati, &

magna quid

spirans, me

quid con-

temsit, imò

planè missi

fecit.

* promissa

barba, sub-

latique su-

percilij.

† apud Fab.

lib. 3.

H, * *ἢ κενέησον ἐπ' ὄφρυς νεῦσε Κροτίαν.*

Nec ijs modò annuimus, vel renuimus: sed etiam innuimus, qui admonentis est gestus. Vt Od. II:

H'δ' † ἀρ' ἐπ' ὄφρυς νεῦσε, νόησε δ' ἐδ' Ὀδυσσεύς.

Et Od. Σ:

Οὐκ † αἶψα, ἄπ δὴ μοι ἐπιλλίξεν ἀπυργίς.

Terent. Adelph. *

Ne mora sit, si innuerim, quin pugnis continuo in malâ hareat.

Horatius in fatiris †:

--- Nutans,

Distorquens oculos, ut me eriperet. malè falsus,

Ridens dissimulare.

Postremò ostendit Plinius, superbiæ esse in supercilij sedem.

Vnde Petronius in Satirico: *Postquam se avari sensit, supercilium.*

† l. i. sat. 9. *altius sustulit.* Lucianus in Bis accusato: *Τὰς ὄφρυς ἐπέεργε, ἢ μεγαλο-*

* Supercilij *φροήτους, ἐμὲ μὲν ἠμέλησε, μάλλον δ' ἐτέλειον εἴασιν* †. Idem in Timone indu-

cit philosophum *ἐκπιτάσσοντα * τὸν πάρονα, ἢ τὰς ὄφρυς ἀναπίναντα.* Vbi

notat gravitatem affectatam, & fastus plenam.

Quod verò Plinius præterijt, etiam frons pudoris est index; uti

& supercilium iræ. De fronte arguit, quòd impudentes dicuntur

τεῖλαι, vel *ἀπατεῖλαι* ἃ δὲ *μέτωπον*, ac Latinis item *perfricuisse frontem*:

ut illo Calvi in Vatinius †: *Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui*

prætor feres, quàm Casenem. Atque inde frons pro pudore. Vt apud

Perfium sat. v:

--- Exclamet Melicerta, perisse

Frontem de rebus.

Iratos autem supercilium tollere, arguit illud Catulli:

Præterea

Præterea addebat quendam, quem dicere nolo

Nomine, ne tollat rubra supercilia.

Imprimis verò oculi testes sunt animi unde scitè apud Photium * ^{* cod. 2.4.2.} Damascius ait in Isidori philosophi vitâ: Α' γὰρ ἄλλα τὰ ἴσθησ' ἐφ' ὧν ἀποδοκίμαται ἡ ψυχὴ ἀνελεῖται. Quod non de Isidoro modò, sed cæteris etiam verissimum est. Ac oculorum quidem ardor significat iram. Vt II. A. de Achille:

--- Μένεσθ' ἢ δὲ μέγα φρένας ἀμφοὶ μέλαινας

Πιμπλαῖντ', ὅσων δὲ οἱ ποιεῖ λαμπυρῶντι ἴσκειν.

Cicero lib. v. accusat. in Verrem: Ipse inflammatus scelere, & furore in forum venit: ardebant oculi: toto ex ore crudelitas emicabat.

Oranti Deum oculos convertere in cœlum sublato, satis est apertum. Atque inde II. Æn.

Ad oculum tendens ardentia lamina frustra.

Oculi averfi indicium sunt odij, fastidij, aut negligentia. Vnde Maro de Didonis umbrâ, postquam conspexerat Æneam, ait:

Ille solo fixos oculos averfa tenebat.

Vbi videmus & illud, ut oculi dicantur fuisse in terram defixi. Nèpe quia animus planè esset ab Ænea averfus. Sed oculi ejusmodi etiam conveniunt ijs, quos pudet, eoque intueri alios non audent. Vt Amphiscomicus, & Euripides ostendunt ijs locis, quos dixi libro secundo *. Nempè vetus adagio est, ὡς ἢ ἐφ' ὧν ἀποδοκίμαται ἡ ψυχὴ ἀνελεῖται. Quam Aristoteles ἢ causam esse ait, cur magis apud eos pudeat, qui semper adsunt, & ad omnia, quæ agimus, attendunt. Etiam cùm Alcæus amator dixisset Sapphoni, se velle quippiam ei loqui; sed præ pudore nō esse ausum id effari: respondit acuta mulier: Nec lingua trepidaret, nec pudor oculos occuparet, nisi turpis te rei desiderium teneret. Verba ipsâ Alcæi, & Sapphûs, habes apud unum Aristotelem in primo Rhetoricorum.

Præterea oculos in terram defigunt, qui præ admiratione planè stupent. Vt I. Æn.

Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.

Et lib. VII:

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus

Obrutu tenet ora.

Insuper id indicium est hominis de re quapiam vehementissimè cogitantis. Apollonius penè initio tertij Argonauticôn:

H, ἢ δὲ ἐπ' ἑστῶσ' ἀπὸ τοῦ ποδῶν ἀσπῶσ' ὀμματα ἔπιπυατ'

Α' τὸ δὲ ποδῶν ἀσπῶσ' ὀμματα ἔπιπυατ'

† In autè mens nigra valde implebatur: oculi verò ei igni lucenti similes erant.

* cap. 8. sect. 3. † in oculis esse pudorè. † h. 2. Rhet. cap. de pudore.

† Dixit, atque in terrâ illa ante pedes fixere oculos. Dnas in partes inter se fluctuantes ni distrabi.

Præterea oculi aperti significant favorem; at nimis diducti, fa-
tuitatem; clausi odium; at semiclausi, adulationem, & insidias: rigi-
di stuporem; aut *εκστασις*; ut torpentes pernitium; at vagi & natan-
tes, corporis lasciviam & libidinem. Quorum singula si probare ex
antiquis velim, metuo ne iusto longior fiam.

Buccæ demissæ notant desperationem; inflatæ fastum atque ar-
rogantiam, aut etiam superbiam. Imò quandoque & iram. Horati-
us sat. 1. lib. 1:

*Quid caussa est, merito quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflex?*

At tum superbia, tum iram indicat in illo Demosthenis *ἐπι πα-*

** Επερφο- εσαρ. Καὶ * διὰ τ' ἀρετῆς πρὸς αὐτὸν θυμῶνος λαθεῖς ἀχρὶ τῆς σφραγῆς, ἰνα βαίῃσθαι
rū ambulat Πυθόκλει, τὰς γνάθους φουσῶν.*

Labra mordent non irati modi, sed & admirantes. Odyss. A:

Ὡς † ἔφατ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ὄδον ἐν χροίλει φύντες,

Τηλέμαχον θυμῶναρον, ὃ Δαρσαλῆος ἀγέρεα.

Quos ipsos versus legas Od. T.

Mentum ne sit pectori adfixum: quod & monet Fortunatianus.

Causam mox dicam.

IV. DE GESTV CERVICIS, AC MEMBRORVM, QVÆ
AD CORPORIS TRVNCVM PERTINENT.

CERVIX motum capitis sequitur. Quare erecta sit, non tamen
Crigida. Nam si rigida sit, vox levigatur; si mentum pectori af-
fixatur, minùs fit clara ob pressum guttur.

Sed & elata immodicè cervix est fastus indicium. Quidam sanè,
quò cæteris sint admirationi, incedunt quasi veru deglutissent, ut
Epiætetus apud Arrianum ait. Verba ejus adpono è lib. 1. cap. xxxi:

† † ὅμιν ὁβελικῶν καταπῶν σκαπατοῖς; ἢ δελος, ἰσα με ἢ οἱ ἀπαγοῦντες θυμῶσσι.

Istiusmodi homines Græcis dicuntur *ὄβελικῶνες*. Possis ad verbum
alticervices, vel alticervicos dicere, si non displicet Paccuvij illud de
piscibus, *incervicervicium pecus*. Ingenuè tamen libereque erecta cer-
vix, ingenui nulloque scelere attaminati animi signum est. Contrà,
qui caput demittunt, soloque oculos figunt, hi aut pudore rustico
peccant, aut malè factorum conscientia lancinantur. Vnde & is est
gestus eorum, qui se supplices sistunt superiori, imprimis Deo. Nam
& Christianæ demissionis est signum. Vnde S. Remigius Clodovæo,
Francorum regi, ad baptismum aquas ingresso, aiebat, *Mitis de-*

** Επερφο-
rū ambulat
veste ad ca-
los demissa,
aquò incendēs
sic Pytho-
ales, & buc-
cas inflans.
† Sic ait: illi
verò omnes
labijs com-
pressis Tele-
μαχίου ad-
mirabάται,
qui auda-
citer esset lo-
cutus.*

*† Quid no-
bu obābu-
las, quasi
veru deglu-
tisses? Ve-
lim, ut obvi-
me admi-
rentur.*

pone colla, *Sigambæ*. Quemadmodum est apud Gregorium Turo-
nensem lib. xi. *Histor. Franc. cap. xxxi.*

Humeri non allevantur nimis, aut contrahantur, qui gestus servi-
lis est. Demophilenes quidem, cum crebro jactaret humeros, id vi-
tium ita emendasse creditur, ut cum in angusto stans pulpito dice-
ret, hasta dependens humero immineret, quod, si calore dicendi vi-
tare id excidisset, offensatione illa moneretur. Plutarchus, Liba-
nius, & Quintilianus lib. xi.

Brachia modicè projiciantur, maximè in affectibus vehementio-
ribus. Continere autem brachia est pudoris. Cicero pro Cœlio:
*Nobis olim annus erat unus ad cobibendum brachium togâ constitutus, ut
exercitatione, ludoque campestri, tunicati uterentur.*

Manus non modò loquentem adjuvant: sed ipsæ (ut de oculis
Tullius t ait) quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. Vnde De-
metrius Cynicus, qui Neronis tempore vixit, cum pantomimum
vidisset Martis & Veneris adulterium saltantem; *Δοκίμ**, inquit,
αὐταῖς χερσὶν λαλεῖν. Huc pertinet illud Petronij in analectis:

Manu puer loquaci

Ægyptium choreutes.

Et hoc B. Cypriani libro de spectaculis: *Vir ultra muliebrem molli-
tiam dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire. Ac similiter Claudia-
nus lib. de consulatu Mallij Theodori:*

Qui nutu, manibusque loquax.

Nihil etiam elegantius illo Nonni lib. vii. Dionysiacôn:

Νεῦματα † μῦθον ἔχον, παλάμῳ στίμα, δάκτυλα φερῶν.

Cassiodorus quoque seipsum lib. iv. epist. ult. de eadem pantomi-
morum arte verba faciens: *His sum*, inquit, *addita orchestarum * lo-
quacissima manus, linguosi digiti, silentium clamorosum, expositio tacita,
quam musa Polymnia reperisse narratur, ostendens hominis posse, & sine oris
assatu suum velle declarare.*

Manu olim oratores, & alij, qui ad populum dicturi erant, au-
dientiam faciebant. *Perf. lat. iv:*

Fert animus calida fecisse silentia turba

Majestate manus.

Lucanus lib. i. de Cæsare:

--- *Tumultum*

Composuit nutu, dextraque silentia jussit.

Imò in Actis enim Apostolicis dicitur Paulus verba facturus *
*ἐπιταῖς † τῶ χεῖρα, & † κατασίον * τῆ χεῖρι*. Pluraque de hoc ritu
Calsaubonus

* lib. i. de
Legg.

* Videtur
ipse mani-
bus loqui.

† Nutu
pro sermone
habens, ma-
num pro
ore, digitos
pro voce.

* ὁρχησῶν
sive pantom-
imorum.

Vulgo edi-
tum, hor-
citarum.

* Act. 26.

1.

† manus
extendere.

* Act. 13.

16. & 21.

40.
* manus ma-
nibus.

Casaubonus annotavit ad superiorem Persij locum.

Solet Cicero, antequam diceret, barbam demulcere. Quod hodieque nonnulli solent. Sunt & qui aut lacunar intueantur, vel frontem fricent, aut mustaca trahant. Sed hæc vitiosa sunt.

Porro manus in exordio non extenditur; at, ubi oratio magis incaluerit, cum sententiâ exferi incipit, & cum eâdem, deponitur. Hæc pectori admovetur, cum quis de se loquitur: at cum alium alloquimur, ad eum extenditur. Hæc sublatâ inflexâque alium ad nos allicimus: reflexâ à nobis eundem averfamur. Admirantium etiam est manus tollere. Cicero in Academ. *Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret.* Et ad Cætare[m] lib. VII. epist. *Sustulimus manus, ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, ut illud nescio quid, non fortuitum, sed divinum videretur.* Catullus epig. LIV:

Admirans ait hæc, manusque tollens:

Di magni! salapatium disertum.

Horat. sat. v. lib. II.

Importunus amat laudari, donec, ohe jam,

Ad cælum manibus sublatis dixerit.

Video eodem ab eruditissimis viris referri illud Livij lib. XXIV: *Ad quam vocem cum clamor ingenti alacritate sublatus esset, ac nunc complexi inter se gratulantesque, nunc manus ad cælum tollentes, bona omnia populo Romano, Gracchoque ipsi, precarentur.* Sed volones hi manus sustulere, ut Deos orarent bona omnia pro pop. Rom. & Graccho, à quo libertate donati essent planè insperatâ. Nec dubito tamen, quin quoddam manus attollunt admirantes, id inde exortum sit, quoddam admiratione rei novæ acceptæque gratias Deo agerent pro beneficentiâ. Quemadmodum &, quoddam jurantes olim manus tollerent, ex eo est, quoddam cœleste numen testarentur. Hodie eâdem de causâ duos attollunt digitos, indicem, & medium.

Olim in dicendo digitum medium contrahebant in pollicem, reliquis tribus explicitis. Ejus lenis motus conveniebat proœmijs, productior erat in narratione, longissimè exertus in contentione. Presso quoque pollice veteres favorem testati; verso contrarium indicabant: quo de more Politianus Miscell. cap. XLII. & Lipsius in Saturnal. lib. II. cap. XXI.

Etiam Horrensus in digitis particbatur causam. Olim enim in digitis computabant: cujus moris antiquitatem arguit, quoddam ejus quoque meminit Herodotus in Thaliâ; ubi id vocat *ὄπι δακτύλων*
συμβόληδες.

συμβαλεῖσθαι. Quibus autem figuris totum hoc constiterit, & Græcis explicuit Nicolaus Smyrnæus Aftabafdas libello †, qui inscribitur, † *Εἰσὶς ἱεροφάνης τῶ δακτυλικῷ μέτρῳ*. E Latinis idem docuit Beda, commentario de ratione computandi per digitos. E junioribus vide sis Lillium Gyraldum dialogismo secundo, & Ioannem à Wouwer tractationis de polymathia cap. vii. Porro Hortensij, quem dixi, morem aliqui hodieque non infeliciter imitantur. Sed cavendum à nimia digitorum gesticulatione, ob quam idem ille ab oratoribus sui ævi reprehensus fuit. Debet hoc nos Gellius lib. i. cap. v. *Ad eundem, inquit, modum Hortensius omnibus ferme oratoribus atavis suæ, nisi M. Tullio, clarior, quòd multa munditiâ, & circumspèctè compositæque indutus, & amictus esset, manusque ejus inter agendum forent arguta admodum & raris est gestuosa, maledictis compellationibusque probrosis jactatus est: multa que in ære, & cæcū, quasi in histrionem, in ipsis causis, atque judicijs, dicta sunt. Qui per manus locus planè à glossemate laborat. Nempe cum dicitur, omnibus ferme oratoribus, nisi M. Tullio, clarior. Sanè ferme dixerat, quòd Tullius per sammelium clariorem putaret. Quare non dubium, quin verba illa, nisi minus verò, M. Tullio, ab aliquo ad oram, vel superiùs, fuerint adscripta, quæ postea in fermonis contextum irrepsero.*

Frontem quoque, vel caput, manu percutiebant. Quod Cicero laudat in Bruto: at Quintilianus lib. xi. improbat, tanquam scenicum cum magis, quàm oratorium. Fiebat autem id in summo dolore. Unde Homerus Il. xi:

*Ἰμωξεν * δ' ὀ γέρον, κεφαλῷ δ' ὄρ κούφατο χερός.*

Et Herodotus in Thaliâ: ο† † *τὴ Παμμωνίῳς ὡς εἶδεν, ἀνακλαύσας μέτωπον, ἢ καλῶς ὀνομασὶ πὸν ἐταίρον, ἐπληξάτο κεφαλῷ.* Dionysius Halicarnassensis lib. x. Antiq. Rom. *Παίοντες † τὰ μέτωπον, ἢ καταφείας τὰς ὄψεις ποιοῦντες.* Est & indignantis. Cicero ad Att. lib. i. epist. i. *Puto, te hoc aut risisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias.*

Etiam præ nimio mœrore capillos vellebant. Vt Od. K:

*Ἐξόμενοι * δὲ καταῶδι γόων, τίλλοντο τὴ χαιίτας.*

Attius de Agamemnone apud Cicer. †

Scindens dolore identidem inconsum caput.

Ac quemadmodum caput in dolore, ita & pectus feriebant. Quod apud Homerum Achillis ancillæ fecisse dicuntur †, cùm au-

diffident necem Patrocli. Ciceronis quoque est Tusc. i. i. *Mulieres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussio.* Quandoque etiam est sese reprimentis. Vt Odyss. γ:

Στήθεσσι δὲ ἐπληξας, κεφάλῳ ἠνίπαπι μῦθον.

*ratum, ac amico suo nominatim compellato, capite feriens, † Percutientes frontes, & adspicere tristiter praeseferebant. * Sedentes autem illic gemebat, & evellebant pilos. † lib. 3. Tusc. Quæst. 2. De ore autem percussio animi increpuit sermone.*

Denique, ut caput & pectus, ita femur quoque percutiebant præ dolore. Quæ tria Tullius complexus est Tuscul. I II, ut jam vidimus.

De femore est & hoc Homeri II. m:

† Tum lamentatus est, & sua femora percussit. *Æslius Hyrtiacides.* Neque persuaseris obpaucentiam ego, ut ne clamet, vel in capillos involet, vel feriat femur.

Δὴ τὰ τῶτ' ἤρωξεν ἔ, καὶ ὠπταλήματο μνηρό

Αἴη. Ὁ Τ' ὀρταλίδης.

Ac similiter Plutarchus libro, An sufficiat vitiositas ad hoc, ut aliquis sit infelix: Οὐτὲ ἔ πείσεται δυσφοροῦντι μετανοῖα, καὶ βοήσας, μὴ δὲ ὄψ' ἁγίων λαβέσθαι, ἢ τὸν μηρὸν κρούσαι. Unde lucem capit hoc Plauti Truculenti *:

--- me intuetur gemens.

Traxit ex intimo ventre suspirium. hoc vide, dentibus

Frendit: icit femur.

Vbi & indignatio. Primus verò, qui in orando præ indignatione femur feriret, Athenis fuit Cleo: ut scribit Plutarchus in Nicia.

Pectus venterque ne projiciantur, quod supinit item arguit.

Genua misericordiæ dicata. De quo ita Servius in illud I II.

* *Ant. 2. sc.* Æn.

7.

Dixerat, & genua amplexus, genibusque volutans
Hærebat.

Physici, inquit, dicunt esse consecratas numinibus singulas corporis partes, ut autem Memoria, frontem Genio, dextram Fidei, genua Misericordiæ. Sanè supplices non ipsi modò in genua provolvebantur, cujus caussa satis est aperta; sed etiam eorum, quibus supplicabant, genua contrectabant: nec genua modò, sed & mentum; qui mos est supplicum Homericorum. De utroque ita Plinius lib. XI. cap. XLV:

* Ante eum Homini genibus quadam & religio inest, observatione gentium. Hac supplices attingunt: ad hoc manus tendunt: hoc ut aras adorant, fortassis, quia inest vis vitalitas. Namque in ipsa genu utriusque commissura, dextra levâque à priore parte gemina quadam buccarum inanitas inest: quâ levâ autem perfossâ, cum jugulo, spiritus fugit. Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat. Vtrumque, quem Plinius ait, morem contrectabant Homerus II. A de Thetide:

† Agamemnon, suprico tibi per hac tua genua, & mentum innotuit, & detentâ beatam.

Καὶ * ἅ παροῖδ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γόνω

Σκαίη, δεξιτερῆ δ' ἀρ' ὠ' ἀνδραγαῶν Ὁ ἐλάσας.

Vtrumque etiam tangit Euripides in Hecubæ:

Ἀγάμεμνον †, ἱκετεύω σε τῶνδ' ἐ γονάτων,

Καὶ σὶ βουῖα δολίχας τ' εὐδαίμων Ὁ.

Vbi & dextra meminit, quia non genua modò contrectabant, sed

sed & osculabantur manus. Vnde Iliad. Ω:

--- Αγγ) † δ' ἀγα εἶς

† Prope ad-
flans ma-
nibus pre-
hisis genua

Χερσιν Ἀ γαλλί) λῆθε γένετα, ἔ κύσσι χεῖρας.

Osculorum ejusmodi meminit & Tacitus xv. Annal. Agere fra-
tias Dijs, ad genua ipsius advolvi, & dexteram osculis fatigare. Et Appu-
leius in Apologia: Pontianus ante pedes nostras advolutus, veniam & osculatus
oblivionem prateritorum omnium postulat flens, & manus nostras oscula-
bandus.

Ne cruribus consistatur divaricatis, quod deforme est, & obse-
num: neque item pedibus junctis, quod femineum est,

Ne pes dexter porrigatur, sed sinister, quia vitiosum est, eundem
proferre pedem, & manum. Ne crebra sit pedum inter se commu-
tatio. Pedis tamen suppositio à Cicerone commendatur in incipien-
dis, finiendisque sententijs. Sed præcipuè terram pedibus feriunt
vel magno dolore pressi, vel magnopere indignantes. Od. Σ. de
Iro:

--- Σὺ δ' ἂν ἦλασ' ἰδόντα;

† Cōpresit
autē dentes

Λακτιζων ποδὶ γαῖαν.

Pedes terram
salicitan-
do feriens.

Cicero lib. i. de orat. Quid multa? pedem nemo illo in judicio supplo-
sit. Hoc in adversario suo, M. Callidio oratore, desideravit Cicero
oratione pro Q. Gallio: quæ quidem perijt; sed meminere ejus Va-
lerius Max, lib. viii. cap. x. & Nonius Marcellus in Logi; ipseque
Tullius hæc verba ex eâ planè luculenta citat in Bruto suo: Τῆ ἰστῆς,
M. Callidi, nisi fingeres, sic ageres? præsertim cūm istā eloquentiā alieno-
rum hominum pericula defendere acerrimè soleas, tum negligeres? ubi do-
lor? ubi ardor animi, qui etiam ex infantium ingenijs elicere voces, & que-
relas solet. nulla perturbatio animi, nulla corporis; frons non percussa, non
femur; pedis, quod minimum est, nulla suppositio. Itaque tantūm absuit,
ut inflammares nostros animos: somnum isto loco vix tenebamus. Ex quibus
verba illa de frontis & femoris percussione, ac pedum suppositio,
etiam à Fabio † citantur, ut ostendat, hæc indignatos decere, & ex-
citare auditorem.

† lib. ii.
cap. 3.

Atque hæc de actione: in quâ sedulo curandum, tum ut ita eam
instituiamus, ne artem redolere videamur: tum ut τὸ φέρον * ubique * decorum.
in personā observetur, quia aliud juvenem decet, aliud senem; aliud
decorum magnati, aliud privato.

EPILOGVS OPERIS

V N I V E R S I.

HÆc sunt, benevole Lector, quæ de oratoriâ arte tradenda judicavi. Iuxta autem mecum scis, inter pœnas mortalitati à Deo summo impositas, esse mentium caliginem, & errandi

* Salomon Prov. 28. M. Seneca lib. 4. decl. 3. Iuvenal. sat. 8. & Demonax apud Lucianum. † Horat. in Arte. * De moribus vulgariis libro quinto, & ex eo Cornelius Celsus.

† * necessitatem; ita ut Tullio interdum Demosthenes, & Horatio Homerus dormire videatur. Itaque cum humani nihil à me alienum putem, facillè patior, atque etiam exopto, ut quivis erroribus nostris †

-- allinat atrum.

Transverso calamo signum.

Non me magis pudebit errores corrigere, quàm puduit medicorum Deum Hippocratem † revocare sententiam suam de capitis futuris. Tantùm te rogatum volo, ut etiam ad vitiosas ac culpas lubens condones, quando Sanatibus idem jus est, quod fortibus; & velle hominem ob errorem dicitur læcessere, ac velut pipulo differre, id est universo hominum generi injuriam facere. Præsertim quando uti alijs suum, ita & mihi meum judicium sit, ac quemadmodum non ego omnia mea alijs, ita neque alij omnia sua mihi sint probaturi. Imò fors mihi in proclivi sit, multa quæ tantopere averfantur, si rationibus putemus, argumentis validis evincere, ac reprehensores istos, quod præfiscini dixerim, ad incitas redigere. Sed ita fit, ut plerique omnes, quas opiniones à pueris imbibimus, tanquam claudus pilam mordicus retineamus; ut nihil demirandum sit, Sophistæ nupero succrescere indies turbam pro ejus λήπορ*, tanquam pro aris, & focus,

* νούρις.

† Silius lib. 1.

† eo necdum discisso.

† *Miscentem pugnas, & inania bella gerentem.*

Nam quemadmodum viæ nescij cuilibet eam monstranti fidem habent: ita illi veritatis ignari quivis cujusvis statim, idque ἀλαπίστως †, ut cum Thucydide loquar, arripiunt, atque universo vitæ curriculo reservant; quia, ut bene olim dictum, nemo non didicisse mavult, quàm discere. Adde quòd auribus juventutis, naturâ à labore ad otium & desidiam proclivis, nihil gratius accidere potest, quàm si intelligat, paucis posse paginis comprehendi, paucisque ad-

disci-

disci diebus, artes longè difficillimas. Quid enim aliud in causâ est, cur ramum, frondosum quidem, at infelicem tamen, à Sophistâ illo plantatum in dispendiâ compendijs, majoris faciant, quam arborem ipsam occulto crescentem ævo, à philosopho τὸ ἀληθείας † in pinguis positam latifundijs? Ego verò, & juxta mecum optimus ac doctissimus quisque mirum semper in modum abhorruit ut hominum istiusmodi instituto; ut qui nobis σκελετὸν * fortasse artis, at non σῶμα † justum monstrantes, pauculis definitionibus ac divisionibus artis nomen indunt; cùm, juxta dicendi sapiendique magistrum, per causas tantùm rerum indispiscamur notitiam. Impiè quidem olim Galenus †, qui Mosis & Christi doctrinam respuit, tanquam nullis fubnixam demonstrationibus; quemadmodum & idem constantiam martyrum, veritatem religionis sanguine quoque suo obfignantium, hoc nomine sugillare ac perstringere ausus. Sic enim loquitur * : Θεῶν † τὸ εἶναι τις τὸς ὑπὸ Μωσέως, ἢ Χριστοῦ μεταδιδόμεναι, ἢ τὸς ἀείρεσθαι περὶ σημεῖα ἰατρῆς † ἢ φιλοσόφους. Ac simili postea impietate ille fidei defertor Julianus †: Ἦ μὲν * ἢ ἀλογία, ἢ ἢ ἀργουσία, ἢ ἐδὲν ἕως τοῦ ἀπίστου ἀδιδόσαν, τὸν ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας. Verùm nobis quidem in religione fati est illud ἀπίστου ἔρα †, neque rationes ullas exigimus, ubi constat, eam esse vocem Spiritus S. quem Christus promisit nos ducturam in omnem veritatem. In artibus verò ac disciplinis longè aliter comparatim est, in quibus neutquam assertionibus illorum jejunis & aridis, nullâque suffultis ratione, acquiescimus. Verùm ita fit, ut quemadmodum Antipodes ex Platonici specus tenebris gratam Solis lucem repudiant, ac degere in pristinâ caligine præoptant: illi quoque illaudatiora, quibus assuevere, mordicus retineant, neque sustineant ad meliora se deduci. Quid agamus? Rideamúsne, an stomachemur? Rideamus potius. Nam quid comroune cani cum balneo? Itaque per melicet scita sua, quibus juventutis ingenia pituitâ obruunt, in templis donaria inter suspendant, aut æri inscribi curent: ut lubet etiam, Aristotelem, Tullium, Fabium, tanquam cerritos, convicijs incessant. Iamdudum scimus ijs, velut animalis isti Veneri invisio, cœnum gratius esse, quàm amaracinum; quemodo & vultures intereunt unguentis inuncti, & scarabei odore rosæ *.

Sed istos mitto: atque ad eos potius venio, quibus vitij hujus fugâ, ob geminatam nunc commentariorum molem, videri possum in contrarium nimix prolixitatis vitium incidisse. Equidem non diffiteor, magnæ esse laudis, artes præclaras, ut plenè, ita succinctè

† veritatis.

* cadaver aridum.

† corpus.

* lib. 2. de pulsum differ.

* lib. 3. de pulsum differens.

† Citius

Mosis associa,

† Chre-

sti (ita gē-

tiles Christi

scum vocabant)

sua deserunt,

quàm qui

scitis addi-

dissent, tum

medici, tum

philosophi.

† apud Gre-

gorium Na-

zianorum

adversus

Julianum.

* Vos ad cō-

ratio desti-

tuit, vestra

hac rusticita-

tas est, ut

nihil præter

hoc ipsum,

FIDEM

HABERE, ve-

stra sit sa-

pientia.

† ipse dixit.

† Arist. vel

quisquis

auctori libri

de Adm. v.

Audite.

tractare. Sed illis brevitatis tantopere amantibus, partim eo à me factissimum oportuit, quod capita doctrinæ universæ universo hoc opere typis distincta præmiserim: partim quia seorsim etiam de hac arte, & strictè satis, egerim opere eo, quod inscribitur Rhetorica contracta, vel Partitiones oratoriæ: quibus illustres Hollandiæ & West-Frisiæ proceres in cunctis suæ ditionis scholis juventutem imbui jusserunt. At non solum hujus brevitatis studiosis consulendum fuit: sed præterea, tum doctoribus juventutis, tum alijs, qui plenius fufiusque tractari à me omnia voluerunt. In horum igitur gratiam alter hic labor à me susceptus fuit. Non autem quasi animus foret, sparsim & quasi per saturam congregare ingentem præceptorum atque exemplorum copiam; ut, quibus bonitate operis non possem, ijs magnitudine ejus industriam nostram comprobarem. Si quidem etsi Plinij hoc non ignorem, *Vt alia bona res, ita bonus liber melior est quisque, quò major*: tamen nec damno illud Callimachi grammatici *: τὸ τὴν μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι μάλιστ' ἀγαθόν. Quare si longior fuero, vindemiolarum dum mearum hic oratoriarum partem meliorem unam in penum congero, id plurimum rerum potius naturam factum est, quam meam: vel saltem non venti atque ostentationis causam, sed studio bene de alijs merendi. Primum paginas aliquot soloci stylo decreveram, ac vix aliud quam Aristotelis conspectum, qui

* *introdu.* εἰσαγωγὴν * *esset* juventuti. Quippe existimabam ab Aristotele non minus irreverenter & temere initium fieri, quam olim pueri, ut Attilium dixisse Plinius † scribit, ab Homero in scholis, à centumviralibus caussis in foro auspicabantur. Itaque, ne ijs, qui Rhetoribus ac Scholasticis sacramento se obligassent, primum esset, quod maximum erat; artem ante oculos ponere adumbratim constituebam, eoque (ut cum Comico dicam) curriculo omnia percurreram. Deinde in mentem veniebat, quam præclara multa apud alios etiam legerentur: imprimis Demetrium, Dionysium Halicarnassensem, Hermogenem, Longinum: & ne Latinos suam laude spoliem, Tullium, Fabium, alios. Quare quod in Aristotele feceram, idem in his mihi faciendum putavi. Post cum quædam, brevitatis studio, obscurius à me dicta esse, passim animadverterem: ea & minore verborum parcimonia, & exemplorum facultate illustrare visum fuit. Denique nec inutile visum est, si aliunde etiam, sed præcipue ex ijs, quæ ad variam eruditionem pertinerent, aliqua adspargerem; tum ad levandum fastidium, quod in tractatione artium faciliè obrepat; tum ut eadem lucis nonnihil adferrem scripto-

* *apud A-*
then. lib. 3.
† *magnus*
librū confer-
ri posse ma-
gno malo.

* *introdu.*
atio.
† *lib. 2. ad*
Maximam.

ribus antiquis. Accreuit ita sub manibus labor, dum anfa trahit an-
 sam, & quasi varam vibia sequitur. Vsq̄e dum tandem opus, quod
 non alio scripsēram sine, quā ut iuventuti esset manu ductio ad
 rhetores oratoresque antiquos, iustus esse commentarius po-
 tius cœpit, partim in Partitiones nostras Oratorias, partim in ea,
 quæ veteres, tam Græci, quā Latini, de arte Oratoriâ tradidif-
 sent. Et in tantâ tamen varietate, ac copiâ, non deerunt, credo, qui
 vitio vertant, quoddam quædam à nobis præterita, quæ ex re, & ad
 rem. Verùm, quo jure, ipsi viderint. Siquidem *alius alio plura inve-
 nire potest, nemo omnia*, ut inquit Ansonius *. Et nemo reprehensus, qui
 è secrete ad spicilegium reliquit stipulam, ut rectè Varro †. Et quid atti-
 nebat eorum scriinia compilare, qui multa prodiderunt, non illa
 quidem mala aut falsa, sed parva dictu, *Prendere quæ possis oclularum
 lumine aperto* ‡: in quibus Aristotelem * audio, *ἀδολογία τὰ φανερά λέ-
 γειν* †. Quamquam nonnulla etiam omiſsa nobis, non tam quodd cui-
 vis essent manifesta, quā quodd judicaremus, ea esse magis curio-
 sa, quā utilia: ut de istiusmodi dicere liceat, Quædam esse, quæ
 fatius sit ignorare, quā discere. Rectè Crassus apud Ciceronem ‡:
*Omnes artes aliter ab his tractantur, qui eas ad usum transferunt: aliter ab
 his, qui ipsarum artium tractatu delectari, nihil in vitiâ sunt aliud acturi.*
 Verè quoque Antonius apud eundem *: *Cum tradita sunt cuiusque
 artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora aut similia sint, tradi non ne-
 cesse est: neque est omnino ars ulla, in quâ omnia, quæ illâ arte effici pos-
 sunt, à doctore tradantur: sed qui primarum & certarum rerum genera ipse
 didicerunt, reliqua non incommode persequuntur.*

Verùm fortasse videar apologiam operis hujus scribere voluisse,
 priusquam dica ei scripta sit. Quare finem hic facio, Deoque gra-
 tias ago, quod mihi non vitam modò & valetudinem, sed otium
 etiam conceſſerit ad commentarios hosce iterum in manus sumen-
 dos, eosque limandos & augendos, tertio & vigesimo anno,
 ex quo primùm viderant lucem. Vale, benevole Le-
 ctor, ac apud Deum, qui hanc mihi gratiam
 conceſſit, etiam mei in precibus
 tuis sis memor.

FINIS LIBRI SEXTI.

